all. Io. an. vbi. §. ¶ Do. Roc. sequitur dicta Io. an. & do. Card. de quib. §. in locis. §. allegatis in d. verbo. & vtile. in j. q. in vers. sed hic accessorie queritur. ¶ Qui Io. an. Car. in iij. q. Pau. & Roc. vbi. §. ¶ dicitur: si nile vxori, cui alimenta debentur, in domo viri vel eius haredum. fm Spec. in tit. qui filij sint legiti. §. sed pone petebat, nisi de consensu haredis est alibi: vel nisi ex honestate non possit ibi esse, vt ibi per eos. ¶ P̄dicta etiam voluit do. Phil. de farra. in d. c. nobis. in vlt. no. in vers. in quo loco ecclesia prestabit allegando Abb. antiquū, & Io. an. vbi. §. & Butr. ibidē: & dicit hoc approbasse Marti. de laude in q̄busdam suis additionibus, quas fecit ad trac. Bar. de alimētis, in additione que incipit itē in quantum Bar. querit alle. Et dicta Card. post Pau. de eleaza. Et vbi sint prestanda alimenta vxori, remittit se ad Spec. vbi. §. & ad Bart. & Bal. in l. diuortio. ff. sol. ma. & Abb. in l. annalib. C. de lega. & ad Marti. de laude in p̄dicta additione. ¶ Et subdit, q̄ licet tex. in d. c. nobis. dicat per ecclesiam nō adesse succuri patrono: tñ tex. in d. c. qui cunq̄. dicit ecclesiam debere prestare patrono egenti suffragiū vite, & sic veniunt oīa ad vitam necessaria, sine quibus corpus ali nō p̄t, vt cibaria, & cetera nutrimenta, que hoīum nature deseruiunt. vt voluit Bar. in d. tra. de alimētis. in prin. ¶ Tu t̄ aduerte, q̄a vt diximus. §. in ij. & iij. artic. sunt prestanda p̄sono, iuxta eius p̄ditionē: vnde non sunt ei danda alimenta, vt deterioreretur eius p̄dō: si enim non daretur sibi in eius domo esset sibi dedecus: & sic vnde expectaret vtilitatē, haberet verecundiā, q̄ non est dicendū. ¶ Insuper p̄sona laicus non p̄t habere habitationē in ecclesia, nisi hoc sibi p̄seruaret de de p̄sensu epi, vt diximus. §. in j. par. j. li. in ix. q. prin. j. art. 23. ampl. iij. conclu. & sic non est dicendū esse dandū ei alimenta in ecclesia, non dices de ecclesia p̄uentuali, in qua licet nō cadat p̄ratio. vt in c. nobis. hoc tit. & diximus in j. par. ij. li. in v. q. prin. in j. artic. ramen cadit in ea ius pa. quo ad reliquos eius fructus, & sic quo ad ius vtile, vt ibi diximus, & ēt in j. par. j. lib. in j. q. prin. in j. artic. in diffinitione iuris pat. & ibidē in xj. q. prin. in iij. artic. & tunc si esset honor patrono manere in ecclesia p̄uentuali, poterit ibi manere, & habere alimenta: si aut̄ fecus, nō, p̄ proxime dicta. Et p̄ hoc facit, nā qui tenetur aliquē alere, p̄t illum alere in hospitali, si ille qui debet alimētari, p̄t ibi alimentari sine dedecore, alias debet sibi assignari p̄benda vnde possit viuere. Ita pulchre Ana. in c. j. in vj. col. de infantib. & languidis.

## ¶ Sextus artic. iij. q. prin. iij. Libri.

- 1 Patronis pluribus presentantibus quis preferendus.
- 2 Alimenta prestada ab ecclesia nō modo patrono sed etiam sua familia, scilicet filiis.
- 3 Libellus teneatur alere nō solum patronum inopem, sed etiam filios.
- 4 Alimenta debent dari ab ecclesia vxori patroni, filiis, & seruiturib. seu domesticis. Et qua sit ratio, quod vxori debeantur. nu. 5.
- 6 Vxor teneatur ad reddendum debitū & ad alia, de quib. in text.
- 7 Coniuges ad que officia mutuo adstringantur.
- 8 Maritus in quib. vxori teneatur.
- 9 Maritus vxorem alere teneatur.
- 10 Alimenta stipulata vivo, videtur & vxori stipulata.
- 11 Vxor alēda est ab haredib. mariti, mortuo vivo, nō non habeat alia bona.
- 12 Vxor constante matrimonio dotem petere potest, & etiam donationem propter nuptias.
- 13 Ecclesia an teneatur alere filios patroni.
- 14 Pater & filius di. untur vna & eadem persona.
- 15 Pater cogi potest Indis officio, filium alere. Et quid si potest filius quæretur sibi victum & nu. 16.
- 17 Filium etiam prodigum teneatur alere pater etiam spurium, & adoptiuū. & nu. 18. & 19.
- 20 Pater alendus à filio vbi non habet rem.
- 21 Mater teneatur filium lactare vsque ad triennium.
- 22 Alimenta num̄ prestanda sint ab ecclesia, seruiturib. & domesticis. & nu. me. 25. 26. 27.
- 23 Alimentorum causa fauorabilis est.
- 24 Alimentorum legatum factum Titio, extenditur ad vxorem & filios.
- 28 Alimenta quomodo & quando dari debeant.

**E**t quia Patrono inopi debentur alimēta, vt §. an. dēatur ēt vxori & toti familie. Et Roffre. Beneuentanus in libellis suis iuris canonici in rub. de vtilitate patrono debita dicit q̄ nō: sed debentur patrono tñ egeēt, q̄a alias durum esset ecclesie omnibus subuenire de familia patroni. ¶ Refert hoc dictū Roffre. Phil. de farra. in d. c. nobis. in vers. & intellige hunc tex. qui dicit pro illo dicto facere, qd̄ ipse dixit in c. j. in vers. aduerte secundo. hoc tit. ius pat. transferri successiue, habet locum, siue ex testō, siue ab intestato: q̄a hāc

redis appellatione oēs continentur: & postea in versu. aduer-  
te tertio. dicit ius pat. transire in quemlibet heredem in solido:  
tñ quo ad alimenta, & als oblationes datur plurib. quan-  
tū cōpetebat vni defuncto. de quo nos dicemus. j. ¶ Postea  
ipsemet Phil. dicit qd si facultates ecclesie suppetūt puideri  
toti familiae, credit succurrendū omnib. vt pauperib. arbitrio  
ēpi, vt boni viri, qd tenetur ecclesie subuenire de superfluis  
pauperib. multo fortius istis, per supradicta. & ex hoc dicit ve-  
rificari opi. quā ipse tenuit in d. c. cū aut. hoc tit. in q. quā inci-  
1 pit, pone sunt plures patroni, qd est vnus pñtatus qui sit de  
familia & progenic primi fundatoris, licet non sit tantē ido-  
neitatis sicut cōpetitor, nihilominus est pferendus, qd ecclesia  
tenetur subuenire magis illis, q̄ extraneis: & ille melius guber-  
nabit bona dicte ecclesie affectione quadā, q̄ p̄sumitur ha-  
bere ad illā ecclesiam, tanquā fundatā cōstructā, vel dotatam  
ā primis antecessorib. & pro hoc dicit optime facere qd no-  
tabiliter voluit Abb. in cap. ad decorē. in fi. de insti. dicens in-  
de genitos pferendos extraneis, dum mō sint idonei. de quib.  
nos diximus. s. in ij. par. ij. lib. in v. q. princ. in vj. artic. ¶ Pau-  
2 ro de cita. in hoc trac. in vj. par. in fi. q. iij. artic. ¶ dicit talia  
alimenta esse p̄standa non solum patrono, sed et familiae  
suz. f. filiis, vt in c. filijs. xvj. q. vij. ¶ Quis Roffre. dixerit, nisi qñ nil  
habet, per l. quae legatorū. ff. vt in pos. lega. & in l. ij. ff. de orig.  
iur. in pen. col. vbi Sabinus à scholarib. fuit enutritus. ¶ Ita vi-  
3 demus, qd libertus non solū in opē patronū, sed et filios alere  
cogitur. l. si quis à liberis. §. solēt. ff. de libe. agno. facir. §. item si  
is, qui edū. in fi. de vsu & habi. l. nō solū. l. nō aliter. ff. de & ha-  
bi. ¶ Tu aduerte primo ad dictā do. qui vñ intellexisse de tota  
familia, id est, de omnib. existentib. de illa familia, per aliena-  
tionē, quam fecit: & hoc certe esset grauissimū ecclesie. Nā  
si vnus de Lambertinis fundasset ecclesiam, qd oēs de ipsa fa-  
milia vergentes ad inopiā alimētentur, esset durū ecclesie ab-  
que dubio, sed solū illis alimēta debentur, qui succederēt in iu-  
re pa. ¶ Sed intelligere debemus hunc artic. ¶ de illis de fa-  
4 milia patroni, qui sunt in eius domo: & sic de vxore, filiis, &  
seruitorib. seu domesticis eius. de quib. vere loquitur Paul. de  
cita. vbi. s. Et in istis ego dicerē patronū dēre habere alimēta  
pto se, & pro p̄dictis, qd als eis non succurreret plene, nā  
si bñ sibi succurreret, & tñ vxor, filij, & seruitores moreret  
tur fame, quomodo diceretur ei plene p̄sum, cum ipse te-  
neatur p̄dictis dare alimenta, vt j. dicitur. ¶ Nec ob. qd di-  
5 cit per Roffre. hoc esse durū ecclesie: qd vt in ij. & 3. artic. s.  
diximus ecclesia dat de his, quae sibi supersunt, & inquantū si  
bi superest, qd oīno dandum esset pauperib. vt diximus in ij.  
arti. magis ordinata charitas est, qd detur patrono, vxori, filiis,  
& seruitorib. q̄ aliis pauperib. qd ab alio querere poterunt.  
¶ Et primo in vxore est rō, ¶ qd non p̄nt dari alimenta viro,  
quin dentur vxori: qd sunt vna & eadē caro, & ideo caro bñ  
dicta trahit ad se carnem non benedictā. c. j. & ca. vir. cum ibi  
no. de secun. nup. & non possunt separari, nisi à Deo. Quos e-  
nim Deus coniunxit, hō non separet. Matthei. c. xix. xxxij. q. ij. an  
qd in subditis. & c. quos deus. & c. inter corporalia. de trāla. p̄  
la. Et ideo vxor clerici ad sacros ordines promoti gaudet in  
omnib. priuilegio fori ex persona mariti, sicut ipse maritus.  
imo clericus p̄t ex fructib. sui beneficii eā alere, sicut facie-  
bant Ap̄li, vt in c. omnes. xxj. distin. & ibi gl. & Ap̄li ducebant  
secū vxores suas, vt no. Abb. in c. ij. de foro compe. ¶ Facit  
6 etiam quod dicitur, vxorē esse subditā viro, quo ad ordinem  
reddēdi debitum: qd nō habet potestatem sui corporis. c. nō  
dēt. de p̄sang. & affini. & quātū ad alia exequia: puta custo-  
diēdo res mariti, lauare caput, & pedes, cōmitiones parare, &  
similia no. Io. an. in c. literas. de rest. spo. & in c. hęc imago. 3. §.  
q. & est subdita quantū ad operandū marito, & compellitur  
ad operandū causatiue subtrahendi sibi alimēta non p̄cise,  
si non habuit dotē, vt no. in l. sicut parronus. ff. de oper. liber.  
secus, si habuit dotem sufficētem. vt in l. cū dotem. §. sin autē.  
ff. solu. mati. tñ si vxor est nobilis, non tenetur ad obsequia,  
de quib. s. vt est tex. in simili in l. interdū. ff. de ope. lib. nor. Ab.  
in d. c. literas. in pe. co. & pro p̄dictis et facit: nā coniuges vi-  
7 tra debitum ¶ carnem tenentur, & sunt obligari adinuicem ad  
mutua obsequia, & sic tenetur maritus ministrare vxori: &  
seruitia necessaria impendere, sicut ipsa tenetur marito: vt in  
c. j. de coniug. leproforū. & ibi Abb. & per eundē Abb. in c. lit-  
8 teras. de rest. spolia. ¶ Et ideo sicut vxor tenetur leg virū, sic  
maritus tenetur eam sequi, si ex cā necessaria se abientet: vt  
in d. c. j. & ibi Abb. de coniu. leproso. Et iō et sicut dicitur, vxor  
rem nō hēre potestati sui corporis: ita nec maritus. d. c. nō de-  
bet. de confan. & affini. non enim iudicantur ad imparia, quo  
ad onera matrimonij. c. quanto. & c. gaudemus. de diuor. Ver-  
fatur em in matrimonio mutuo seruitus, vt in c. ex trāmissa.

& in c. ex conquestione. de resti. spo. & Abb. in c. diuersis sola-  
9 tijs. de cleri. coniu. ¶ Et pro hoc facit: nā maritus tenetur a-  
lere vxorē, quā sine dore duxit, vt no. Inn. & Abb. in c. per ve-  
stras. de dona. inter vir. & vxor. & idē Abb. in c. accedēs. de p-  
cu. in fi. & in c. quē admodū. in 4. co. de iureiur. & dēt eā alere  
fm statū suū, vt per Inn. ibi: & dicit Abb. in c. ex literis. de di-  
uor. in ij. no. maritū teneri ad prouidēdū vxori in necessarijs  
de suo, si non habuit dotē, quā si habuit tenetur providere se  
10 cundū quantitātē dotis. Hinc dicimus, ¶ qd si quis alimenta  
stipulatur viro vñ & vxori stipulari. gl. est reputata singularis  
in c. admonere te cū lachrymis. sup verbo. partē corporis tui.  
xxij. q. ij. vbi tex. dicit norabi. vxorem esse partē corporis viri:  
& est consimilis gl. in l. si quis à liberis. §. nō tñ. ff. de lib. agno.  
11 ¶ Et instantū hęc alimenta debentur vxori, qd mortuo vi-  
ro si non hēt vxor alia bona, dēt ali ab haredib. mariti et in-  
fra annū datū haredi ad dotē restituendam. gl. & Bart. in l. j. §.  
ex actio. C. de rei vxor. actio. & in Spec. in tit. qui filij sint legi. §.  
j. vers. nunquid vxor. de quo per Abb. & doc. in c. salubriter.  
12 de vsu. ¶ Verū, qd vxor et cōstante matrimonio p̄t repe-  
tere dotē, & et donationem p̄ nuptias, eū subijciatur onerib.  
matrimonij, si maritus vergat ad inopiā, vt in c. per vestras. &  
ibi Abb. & Moder. de dona. inter vi. & vxor. & no. in l. si cōstan-  
te. vbi oēs. ff. solu. mat. ¶ Vnde p̄cluderē in vxore patroni esse  
illā alimentandā cum viro ab ecclesia, si non habuit dotem.  
Vel si habuit, & vir cōsumpsit, quasi repetere nō p̄t: sed si vel  
let illas repetere, qd facere p̄t, si vir vergit ad inopiā, et con-  
stante matrimonio: vt proxime dicimus, viuet de dote, & suc-  
13 curret viro. per sup̄scripta. ¶ Quid mō in filiis patroni  
patre inope existente: an vna cū eo ab ecclesia alimenta per-  
cipiat. Et primo videretur dicendū qd non: qd patre p̄ono vi-  
uente filius nihil habet in iure pa. nec in eius fructibus. Vnde  
nec p̄stare potest: vt lare diximus. s. in j. par. ij. lib. in ij. q. princ.  
in v. artic. Tñ contrariā partē p̄to veriorē: nā sicut vxor &  
vir censetur vna & eadē persona, ita et pater & filius cōsetur  
vna & eadē persona, & multo magis: qd re vera est eadē caro  
naturaliter, & nō sacramentaliter, vt vxor: & licet sacramētū p̄-  
feratur nature tanquā maius dignū. d. c. inter corporalia. de  
trāla. p̄la. tñ qd nos sumus in materia naturali. l. alimētōrū  
magis cōsiderabitur natura, q̄ sacramētū. ¶ Et hoc p̄rmarit.  
Nā quis vir & vxor dicatur vna & eadem persona: tñ vir illā  
alimētat ex dotib. per eā seu eius patrem datis. Et ita demum  
de suo, si dotē nō accepit: qd sibi impurat vt pxime dictū  
est: in filio autē fecus: qd de suo pater illū alimentari tenetur:  
14 vt j. dicitur. ¶ Et qd pater & filius dicantur vna & eadē p̄so-  
na, est tex. in §. hac aut. xxxv. q. iij. & in l. fi. C. de impub. & alijs  
subiti. & multa accumulauit, per ea qd apparebat p̄m & filij  
cōseri adē, & idē dñium, & possessionē hēre. s. in d. j. par. ij. libr.  
in 8. q. prin. in xij. arti. in prin. sicut lucilla repetita. ¶ Et ultra ibi  
15 dicta adduco, qd pxime dixi ¶ p̄m teneri p̄stare alimēta  
filio: imo ad hoc posse iudicis officio compelli. l. si quis à libe-  
ris. ff. de libe. agno. nisi filius aliunde possit sibi querere alimē-  
ta, vt in d. l. si quis. & voluit Abb. in c. accedēs. in fi. de procu.  
qui in c. ij. de quer. in fide. in j. co. dixit instantū à patre esse de  
16 bita ¶ alimēta filio, qd pater p̄t compelli per iudicē ad alimē-  
tandū. l. ne filij. C. de patria potesta. vnde dicit. l. ne care. qd ne  
care, est filius alimēta denegare. ff. de libe. agno. & ibi gl. nora-  
biliter dicit: qd si filius moreretur p̄ defectū alimentorū, pa-  
ter p̄t puniri, ac si filij p̄prijs manib. necasset. ¶ Et qd dictū  
est. s. patre nō teneri alere filij, si filius possit sibi querere vi-  
ctū ex industria, hoc est verū, qd esset persona quā nō dede-  
ceret operari, alias non tenetur laborare, cū dedecore suo. p̄  
d. l. si quis à libe. cū ibi nota. & voluit gl. in c. cū hēret. de eo qui  
duxit in mari. quā pollū. per adul. & Abb. in c. ij. de quer. qu.  
in j. co. in vers. & scias, & qd pater tenetur alimentare filij, regu-  
lariter voluit et Abb. in c. j. de magi. in j. no. licet hęc regu-  
la multipliciter limitetur in diuersis casib. ¶ Verū, qd si filius  
dissiparet bona, pater nō teneretur assignare portionē p̄ ali-  
mentis: sed de mense in mēsem soluere alimēta: & hoc in p̄-  
cipio mensis pro toto mense. l. fi. de libe. agno. Et voluit Bal.  
17 in l. nō p̄t. ff. de adop. ¶ & sic filius est alēdus à patre, quā sit  
prodigus, & bona sua cōsumpsit, fm lac. de are. in l. libertus.  
§. qui operari. ff. de oper. libe. in l. imperator. in fi. ff. ad treb. li-  
cet debeat cauere se non dilapidaturū. ff. de lega. iij. l. fideicō-  
18 missa. §. si quis voluit Bal. in l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur.  
¶ Imo alimenta dēntur à parentib. et filiis spuris natis ex  
dānato coitu, etiam de equitate naturali, ne filij alimentis  
priuati pereant. tex. in c. cum haberet. de eo qui duxit in ma-  
tri. quā pol. per adul. in fi. & sentit Bar. in auth. ex cōplexu. C.  
de incest. nup. vbi dicit parentes posse egare filijs spuris rō-  
ne alimentorū, & posse donare vel requerere dotes filiabus,  
Lember. de iure patro. BBBB 4 cum

# Cæsar Lambertinus Episcopus

cū dos succedat loco alimentorū. & voluit Abb. in d.c. cū ha  
beret. in vlt. no. & Bar. in l. si quis à liberis. §. vtrum. ff. de liber.  
agno. An aut illa æquitas. d.c. cum haberet. habeat locū in fi-  
liis sacerdotū. ponit Bar. in l. si. §. si à focero. ff. de his q. in frau.  
credul. in q. suo incip. Dñicus magistri Theobaldi presbyter  
secularis. vbi dicit. q. sic licet Bal. videatur dicere q̄num in d.  
auth. ex p̄plexu. de quo tñ late hodie per Prapo. in d.c. cū ha  
beret post alios. ¶ Imo pater tenetur alere filiū adoptiuū. de  
quo per Old. in l. cū adoptiuus. C. de emā. lib. vbi hoc p̄cludit.  
si non haber aliunde vnde sibi p̄videat. de quo et in l. onera.  
20 ff. de adop. ¶ Et q̄ sicut pater tenetur alere filiū. ita & filius  
p̄tem nō habet em vñ viuat: vt in d. l. si quis à liberis. & vxor  
tenetur alere virū nō habentē. vt in p̄allegatis locis habet.  
Concludo. siue pater sit patronus. & deueniat ad inopiā. siue  
sit filius aliunde. siue vxor. & deueniat ad inopiā ex iure pat.  
patris. vxor. & filius erunt alimētā di. & ex iure pat. filii. pater  
& mater. & ex iure patr. vxoris. vir & filius vsq̄ ad trienniu.  
21 ga. ¶ vsq̄ ad i. ud ips̄ mater tenetur lactare filiū. l. nec filiū.  
C. de patria potesta. Sed ga in hoc casu p̄supponimus p̄ter  
indigentē. dicemus ex iure p̄. m̄is debere ali filium. et̄ ma-  
iorē triū annorū. donec possit q̄rere sibi victū. ga si pater est  
indigens. tenetur mater hoc facere valens filios et̄ maiores  
alere. l. j. §. mulier. ff. de libe. agno. & in auth. si pater. C. de di-  
nor. & voluit Abb. in d. c. ij. per illū tex. in j. col. in versitē no-  
22 ta. q̄ puer. de conuer. coniuga. ¶ Restat mō videre. quid de  
seruientib. & domesticis patrono. an cū cō alimēta percipiāt  
ab ecclesia. & gl. & ibi lac. bu. in l. si patrono. C. de nego. gest.  
vult. q̄ si quis tenet puellam la. seruitio. tenetur sibi ad alimē-  
ta. & ad oēs expensas. Et vt proxime vidimus. cū loquuti fui-  
mus de vxore. vxor nobilis non tenetur deseruire viro in  
necessariis. ergo erunt sibi seruitores. alimēta em debet p̄sta-  
ri patrono attenda eius p̄ditione & dignitate. vt s. diximus in  
ij. & iij. artic. Vnde si p̄onus erit nobilis. nō poterit sibi ipsi  
deseruire. & hac seruicia & oia necessaria veniunt appellatione  
alimētōrū. vt dicemus. j. Habere igitur seruitores. est pars al-  
imētōrū ipsius p̄poni. & isti seruitores nō dēt deseruire. se-  
ip̄os alere. vt diximus. s. in ij. p̄ce. q. p̄t. l. xj. art. vbi tractauim⁹  
cuius expensis patronus defendet ecclesiam. & facit gl. in d. l.  
patrono. ff. de neg. gest. ¶ Et pro hoc et̄ facit tex. elegans in c.  
licet. de priu. l. j. vbi habetur. q̄ cū p̄ceditur singulari perso-  
næ. vt tempore interditi in ecclesia ianuis clausis cū submis-  
sa voce diuina celebrētur ex cōicatis & interditiis exclusis.  
ibi ip̄s celebrare valeat vel audire diuina. eius familiares.  
domestici ad audiendū. cū illa. & celebrandū diuinū officiū.  
debent ibi admitti. sic & in casu nostro. & facit ratio ibi assigna-  
ta per doc. ga talis nobilis iuxta sui gradus p̄ditionē non  
posset non associatus accedere. sic & in casu nostro nō posset  
hic p̄onus sine seruitorib. alimentari. & gl. in d. c. licet. in ver-  
sicu. admittunt. adducit simile de. l. cū p̄carari. la. ij. ff. de pre-  
ca. vbi si quis p̄caro rogauit vt in fundo morari liceret. & de  
suis quoque consensum v̄. adducit ad idē. ff. de v̄u. & habi. l.  
ij. §. j. & l. seq. ff. de verb. oblig. l. si stipulatus fuero illud. aur il-  
lud. & l. restituentē. ff. de adu. diuer. iudi. vbi d̄r consensum  
primitatib. intelligi cōsentum. & his. qui sub eis sunt & ad idē  
ff. de cond. & demon. l. municipi. p̄ibus. cum aliis ibi per doc. al-  
leg. ¶ Facit pro hoc cām alimentorū esse valde fauorabilē.  
23 l. j. C. de fideic. l. cum hi. quasi per totū. ff. de transac. et̄ si alimē-  
ta essent legata diuiti. vt ibi. l. in d. l. cū hi. §. nihil. & facit q̄d vo-  
luit Alex. de Imo. in consi. clxxij. viso processu causæ verten-  
tis inter dominam Aaroniā vxorē. & c. in ij. vol. vbi vult q̄  
24 si alimenta sunt relicta Titio extraneo cum vxore & filiis. in-  
telligitur de vxore prima & secunda. & de omnibus filiis q̄  
cunq̄ue natis. facit et̄ quod voluit Oldra. consi. ccij. & casus  
in l. inter veteres. in verbo. maxime. C. de fideic. libe. & in l. si  
quis ita dederit. §. j. ff. de testa. facit l. placet. cū l. seq. ff. de liber.  
& posth. cum sumi. Ex quibus pater h̄mōi legata alimentorū  
extendi ad quoscunq̄ue filios. & personas cōprehensibiles.  
25 Et hac ratio fauoris alimentorū facit pro omnib. supra scri-  
ptis. ¶ Quod aut̄ p̄clusimus de seruitorib. & domesticis. est  
intelligendū patrono existēte nobili. & talis qualitatis. q̄ eius  
indigeat. per supra scripta. & per ea quæ diximus. s. in iij. artic.  
26 ¶ Sunt et̄ intelligenda oia supra scripta de vxore filijs &  
seruitorib. quando p̄dicti aliunde non possunt querere vi-  
ctum. nisi illum à patrono habere: tunc enim ecclesia omni-  
bus prouidebit: quia alij veniunt in consequentiā: vt s. d̄ctū  
est. secus. si aliunde possunt habere victum: vt s. similiter dixi-  
mus de parte in filium. & de marito in vxorem: & per p̄dicta  
idē dicemus in seruitoribus: per ea. quæ diximus. s. in iij. ar-  
27 ticul. ¶ Quæ omnia demum declara procedere. si de tractis  
detrahendis restantibus fructibus ecclesiæ suppetāt circa p̄g.

dicta. Si verò non suppetant. non per hoc nō vendentur pos-  
sessiones ecclesiæ: sed faciet ecclesia. quod poterit: & ipse pro-  
nus de illis disponet. vt libet. & reliquum aliunde querat: per  
28 ea. quæ late diximus. s. iij. & aliquid in iij. artic. ¶ Et de istis  
alimentis dandis. recurrendum est ad Specu. in tit. qui filij sint  
legit. & ad Barro. in d. suo tractat. de alimentis. cum apostillis  
Martii. Lauden. & ad Zochum & Prapo. in dicto capitul. cum  
haberet. de eo qui duxit in matrimon. quem pollu. per adul-  
terium.

## ¶ Septimus artic. iij. q. prin. iij. Libri.

- 1 Actio competit patrono ad petenda alimenta: alijs verò. iudicis officium. nume. 2.
- 3 Alimenta esse petenda iudicis officio.
- 4 Obligatio ad antidora.
- 5 Libellus quomodo formandus in petitione alimentorum.
- 6 Patronus alimenta petit actione ex canone.
- 7 In alimentis petendis à patrono. summarie proceditur. nec requiritur iudicarius ordo.

**Dubitatur** Modo ¶ septimo. qua actione per patro-  
num alimenta petantur à rectore? Et vt s.  
vidistis in ij. art. Io. and. Car. Abb. & oēs in d. c. nobis. dicunt pa-  
trono cōpetere actionem ad aimenta: & ex illo canone. c. no-  
bis. & ponit Spe. in ti. in ver. porro. & in tit. de offi. iudi. §. ij. ver.  
si verò. Et hoc voluit Roch. in hoc trac. in verbo. ius. ante filij.  
q. remittendo se ad verbum. & vtile. vbi in j. q. dicit post Io. an.  
& Abb. vbi s. habere patronum actionem pro alimentis q̄ra  
ecclesiam. & ibidē in filij. q. remittit se ad Spec. vbi s. ¶ Hoc idē  
vult Phil. de Sarra. in d. c. nobis. in vlti. no. in versic. circa iij. vbi  
2 dicit. ¶ patrono cōpetere actionem. alijs verò pauperib. officium  
iudicis nobile. alle. Inn. in c. fi. de offi. iud. ad quē se remit-  
tit. ¶ Pau. de cita. verò in hoc trac. in vj. par. in iij. q. vi. art. quæ-  
rit quo iure patronus poterit ab ecclesia petere alimenta. seu  
vita suffragium? & dicit eum debere petere officio iudicis: vt  
Bar. dixit ¶ Alimenta esse petenda iudicis officio. in l. si quis à li-  
beris. in prin. per illum tex. ff. de lib. agno. Secundo p̄bat rōne  
3 naturali. fm eum. q̄to debentur alimēta filiis à parentib. & pa-  
rentibus a filiis. l. j. ff. de iusti. & in. & non datur actio: sic etiam  
debentur patrono ab ecclesia alimēta: ga bona donauit vel cō-  
sumpsit. fundado ecclesiam: & sic ecclesia vel p̄latus est obli-  
gatus ad antidora: ¶ vt bñficiēti bñ faciamus. §. est tñ natura  
4 lis obligatio. de qua in l. sed si lege. §. p̄tuluit. ff. de peti. h̄r. &  
in c. cū in officijs. de testa. ergo actione nō poterit agi? p̄latus  
ecclesiæ pro talib. alimētis. ¶ Hoc idem dicit tenere Bar.  
in l. solent. ff. de alimen. lega. vbi in vers. quæro. dicit alimēta  
per officium iudicis esse petēda: ga iura loquentia de alimen-  
tis. dirigunt verba ad iudicē. quo casu debet dari officium iudi-  
cis: vt in l. q̄ si minor. in fi. ff. de mino. in l. j. eo. tit. argu. l. j. ff. de  
iure delibe. Sed in tota. l. si quis. vbi fit mentio etiam de alimē-  
tis patrono p̄standis. p̄sertim in §. pe. & semper verba di-  
riguntur ad iudicem: ergo oritur officium iudicis. ¶ Et dato.  
q̄ in c. nobis. hoc tit. & in c. quicūque. xvj. q. vij. verba sint sim-  
pliciter posita: tñ ex quo de iure ciuili est expressum. (tabimus  
illi. p̄sertim cum non sumus in materia peccati: vt per Cano-  
nistas in c. j. de no. ope. nun. ¶ Et sic dicit Paul. teneo alimenta  
esse petēda per patronum à rectore. officio iudicis. qui iudex  
debet moderari: quæ & qualia debeantur habito respectu ad  
5 personę qualitatem. ¶ Demum subdit quomodo formetur  
libellus in alimentis petendis. & dicit esse recurrendū ad Spe.  
in titu. qui filij sunt legi. col. iij. vers. cōpetit etiā. per totum. Et  
ita refidet ibi Pau. de eleza. Phil. de Sarra. & oēs in d. c. nobis. &  
Roch. in d. verbo & vtile. in j. q. velle patrono cōpetere pro a-  
limentis actionē ex illis canonibus. f. c. quicūque. & c. nobis. §.  
fi. quæ iura nō dirigunt eorum verba ad iudicē: & licet Pau.  
de cita. dicat hoc esse obseruandum. iuxta dispōnē iuris ciuilis.  
& sic intelligēdum: tñ ius ciuile loquitur in alimētis p̄standis  
q̄buscūq̄: & etiā patrono liberti: ga expressit ipsa alimēta esse  
petēda officio iudicis. ex quo verba illorū iurū ad iudicē sunt  
directa: sed ex quo iura canonica volētia hoc ius alimentorū  
cōpetere patrono. sicut & alij fruct⁹ iuris p̄. & nō direxit ver-  
ba ad iud. cē. sicut alios fructus iuris p̄. hēt vii tute actiōis. Et  
q̄ alij fructus debēt peti virtute actionis. p̄bat ex oib. k. uulq̄  
dictis in hoc trac. & p̄sertim ga cōpetit actio p̄ono q̄ impe-  
dientis eū p̄sentare: vt diximus. s. in ij. par. ij. lib. in ij. q. princ. in  
ij. artic. Cōpetit etiā actio patrono ecclesiastico impedito ex-  
ercere custodiā ecclesiæ vacantis: vt diximus. s. in d. ij. par. ij. lib.  
in j. q. prin. in xxxix. artic. & in ij. p̄ace. q. prin. huius lib. in vj. ar-  
ticu. ¶ Et quis institutio petatur officio iudicis. vt diximus. s. in  
d. ij. par. ij. lib. in vij. q. o. princ. in v. artic. tamen petendo actio-

uem pronus non petit fructum iuris pasc. sed illius executionem: & ideo petitur officio iudicis, sicut & confirmatio, vt ibi late diximus. ¶ Et ideo sic tene alimenta esse petenda per patronum à rectore actione ex canone. ¶ Dicerè bene in hac causa esse procedendum summarie, & non requiri iudicium ordinem, cum sit cā summaria: per ea quæ diximus. §. in d. ij. par. ij. lib. in viij. q. prin. in xx. artic. cum ibi tractauimus, quado malitiose ep̄s non instituit p̄tatum: & debet prouidere de alimentis, donec ei prouideat de alio beneficio: an in hoc iudicio sit seruandus ordo iuris, & maxime hoc procedit per infra dicenda in sequen. articu.

## ¶ Octauus articu. iij. q. prin. iij. Libri.

- 1 *Rektor non prestans alimenta patrono, adeo q̄ sane occubuit, an teneatur de homicidio.*
- 2 *Alimenta denegans, necare dicitur.*
- 3 *Opinio in dubio mitior adsumenda est.*
- 4 *Filius ingratus filiationis priuilegium perdit.*
- 5 *Rektor denegans alimenta patrono, quæ p̄na plectatur.*
- 6 *Patronus non potest vocari in ius à rectore, sine venia.*

**Contingit** Modo octauo loco dubitari, tan si rektor ecclesiæ nō dedit alimēta patrono, vel tantum distulit, q̄ ille fame periit teneat de homicidio, sicut & p̄ negādo alimēta filio. p̄. necare. ff. de libe. agno. vbi glo. no. dicit q̄ si filius moreret p̄p̄ de fidei alimētorū, poterit puniri p̄, ac si filium p̄p̄riis manib. necasset: & dicendū est q̄ sic: q̄a sicut p̄ teneat alere filium: ita & econtra, vt ibi. & in l. sigs à liberis. ff. de libe. agno. & diximus in vj. p̄ce. arti. ¶ Hunc art. tetigit. Pau. de cita. in hoc trac. in vj. par. in viij. q. prin. iij. art. qui dicit hunc art. non reperisse tactum p̄ aliquem: & dicit se putare rektorē teneri: q̄a qui p̄t malo obuiare, & non obuiat, malum p̄mittere d̄r. lxxxiij. dist. in prin. mortem eīsi languen tibus. ¶ probatur infigere, qui cum p̄sser, hanc non excludit. c. pasc. lxxxvj. c. q̄re. de senten. excom. c. dilecto. eo. tit. lib. vj. necare (in d̄r. non in ius qui partum p̄focat: sed & qui alimoniam denegat. d. l. necare. ff. de libe. agno. nam nihil interest, an quis occidat, vel mortis cām p̄beat. l. si quis negādi. C. ad legē Cor. de sica. si ergo peccat in l. corneliam de sica. ergo eadē p̄na d̄r: puniri, q̄ est capitale suppliciu. d. l. si quis teneri ēt gl. in d. l. necare. ¶ Sed ibi Bar. dicit ipsum teneri p̄na extraordinaria, nō p̄na homicidij. per l. j. §. p̄eua. ff. de liberis agnoscent. Ita v̄r sensisse Hugo glo. in d. c. pasc. lxxxiij. dist. vt refert ibi Arch. talem non iudicasse in canonem: licet sit reus mortis. c. eterne vt dicit in d. c. pasc. ¶ Et dicit Pau. istā videri sibi mitiorem opinionem, quæ in dubijs tenenda est. l. si p̄ses. ff. de p̄enis. l. absentem. eod. tit. l. semper. ff. de reg. iur. ¶ Et dicit non ob stare in p̄rio allegata, per q̄ d̄r talem committere homicidium, q̄ dicit committere homicidium in foro aīe: Secus in foro p̄tē tioso, in quo q̄s non punit ex voluntate, sed ex facto: nisi in q̄busdam casib. sp̄alibus, de quib. in l. si quis nō dicam rapere. C. de ep̄is & cleri. ¶ Postea ipse Pau. limitat oīa sup̄ascripta pro cedere, q̄n patronus se bene habuisset erga ecclesiā & ipsum rektorē. Si autē commississet ingratitudinē, per q̄ deberet filius à p̄re exheredari, vel p̄sser exheredari, q̄ sunt quatuordecim: de qb. in §. aliud quoq; cap̄m. in aut. vt cum de appel. cogno. & p̄ Canonistas in c. quinta uallis. de iure iur. vbi do. me. Corfe. pulchre: tunc putatē dicit Paul. q̄ sicut filio possent denegari alimenta: vt est tex. in l. sigs à liberis. §. idem iudex. & ibi glo. in verbo detulerat. ff. de libe. agno. Ita poterunt subtrahi alimēta p̄sona ingrato: & dato q̄ moreret fame, non diceretur p̄ hoc homicida: nec puniretur. l. pompeia de p̄n. p̄tatis vel p̄r, quia p̄t p̄ totam legitimam filio ingrato subtrahere & denegare, eo ¶ quia filius ingratus perdit filiationis priuilegium: vt tenet Bal. in l. si. C. de dous p̄mis. Et per clarissimum do. Iaso. suū & meū p̄ceptorē honorādū in l. ius aut in gl. p̄tinuum. ff. de iust. & iur. ¶ Qui tamen hanc limitationem restrinxit procedere, q̄n filium vel filiam non penituit, si autem penituisset, tūc nō liceret patri talem filium exheredare, nec alimēta denegare: & similiter nec patrono p̄nitenti de tali ingratitudine debe rent alimenta denegari: quia in tanto punitur p̄sonus, in q̄to peccat: vt dicit se dixisse in d. vj. par. in x. q. iij. artic. de p̄ntate in dignum scienter, qui p̄tatur illa vice iure p̄ntandi. & ita re sident do. Pau. de cita. ibi. ¶ Tu circa p̄dicta aduerte ad duo, Primum circa p̄nam rektoris denegantis alimēta patrono, an puniatur, vt homicida, vel p̄na extraordinaria. Et dic eū p̄naa mortis puniri non posse, cum ius canonicum illam infigere nō possit: sed loco illius dat p̄na de p̄sitionis seu de gradationis: & probatur in c. j. de p̄enis. lib. vj. & c. nouimus.

de verbo signi. in c. cum non ab hoīe. de iudi. & in c. qualiter & q̄n. de accusa. Et ideo si hunc appellauimus homicidā, hic rektor deponetur, & in monasteriu detrudet. c. sigs viduam. & c. si ep̄s. 50. dist. & in c. j. cum gl. de homici. ij. q. vij. §. quia. ergo & hoc p̄cedit ēt si p̄p̄ram sit commissum: licet animus occidendi defuerit. 50. dist. §. si vero. & c. studeat. & deponi d̄r: per s̄nam non ipso iure ē: si sit notorium: s̄m Bal. in l. si frat̄. C. ad vlla. & intelligo de verbali de p̄sitione, non de actuali: q̄a illa dat in corrigibili: vt in c. & si clerici. §. de adulterijs de iudi. de qb. de p̄sitione & degradatione, p̄p̄ quæ crimina, & q̄n & quō fieri possit, h̄r late per Firma. in trac. de ep̄o. in iij. lib. in viij. par. cum suis quatuor particulis: vnde miror Pau. hic q̄si uisse an iste rektor esset puniendus p̄naa mortis. ¶ Secundū, circa q̄d dixi esse aduertendū, est in limitatione, q̄ ponit Pau. in qua ipse p̄supponit ecclesiā seu rektorē eius dantes ali menta patrono, repræsentare locum patris, & p̄sonam reci piētem locum filij: & sic p̄siderauit ingratitudinem p̄soni eū priuādo alimentis, sicut priuat filium: & tñ est tutum oppo situm: q̄a in casu n̄ro patronus respicit personam patris: & ideo d̄r patronus quasi p̄, quia deducit ecclesiā de non esse ad ef. se: imō & ad bene esse p̄p̄ dotem: vt diximus. §. in j. par. j. lib. in j. q. prin. in ij. art. & in ij. q. prin. in j. art. Imō non p̄t vocari in ius sine venia à rectore, ¶ sicut nec pater: vt diximus. §. in j. q. prin. huius lib. in ij. art. quare ego non tenerem hanc limitatio nem, cum non cadat ingratitudo a p̄sona ad ecclesiā seu rektorē: q̄a ecclesiā seu rektorē nihil dederunt p̄sona: sed patronus dedit ecclesiā & rectori: & sic ingratitudo posset esse ex parte ecclesiæ, vel rektoris, q̄ ecclesiā non p̄t delinquere, nec esse ingrata, tanq̄ lapideo: sed solum rektor posset esse ingratu: & eius delictū noceret sibi: & non ecclesiæ. vnde absq; p̄posito hoc p̄sideratur ingratitudo p̄soni: quia h̄t alimenta ex suo facto p̄ceden. l. ex fundatione, p̄structione, vel dotatio ne ecclesiæ, hoc iure cōi disponente: & iō iure actionis sibi de bentur alimenta: vt diximus in prox. p̄ce. art. Vnde conclude limitationem Pau. non habere locum in casu nostro: & rector rem alimenta denegantem: & ex eius denegatione patrono morte succedente & sic homicidium committentem esse de poandū: & in monasterio detrudendū: vt §.

## ¶ Nonus arti. iij. q. prin. iij. Libri.

- 1 *Alimentorum appellatio, quid comprehendat & nu. 6.*
- 2 *Alimentorum appellatione, medicinæ veniunt. & nu. 5.*
- 3 *Victus appellatio, venit & victus stratum, & calciarium.*
- 4 *Medicinæ magnas impensas important.*

**Succesiuè** Nono loco dubitatur, p̄sona inopi quid dabit ecclesiā seu rektorē p̄ alimētis pecu niam vel aliam sp̄em, ¶ & quid veniat appellatione alimen to rum. Hunc arti. ponit Pau. in hoc trac. in vj. par. in iij. q. iij. art. & dicit, q̄ quamuis adhuc hoc tactum non viderit: tamen q̄a. d. c. quicunq; xvj. q. vij. & c. nobis. hoc ti. & c. si. in fi. xxv. q. ij. vo lunt dari patrono suffragiū vitæ. Ideo putat, q̄ si ecclesiā abū dat, adeo q̄ si quid superfit expensis omnibus necessarijs circa ecclesiā. m. de d̄ctis, reneatur ipse rektor ad omnia necessaria, quæ spectant ad v̄sum vitæ, sicut cum alicui debentur alimen ta, cui debebitur cibus, & potus, vestitus, & habitatio, ex eo, quia sine his corpus humanum viuere non p̄t. l. legati ali mentis. ff. de alimen. lega. l. & si non sint. §. si cui forte. ff. de au ro & argen. leg. ¶ Imō & veniūt medicina: vt tenet Ang. in l. cū hi. §. q̄ transigit. ff. de trāsa. vbi ēt tener q̄ veuiet lectus, cul citra, & calciarium, eo quia sine istis homo regulariter v̄iue re non potest. & idem dicunt doct. siue loquamur de alimen tis, siue de victu, in d. §. qui transigit. siue de educatione. l. si. de 3 alimen. leg. ¶ q̄ victus appellatio veniat vestitus, stratum, & calciarium, dicitur in l. verbo victus. de verb. signi. q̄ veniunt medicina: d̄r in l. si cum dotem. §. si aurem in seuisimo. & ibi p̄ Alex. & alios. l. quos nos. §. verbum, viuere. in l. in stratū. omnia vestimenta p̄tineri Labeo ait. ff. de verbo. signi. ¶ Secus, si esca vel cibus debere: quia non veniunt medicina, vel stratū, nec habitatio. d. l. & si. §. si cui forte. de auro & argen. leg. Ang. in d. §. qui transigit, & de p̄dictis omnibus ita tenet Spec. in tit. qui filij sunt legi. col. pe. ¶ Et subdit Pau. an magnæ exp̄ s̄e sint faciendæ in medicinis? Bar. in d. l. alimentis, tenet, q̄ sic: eo quia vbi simpliciter lex grauat aliquem ad alimenta, tunc est obligatus ad medicinas etiam magnas, si potest. secus, vbi homo obligat se daturum alicui alimenta: tunc non tenetur ad magnas medicinas. & ita dicit tenuisse etiam Bar. in confi. suo, xxvij. & Alexand. in l. diuortio. §. impendia autem. ff. solu. mauti. & ex p̄dictis habes, quæ veniunt appellatione alimē torum.



# Cæsar Lambertinus Episcopus

totum. ¶ Quantum ad id quod dicitur, alimentorum appellatione venire medicinas. In primis videtur textus in l. i. ff. de serui. s. quas impensas. ff. de edil. edic. & in l. i. in rebus. s. p. ff. commo. & in l. sicut in vilipendia. ff. de usufruc. & in l. non omne. ff. de pen. lega. & no. gl. in c. ex parte. super verbo, forte. de celebr. missa. & gl. in c. nihil. vij. q. i. nisi modica esset impensa: vt in d. l. sicut impendia. & in d. s. possunt. & nor. in l. ab hostibus. s. si vir vxorem suam. ff. solu. matri. tñ ego tenerem cum Pau. tum fauore alimentorum: vt diximus. s. ante fin. vij. prece. arti. tum et, quia non sumus in alimentis per aliquem prestatis in eius praeiudicium, velut noluit sed in alimentis prestatis per ecclesiam de superuis, quæ omnino essent pauperibus, elargienda. Præstat igitur illa largiri p̄ono in quantum super sunt, siue sufficiant, siue non: vt diximus. s. in ij. artic. & sic q̄ venient medicis, et magis, non nocet ecclesie per supra dicta.

¶ Et veniet quid appellatione alimentorum, ponit gl. ij. in c. ep̄s. & Barri. in c. cum fm. de præben. & do. Phil. de sarra. in d. c. no bis. in versu. & quid veniat appellatione alimentorum.

## ¶ Decimus articu. iij. q. prin. iij. Libri.

1. *Alimenta prestanda ne sint in specie, an in estimatione, vel quota redditum & num. 3.*
2. *Alimenta prestanda esse mensatim.*
4. *Alimenta cuius expensis sunt portanda.*
5. *Inuitans aliquem an teneatur inuitatum prandio excipere, ex quo ille inuitatus acceptauit.*
6. *A malo abstinendum non modo, sed etiam mali suspensionem euitandam.*
7. *Clericus amplectens mulierem, benedicere præsumitur.*

**Et pro** Maiori declaratione proxime præcedentiū. Dubitatur decimo, an alimentā prestada, p̄ono sint danda in specie in estimatione in quota reddituum in possessionibus, vel quo modo. Hanc quaestionem format idem Pau. de cita. in hoc trac. in vij. par. in vij. & vlt. q. iij. artic. & dicit circa eam se putare fore distinguendum: vt distinxit Bar. in l. i. ff. de alimen. lega. an prestanda pro alimentis, sint breui t̄pore duratura, vt carnes, aqua, vbi essent venalia, & similia debere solui estimationem & non in specie. l. mella. in fi. ff. de alimen. & ciba. lega. vbi legatis alimentis & aqua, illud præcium videtur esse legatum, quo aqua cōparari potuisset: quædam sunt quæ si pro toto mense soluerentur: t̄t communiter debent alimenta mensatim prestari. l. fi. ff. de libe. agno. l. pecunia: in fi. ff. de alimen. & ciba. lega. quæ non corrumpentur, vt frumentum, ligna, vina: & tunc non debetur estimatio, sed ipse species. l. cū hi. s. si cui. ff. de transac. l. j. l. nulli. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. & dicit hanc distinctionem sequi Pe. de ancha. in cle. j. in ij. col. in iij. no. quamuis ibi teneatur in vicario ecclesie qui est perpetuus, fieri ibi cōputationem pro toto tempore vite: & assignari in certa portione possessionis: ex quibus possit viuere, fm̄ intentionē illius litere, & glo. ibi in verbo, & in p̄cena: & dicit hodie certos numeros saccorum frumenti & pecunia dari. ¶ Tu aduerte, quia de hac materia satis diximus s. in iij. par. ij. lib. in x. q. prin. c. vbi tractauimus materiam. d. cle. j. huius tit. & xij. articu. ibi discussimus, in quibus rebus assignanda esset portio illi vicario in possessionibus, vel redditibus, vel in estimio: & annuatim, vel mensatim: & ad ibi dicta me remitto. ¶ Et in casu nostro t̄concludo distinguendo q̄ si rector voluntariē dabit, erit in eius arbitrio quō velit dare, in possessionibus, vel speciebus, seu in estimio: & si in speciebus vel in estimio obseruabit supra scriptam distinctionem Bar. ¶ Si vero ipsa alimenta daret coactus, esset in facultate episcopi illa dare in possessionibus, redditibus vel in speciebus, & in estimio: & hoc in p̄cenam ipsius rectoris differentis dare, per text. in dicta clem. j. iuncta glo. in verbo in p̄cenam. & ita in casu Iuuenatij de quo dixi. s. in iij. artic. consului si ille archidiaconus fuisset renitens: licet tandem ipse archidiaconus, se recorderit cum prædictis nobilibus patronis: & assignauerit eis partem possessionū cū obligatione: q̄ illas bene coli facerent partem reddituum in censibus p̄sistentium, & certos modios frumenti, & certē gauisus sui de eorū concordia: quia oēs sunt mihi amici. ¶ Prosequitur Pau. vbi. s. quis teneatur pro portatura alimentorum: & distinguit q̄ si ille cui debetur alimentā, sit nobilis: vel talis, q̄ cū suo honore nō possit portare: & tunc ille qui teneat alimentā, et soluet portaturam, si aut possit cū suo honore afferre, ille cui debetur, nō haberet soluere portaturā: & ita in isto casu arbitrat fore dicendū: & multo fortius in quo iura multū faciūt: quia intatū p̄onus dilexit ecclesiam, vt in eā sua p̄tulerit bona. vt dicit gl. fi. in fi. in c. pe. hoc tit. ¶ Placet mihi hæc distinctio: & maxime primū mēbrū: quia seruadus est honor p̄oni in ipsis alimentis: & ecclesia teneat in quātū p̄t &

non vitra. vt sepe diximus, fm̄ membrum et placer: quia illa alimenta debentur patrono, q̄ ipse ex se habere non p̄t: nā si ex se possit vitrum q̄rere, non hēret alimenta. vt diximus. s. in iij. art. vnde cū ipse sine eius dedecore possit alimentā deferre, nō erit soluēda portatura. ¶ Et ex supra scriptis collige p̄ono nobili esse mittēda alimenta vsq; ad domum: quia ipse verecundaret quotidie accedere ad rectorē, & illa perere, & ea q̄ p̄t inducere ex verecūdia, nō sunt pmittenda: vt diximus. s. post Ana. in fi. v. artic. Et p̄ hoc et facit illud pulchrum dictum sup̄ quo lo. cal. p̄soluit suam vxorē inuitatum hora prædij esse iterū vocandum, q̄ esset foren. mulier vel digna p̄ona, q̄ nō libenter se ingeret: licet secus in alijs personis nō ita grauib. de quo dicto facit festum do. Abb. in c. cum inter vniuersas. in fi. de elect. vbi dicit vxorem Calde. satis aequē r̄ndisse. & ibidē

5. Abb. ponit an inuitans aliquē teneat ex necessitate prandij exhibere: ex quo inuitatus acceptauit: & si nō exhibet ad qd teneat. de quo et per Butr. in c. q. lem. in fi. de renun. & in c. fi. de p̄ca. per Abb. & Alex. in l. si penam. ff. de verb. obl. & in l. i. ff. de p̄ca. & per do. me. Alba. Papien. in l. ij. in prin. vij. char. ff. si cert. per. & plenē per Constan. in trac. de ludo in iij. char. in j. & ij. col. ¶ De quo p̄silio vxoris Calde. loquit lo. an. & Calde. in c. fi. de renun. ¶ Ex quorū supra dictorum dictis colligitur, q̄ si inuitatus acceptans deciperet ab inuitante, teneat inuitans ad interesse, & alias vt ibi eodem mō deberet esse, si hora prædij nō misisset pro illa persona graui inuitata: quia cum seruanda iterum hora prandij, nō vocata, dicitur decipere. ¶ Reduco ad casum nostrum eodem mō posse agi per patronum nobilem p̄ rectorē ecclesie, si t̄pore debito non miserit sibi alimenta: & per patronem non nobilem si t̄pore debito accessit p̄ alimentis accipiendis, & non fuerunt sibi data. Imō multo magis in casu nostro quia inuitans ex pollicitatione tenebat: vt dicunt docti: vbi s. rector vero teneatur de iure adeo q̄ patronus p̄ eum habet actionem: vt diximus. s. in vij. arti. Nota ista, quia pulchra: & ad hæc materiam nunq̄ reducta. ¶ Non omit tam vnū, quod etiam ex prædictis colligitur, ex quo mulier & persona grauius seu nobilis fuerūt æquiparati per p̄siliū vxoris Calde. q̄ si esset mulier patrona, q̄uis non nobilis non deberet ipsa accedere p̄ alimentis, sed erunt sibi per rectorē mittēda: vt in nobili diximus, quod mihi satis placet: r̄ supra scripta ratione p̄ verecundiam muliebrem: tum et alia rōne: quia si esset iuuenis possit scandalizare rectorē m̄se populū:

6. & Ap̄s percipiat t̄ non solum à malo, sed ab omni suspitione mali esse abstinendum. c. ab omni. de vita & hone. cleri. ¶ Quod dictum limitare non p̄cedere, si p̄ona esset q̄uis mulier nō nobilis & vetula: quia in ea cessarent ambe p̄dictæ rōnes: quia i mulieribus rusticis, & antiquis cessat verecundia, & scandalizatio. Vnde illis cessantibus, cessabit & dispositio supra dicta. c. cū cessant. de appel. ¶ Si vero esset rustica mulier: sed iuuenis & p̄sertim pulchra: adhuc dicerē militare supra dictā dispositionem p̄ s. affinitatis. in stit. de nup. ¶ Licet illa gl. singularis in c. absit. xj. q. iij. velit t̄ q̄ si videns clericum amplectentem mulierem, dēt præsumere q̄ cā benedicendi id fecerit. quam alleg. Abb. in c. estote. de reg. iur. & Vincen. de paliot in suo cōsili. i. u. fertio inter consilia do. Alex. num. cxxvij. in ij. vol. qui adducit Bal. in l. neque natales. C. de proba. dicentem hoc non præsumi in scholare amplectente puellam: tamen ego non recederē à supra dictis maxime in temporibus nostris.

## ¶ Undecimus articu. iij. q. prin. iij. Libri.

1. *Patronis sunt prestanda alimenta, secundum eorum qualitatem.*

**Et ex** Proxime dictis deciditur. xj. art. an alimentā debeant p̄stari pariformiter patrono rustico, sicut nobili? & doct. omnes volunt in d. c. nobis p̄sertim Ioan. an. Card. Burr. Abba. Pau. de cleaza. & Phil. de sarra. quos. s. retulimus in ij. arti. alimenta esse prestanda secundum qualitatem patronorum, tam in vestibus, quam in cibis. & hoc etiam voluit Fely. alias autoritates, allegando in c. cum omnes in xvij. col. de cōsuetu. hoc idem sequitur Roch. in hoc trac. in verbo. & vtile. in ij. q. in versu. iij. accessorie quæro. & faciunt quæ diximus. s. in plurib. artic. & præsertim in proximē præceden. faciunt etiam quæ dicuntur in c. l. hoc tit. portionem esse dandam vicario perpetuo iuxta eius cōditionem. de quo diximus. s. in iij. par. ij. lib. in x. q. prin. in xv. arti. faciunt etiam, quæ diximus in d. ij. par. in v. q. prin. in ix. artic. vbi conclusum in pari numero presentantium nobilem esse preferendū plebeio, vbi plura posuimus de nobilitate ad ibi dicta me remitto. & quod s. dictum est tenuit Pau. de cita. in vj. par. i. vij. q. iij. arti. vt in seq. arti. dicitur.

## ¶ Duode-



## ¶ Duodecimus articulus. iij. q. prin. iij. Libri.

- 1 *Alimenta danda sunt secundum aetatem, quia crescente aetate, augenda sunt etiam alimenta.*
  - 2 *Rusticorum & Nobilium cibi.*
  - 3 *Rusticus pane albo non debet uti.*
- Et** ex Proxime dictis dubitatur. xij. an ecclesia debeat vite suffragium dare semper aequaliter p̄sonis Ac breuiter dicendū saluberrima esse danda fm̄ aetatem: qua crescente debent & alimenta crescere. Ita Pau. in d. vij. q. iij. arti. vj. par. huius trac. mouetur per simile. l. cum vnus. §. fin. ff. de alimen. leg. vbi alimēta relicta filiae debentur pro arbitrio boni viri, fm̄ quantitate aetatis: & aetate crescēte crescere, id est augmētari debebunt & alimēta. Ita Dy. quē ibi sequitur Bar. in l. ij. si cum dorē §. fin. autem in seuiissimo. ff. solu. mati. Similiter decisio huius. q. nititur ratione naturali, vt aetate crescēte, crescant & alimēta: nā verba intelliguntur fm̄ qualitatē personarū, & fm̄ tēpns verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de uoxa. Sed alimenta debentur patrono in casu necessitatis, ergo p̄sono debebunt, put patronus est. ¶ Sic et̄ putat Pau. diuersimoda debentur alimenta p̄sonis fm̄ diuersitatē patronorū, posito q̄ vnus esset nobilis, alter merus rusticus, puta agricola vel mechanicus: nā alia alimēta ecclesia dabit nobili, alia rustico: & ideo debebuntur arbitrio iudicis qui habebit discretionem personarum. vt dixit se dixisse in iij. p̄ce. q. & nos diximus. §. in ix. p̄ce. ar. fm̄ Bar. in l. si quis à libris. ff. de libe. agno. & Spec. in tit. qui fili. si sint legi. ve si. penul. in fi. ¶ Nam si rusticorū sunt alia, cepe, fabae, panis grossus, caseus, & similia. vt dicit glo. in l. seruis vrbanis. ff. de lega. iij. c. i. vbi verò nobiliū vel delicatiorū sunt pulli, & hm̄i delicati cibi, non dicantur peccare nobiles illis vten do. vt no. in c. cum infātia. in gl. p̄grauari. & ibi clarius Ab. & tex. in c. nō cogatur. xij. dist. Ergo cum alimēta debeant dari diuersimode istis duobus patronis eodē modo eidē patrono dabuntur diuersimode, fm̄ diuersam aetate. Facit gl. in d. c. nō cogantur. quae vult aliter debere puniri nobilē, aliter rusticū.
- 3 Et data paritate criminis. Ita Pau. vbi. §. ¶ Tu praedictis adde rusticum nō debere vti panibus albis, sed grossis: vt voluit gl. in d. l. seruis vrbanis. & gl. in l. iudices. C. de ep̄ali audien. cū alijs quae posuit domi. Troylas malui. Bononiens. in tra. de canonizatione sanctōrū in iij. dubio. & in penul. & in col. ¶ Aduerteret̄ ad id quod pulchre dixit Firma. in tract. de ep̄o in iij. lib. in xxxvij. q. q̄ cū ep̄s habet distribuere alimenta inter pauperes, debet dari vni, quantum alteri de cibo & potu: et̄ si vnus plusquam alter comedat & bibat: vestimēta tñ debent dari fm̄ qualitates personarum. alleg. Barthol. capol. in trac. de seruis rusticis. p̄radio. in tit. de aq̄ue ductu. in prin. iij. q. quē dicit esse vidēdū, & perpetuo menti tenendū: quod dictū ego intelligerē, q̄ omnes patroni essent nobiles, & vnus comederet plus, q̄ alij, vel oēs essent plebei: quā tūc vniiformiter quilibet haberet portionem, nō attēto qui plus comedat, vel bibat: sed q̄ vnus esset nobilis, alter plebeius: aliter prouideretur vni, aliter alteri in disparitate ciborū, & quantitate per supradicta in quantitate. quia ille haberet alimenta pro se & famulo. vt diximus supra in vj. p̄ceden. articulo.

## ¶ Decimustertius articulus. iij. q. prin. iij. Libri.

- 1 *Patrono an semper praestanda sint alimenta per ecclesiam vel per rectorem Et quid si d. finit esse patronus, Et quid si patronus ad pinguiorem fortunam deuenit. nu. 2.*
  - 2 *Alimentorum praestatio morte finitur.*
  - 4 *Alimenta sunt praestanda patrono cui fuit facta translatio iuris patronatus non patrono transferenti. Et quid, si secundus patronus non est inops. & primus sit.*
  - 5 *Alimenta praestanda sunt patrono inopi renuncianti, ius patro. ecclesiae.*
- Sed** Modo. xij. dubitatur, an per ecclesiam seu rectorē semper erunt praestanda alimēta patrono, & quid si definit esse p̄sonus. ¶ Hic ar. habet duo mēbra. Prīmū est, an semper debeatur ista alimēta p̄sono: & dicendū est q̄ nō: nisi si dō nec fuerit inops, ¶ quia cū venerit ad pinguiorē fortunā, nō tenebitur vltēris ecclesia sibi p̄uidere. ar. eorū quae no. in c. Odoardus. de sol. & l. is qui. ff. de cessio. bono. nā sicut ille de bitor nō molestā nisi deuenit ad pinguiorē fortunā. Ita hic patronus inops habebit alimēta, donec venerit ad pinguiorē fortunā. facit. c. cū cessante. cū ibi no. de appel. cū enim inopia sit cā p̄tationis alimētorū, illa cessante cessabit p̄tatio: & pro hoc faciū: ea quae diximus. §. in iij. ar. illū dici inopē ad effectū habendū alimenta ab ecclesia qui aliunde viuere non potest. Cū ergo aliunde viuere poterit, cessabit praestatio alimētorū.
- 3 ¶ Finitur t̄ hāc praestatio alimētorū p̄ mortē p̄soni. licet de

ius transeat in haeredem: sed an per capita vel per stirpes dicemus §. in prox. seq. q. prin. in iij. arti. ¶ Secundum est membrū huius arti. an si p̄sonus desinat esse p̄sonus: puta quia illud renūciavit: vel cessit ecclesiae, vt libera fieret: an si verigat ad inopiā habebit alimenta ab ecclesia. & licet gl. in c. q̄si derandum. xvj. q. vij. disputet an si p̄sonus renunciet extraneo, vel cedit ecclesiae, adhuc remaneat penes eum onus & utilitas: & tandē p̄cludat expresse in onere q̄ sic: & videatur idē velle in utilitate: vt illam ponderauimus. §. in pxi. p̄ce. q. prin. in iij. arti. tñ ego non tenerem hoc. Et ideo ex omnibus q̄ dixi in d. iij. arti. & in vlt. art. d. q. Concluderem in p̄nti arti. t̄ q̄ si p̄sonus trāstulit ius pa. in alium, adeo q̄ ecclesia non efficiat libera: in illū sint translata omnia ista iura & illum fore alimentandū si deueniret ad inopiam: & non transferētem ius pa. quā nimīū grauarē ecclesia: sed si ille in quem est translatum ius pa. nō esset inops: & transferens sic, adhuc primo p̄sono esset succurrēdum, non rōne iuris pa. q̄ nō hēt: nec virtute actionis q̄ ex eo onē. de qua diximus. §. in vij. p̄ce. arti. sed illa aequitate p̄ q̄ bene facientib. bene facere debemus: & vt alijs pauperib. succurrit: non tñ dicerem ad hoc posse compelli rectorē: sed bene faceret rector illū p̄ferre alijs pauperib. & hoc ex sua volūtate ex quadam naturalitate ex qua diximus. §. in vij. arti. non aut̄ ex illo debito quo teneret p̄sono. de quo teneret p̄sonus. §. post Io. an. in iij. arti. & et̄ in vij. arti. ¶ ¶ Si vero p̄sonus cessisset ius pa. ecclesiae: licet hoc sit nouum dictum: dicerem tñ ad huc illam teneri alimentari ipsū p̄sonum in inopiam deuentum, sicut ille adhuc teneretur ecclesiam defendere, vt diximus in dictis. iij. & vlt. art. p̄ce. q. prin. & isto modo posset procedere glo. d. c. q̄derandum. saltem illa aequitate titu. q̄ quisque iuris. ¶ ¶ Et hoc procedet sicut fit in ecclesia quentuali in qua licet patronus non praesentet: percipit tñ alius fructus honoris: processio: oneris: & utilitatis, vt volunt doct. in c. nobis. §. ceterum. hoc tit. & nos diximus. §. in j. par. j. lib. in xj. q. prin. in iij. arti. nam & cum remittit ius pa. ipsimet ecclesia cessat praesentatio: sed reliqua non vident̄ cessare. vt diximus in d. vlti. arti. prox. p̄ce. q. prin. nisi expresse cederet omnia vt ibi dictum est: & tunc dicerem eo teneri illo modo, quo proxime diximus cum ius patro. transfertur in alterum. Nota ista, quia noua & credo ea procedere. Et pro praesenti articulo faciunt dicenda in sequen. articulo.

## ¶ Decimusquartus articulus. iij. q. prin. iij. Libri.

- 1 *Alimenta an sint praestanda patrono ratione dotis, dote extincta, et nu. 6. 7.*
- 2 *Emphyteota non tenetur ad canonem soluendū, extincta, re propter quam tenebatur.*
- 3 *Causa cessante, cessat & eius effectus.*
- 4 *Ecclesie donans domum, ea lege vt utatur, alendus est domo etiam combusta.*
- 5 *Rei periculum, emptoris est emptione perfecta.*

**Et** contra. Xij. loco dubitatur t̄ pone q̄ plures ecclesiam dotauerint, vel post dotationem aliunde multa bona ecclesiae acq̄suerint: ita q̄ et̄ sine dote posset se curare & regere extincta re data in dote: an ecclesia teneat adhuc alimēta p̄sonum? De quo q̄rit Pau. de cita. in hoc trac. in vj. par. in ix. q. iij. arti. & dicit huic difficultati vj. tex. r̄ndere in l. j. in fi. C. de iure emphy. t̄ vt ecclesia amplius non teneat: put non tenet amplius emphyteota ad canonē soluendū extincta re p̄ q̄ soluebat. Itē cessante cā quare alimēta t̄ dant p̄sono: deberet et̄ cessare datio. c. cum cessante. de appel. l. adigere. §. quis. ff. de iure pa. l. à testatore. ff. de q̄di. & demō. ¶ Poitea dicit Pau. d̄riam opinio. putare de iure veriorē, vt adhuc ecclesia teneat alere p̄sonum: & facit eum inclinare in hāc partem dictū Bāl. in d. l. j. in fi. vers. de vno q̄ro. vbi vult t̄ q̄ si ecclesia donauit domum, vt me aliat licet domus comburāt: tñ teneat ecclesia alere: quā ex parte dantis fuit perfectus d̄ctus: vnde periculum se quēs dēt esse acceptoris & nō datoris. l. in cuius. ff. de cuic. vbi periculum veniens post dationem spectat ad recipientem. l. necessario. ff. de pericu. & cōmo. rei v̄di. t̄ vbi est periculum emptoris p̄fecta emptione. l. si pecuniam. §. pen. ff. de q̄di. ob cām. & sic tenebit ecclesia p̄sono p̄uidere quīs res data cesset. ita residet ibi Pau. ¶ Tu aduerteret̄, quā nos §. in j. par. j. lib. in vj. q. prin. i. iij. arti. latē tractauimus: an destructa ecclesia ibi vel alibi reedificata, p̄soni primae ecclesiae erūt et̄ p̄soni ecclesiae reedificatae: & quid existētib. materia & cementis primae, vel nō: & ibi p̄clusimus q̄ si ecclesia nō reedificat in eodem fundo, nec in q̄structione, est aliqd̄ de prima materia primi patroni nō erunt p̄soni, sed dās nouū fundū, vel reedificans. & postea ibidem in vj. articulo. conclusimus. ecclesia in totū amittente dorem si redoretur, primum dotantē nō remittere p̄sonum: sed esse patronum redotantem: vt ibi latē cōclusimus.

# Cesar Lambertinus Episcopus

de quibus dictis per doct. ibi per me adductos nō est recorda-  
6 datus Pau. quia aliter inde conclusisset. nā cū extincta dote  
qui dotauerat non remaneat patronus quō poterit habere  
alimēta ab ecclesia cum ista præstanda sint à nouiter dotan-  
te. & alijs compatronis. etiam prius: puta ex fundo vel con-  
structionis: vel et nouis ex datione noui fundi vel reedifica-  
tionis. vt diximus in d. iij. arti. ¶ Nō obstat modo adducta hic  
per Pau. quia illa procedunt in p̄tib. & obligationib. quæ ex il-  
lis sunt: scilicet qñ alimenta sunt dāda ex cā iure disposita: quia  
7 illa cessante cessat dispositio. per iura allegata. s. per eum pro  
j. par. huius arti. ¶ Bene dicerē vnū. in quo posset procedere  
opi. Paul. qñ ecclesia fuisset per p̄sonum dotata: & temp. eius  
dotes auget: vel semper ecclesia ditata aliunde. Ita tñ qñ ex hu-  
iusmodi augmentis & ditatis nullus effectus est p̄sonus: quia  
isti tales potius sunt benefactores: & ideo ex ditione nō ac-  
quiritur ius pa. vt diximus in d. vj. q. prin. j. par. j. li. in ij. arti. nec  
isti benefactores efficiuntur p̄soni. vt ibi. & in j. arti. vnde qñ  
prima dos sit extinguita nō culpa dotantis: & ecclesia nō grauat  
alio p̄sona ex dote. dicerē rōne primorū beneficiorū p̄sonū  
adhuc esse alendū. arg. eorū. q̄ diximus in proxi. prece. articu.  
Imò tenerē plus. hūc p̄sonum adhuc posse p̄rari. cū nō alter  
qui eius locū occupet. & hæc p̄cedit per arg. consuluir de iu-  
deis cum alijs adductis ip̄so. d. iij. artic. in j. par. ip̄sus. Cogita-  
tum super hoc præsentatione quia credo verum.

## ¶ Decimus quintus arti. iij. q. prin. iij. Libri.

- 1 Alimētorum ius vendi non potest nec item processionis honor.
- 2 Alimētorum debitorum patrono ius non est perpetuum.
- 3 Alimētorum ius locari potest.

**Dubitatur** Modo. xv. an patronus possit vendere ius  
alimētorum retento iure pa. sicut alios  
reditus temporales. & breuiter dic Abb. in c. præterea. el. ij. in  
fi. quem ibi sequitur Capra & do. Phil. de sarta. hoc ius alimen-  
tandi quod habet patronus ex dispositione iuris. & honor. p  
cessionis. qui debetur p̄sonæ suæ. iuxta. c. nobis. §. fi. hoc titul.  
licet ista sint tēporalia non tamē possunt vendi. cū inhæreant  
personæ patroni: quia non potest ali vel honorari p̄sona alic-  
na mediante. c. si. de offi. lega. Sunt enim iura ita connexa iuri  
pa. vt non possint ab eo abdicari. quod dicunt esse notādam.  
& hoc idem voluit Roch. in hoc trac. in verbo. & vtile. in j. q.  
in j. colū. ¶ Quod mihi placet: quia vt diximus supra in xij. arti-  
2 ti. hoc ius alimētorū nō est perpetuum: sed ita demum cū pa-  
tronus deuenit ad inopiam: quia cessante cessat. & illud ius: vt  
ibi diximus in primo membro illius arti. vnde illud ius in to-  
tum non posset vendi sate hmo in certitudine. & etiā per ra-  
tionē Ab. qñ nō pot abdicari à iure patro. ¶ Dicerē tñ. q̄ post-  
quā aduenit inopia q̄a alimēta dantur mensatim vel annua-  
rim. vel in pecunia partim. & partim in alijs rebus: vt diximus.  
3 in præced. arti. ¶ q̄ talia percipienda ab ecclesia poterūt per  
patronū alicui arrēdari seu locari pro tanta pecunia: & postea  
de illa sibi alimēta emere ad maius eius libitū. nam tunc non  
abdicaretur ius alimētorū à iure pa. nec alimētarei patroni  
per mediā personā. sed venderet annua percipiendā p̄ præ-  
dictis. Ex quorum precio sibi illata emeret ad placitum. & hoc  
tenui supra in secunda parte primi lib. in v. q. prin. in x. artic.  
vbi tractauimus. an sicut potest vendi ius pa. ita nec præsentā-  
tio. vel alij fructus. vide ibi.

## ¶ Decimus sextus arti. iij. q. prin. tertij Libri.

- 1 Patronus an possit exigere aliquod seruitium vel quid temporale. remiss.  
Limit. nu. 2.

**Modo** Vidēdum est. xvj. loco. an isto iure vtili quod ha-  
bet patronus à iure pa. includatur alia perceptio  
1 alimētorū in casu inopie: & sic an possit patronus ab eccle-  
sia exigere aliquod seruitium vel aliquod tēporale. puta cēsum  
vel aliquod grauamē inferre: puta cētos cereos à presbytero  
certo die habere. vel similia. Hūc articulū tractat Pau. de cita.  
in hoc trac. in vj. par. in iij. arti. in xj. q. & Roch. in verbo. & vti-  
le. in ij. q. nos tñ de hoc plenē diximus supra in j. par. j. libri. in  
ix. q. prin. in j. arti. in vj. ampli. iij. conclu. vbi conclusimus. q̄ non  
nisi prædicta sibi reseruauerit patronus in limine foundationis  
de consensu diocefani: & ibi hanc cōclusionē extendimus & re-  
strinximus pulchrē: ad ibi dicta me remitto. vbi retulimus di-  
cta Paul. & etiam Roch. nolo iterum hic transcribere. ¶ Ve-  
2 rum si consuetudo thaberet. clerum dare aliquid præsentan-  
ti. licet temporale. vel aliquos cereos certo die. tenebit talis  
consuetudo nam res pia videtur: ex quo datur patrono. argu-  
c. ad apostolicam. de simo. & l. priuilegia. C. de sacrosanct. ec-

cle. etiam si procederet ex mera facultate. vt etiam tetigimus  
supra in ij. par. primi lib. in viij. q. prin. in ij. articu. ante fi.

## ¶ Decimus septimus arti. iij. q. prin. iij. Libri.

- 1 Patronus si in fundatione reseruauit sibi aliquos fructus cum episcopi consensu. an illos vendere possit. & an illos vendendo censetur vendere ius patronatus.
- 2 Res incerta vendi potest.
- 3 Reditus temporales vendi possunt. siue certi. siue incerti.
- 4 Ius patronatus non transit in alienatione rerum temporalium.
- 5 Hostiensis & Ioannes Andr. duo luminaria iuris canonici.
- 6 Ex iuris natura maxime habentur illa tria honor. omnis. & vtilitas.
- 7 Reditus temporales locari possunt.

**Bona** Restat videre & hic sit. xvij. & vltimus arti. sit vt in  
casu præcedenti in fundatione patronus aliquos  
1 fructus sibi reseruauit. cū consensu episcopi. an possit illos ven-  
dere. & an illos vendendo intelligatur vendere ius pa. Hūc artic.  
tractant omnes doct. in c. præterea. el. secūdo. hoc tit. vbi Inno.  
videtur velle. q̄ si reditus sunt incerti. & indeterminati. vendi  
non possunt: quia non tenet venditio rei incertę. ff. de trah.  
emp. l. in lege. & sic posset intelligi litera in d. ca. præterea. fm  
cū. fm quā etiā sequeretur absurdū. Nā patronus non posset  
vendere istos fructus seu reditus. ex quo si venderet. emptor  
non posset illos exigere: quia nō haberet ius exigendi: ex quo  
2 ius pa. remāsit penes veditorem. ¶ Sed posset dici. etiā rem  
incertam vendi posse. cum videatur vendita spes habēdi eam.  
vnde ius quod habeo in hæreditate. vendere possum. et si sit  
incertum. ff. de hæredi. vel actio. v. di. p. totum. & etiam iactus  
retis. partus ancillæ. vel fructus futuri vendi p̄nt. ff. de actio-  
nib. emptio. l. si iactum. & l. nec emptio. ff. de hen. emp. sufficit  
etiā pretium esse certum. §. pretium. instit. de emp. & vend.  
licet incerta sit res: nam si captura piscium. & auium ematur.  
tener emptio. licet nihil ematur: quia pot esse solius spei. ff. de  
hen. emptio. l. hæc venditio. §. penul. cum l. seq. & sic  
3 cōcludit Hosti. in d. c. præterea. patronum vel aduocatum pos-  
se vendere suos reditus temporales. siue certos: siue incertos:  
dummodo non immisceat ius patro. argu. c. ad qñones. de rerū  
permuta. ¶ Nec obstat. quod dicit emptorem non posse exige-  
re: quia imò poterit exigere. cum iura venditoris transferantur  
in emptorem. ¶ Et ex hoc Hosti. & Io. and. volunt hoc casu in  
emptorem ipso iure transferri ius patro. quia ex quo ipsa iura  
non p̄nt esse sine iure pat. venditis istis reditib. transibit access-  
sorie ius patr. & vñ mirabile. vt maius dignum & principalius  
accessorie trahat ad se minus dignum & accessorie. adducun-  
tur in arg. c. ex literis. hoc tit. & istam opinionem tenendo cui  
tatur absurdum Inno. fm Io. an. vt recitat Capra. nam sequere-  
tur. q̄ emptor exigere non posset tales fructus. cum patronus  
non esset nec etiam venditor. cum ipse vendidisset: vnde vt  
4 ratione connexionis transeat ius patr. In simili tex. in c. inquisi-  
tioni. de appella. & sic interpretanda est res. vt magis valeat  
q̄ percat. arg. c. abb. de verb. signi. ¶ Dat tamen Hosti. consiliū  
ad tollendum omne dubium. vt reditus temporales vendant  
de per se. & ius pat. donec per se: & q̄ tractatus adiuuicem non  
se contingant. d. c. ad qñones. & fiat donatio in priuatum de cō-  
sensu episcopi: p. no. in c. illud in prima glo. hoc tit. ¶ Sed Butr.  
Car. Abb. & Capra in d. c. præterea. tenent oppositū: videlicet  
in alienatione salium t̄paliū non transire ius pa. quia nō est  
verum. ius exigendi fructus transire non posse in emptorem  
remanente iure patro. penes veditorem: videmus enim recto-  
rem etiam locare & vendere reditus totius ecclesię. titulo tñ  
remanente penes eum. c. si. ne præla. vices suas. P̄ter etiam in  
usufructuario. qui videri potest commoditatem usufructus  
iure remanere penes se. d. l. necessario. §. fi. ff. de peric. & q̄mo.  
rei vendi. P̄ter ergo p̄sonus fm prædictos vel aduocatus ven-  
dere reditus temporales etiam incertos iure pa. remanere pe-  
nes se. ¶ Non obstat. emptorem non esse patronum. quia secū-  
dum Butri. ibi percipit reditus non nomine proprio. sed no-  
mine patroni alienantis. qui pro eo accipere cōteatur: & hoc  
dicit esse in reditib. t̄pe foundationis reseruatis: non autem in  
iure alimētorum. vel p̄cessionis: vt diximus. §. in xv. articu.  
¶ Nec obstat. c. ex literis. allegatum p̄ Hosti. quia ex illo tex. nō  
sumit bonum argu. fm Abb. in d. c. præterea. nam in d. c. ex lite-  
ris. ius patro. accedit vniuersitati & ratione accessionis. est mi-  
nus dignum: sed in casu nostro ius pa. est quid principale & di-  
gnius omni respectu: & ideo nō debet transire trāsato acces-  
sorie. fm Car. & Abb. & quo ad reditus non potest dici vni-  
uersitas à qua dependat ius patro. imò nec ipsi reditus pro-  
prie dependent à iure patro. sed separati sunt à patronatu: li-  
cet

et obueniat patronatus: nam oportet nos loqui: vt supra dictum est, de rebus competentibus patrono iure speciali: cum iure communi non competentibus: sicut ergo separatim acquisiti sunt, ita & vendi possunt. sequitur predicta Phi. de sarr. in d. c. preterea. el. secundo. vbi in ultimis verbis dicit ex predictis patere solos rebus posse vendi: & si ius patro. non condonatur. q. licet non transibit ius patrona. ¶ Certe mirandum est de Host, & loã. and. duo ¶ l. m. maria iuris nostri, q. voluerint cum istis temporalibus reseruat per patronum transire ius patrona. titulo venditionis, cum hoc sit quid particularissimum, cum maiorem vniuersitatem sapiant, & venditionem omnium iurium, quæ quis habet in aliqua villa. De quo in secunda parte primi libri in v. quæstio. principa. & in xij. artic. venditionem omnium bonorum de qua ibid. in xiiij. artic. venditione fundi: de qua ibid. in xvij. artic. venditione palatii, de qua ibidem in xvij. artic. & in quibus essent iura par. & tamē illa non transiunt cum predictis venditionibus: vt in dictis locis conclusimus: quanto magis nec cum istis temporalibus nulla vniuersitate sapientibus. ¶ Et si diceres hoc videbatur predictis in casu nostro: quia ista temporalia videntur pars iuris patrona. ex quo ab ecclesia dantur: quod non est in fundo: palatio: & similibus adhuc respondeo salua pace: quia licet ecclesia soluat ista temporalia reseruata soluit illa extra se puta ex suis redditibus: sed maior connexitas est cum fundo, vel palatio, præsertim, vt in dictis locis diximus ad ecclesiam in eis fundatam, aliunde transiri non potest, nisi per fundum vel palatium: & tamen non transiit ius patrona. cum venditione predictorum: multo minus predicti doct. non solum non dicere, sed nec somnare debebant in casu nostro: vnde tene cum Butri. Card. & Abb. ¶ Licet mihi non placeat vnum, quod Butri. dicit, & supra retulimus, emptorem horum temporalium habere exigere nomine venditoris: quasi dicat aliter fieri non posse: quia ex quo erit licite, quia: predicta vendi possunt: vt supra est conclusum: vt proximè dicitur etiam proprio nomine tanq. emptor exigere potest. ¶ Et q. ista sint separatissima a iure patro. prob. quia hæc reseruatio est contra ius commune: vt supra est dictum. & ideo non permittitur, nisi fieret in limine fundationis de consensu ordinarij, vt no. in c. cum dilectus. de consue. & diximus in proximo præceden. articulo. & latius in loco ibi allegato. ex natura enim iuris pat. non habentur, nisi illa tria, honor, onus, & vtilitas: vt sape dictum est, & hæc vtilitas consistit in habendis alimentis in inopia & non aliter: vt in tota præfati q. d. dictū est, & præsertim in primis tribus articulis. ¶ Et q. ista reseruatio sit nimis separata a iure patro. demonstrat aperte, per text. in ca. quinto vbi Ab. in primo notabi. de consue. vbi colligit patronum non solum posse sibi de consensu episcopi quid temporale soluendum reseruare, sed etiam alteri: vt diximus supra in prima parte primi libri. in ix. q. principa. in primo art. in iij. q. cl. in vj. amp. in prima sua extensio. & ibi est casus: vbi non patronus exigit hæc temporalia, per quem text. & doctrinā dicitur aucter hoc ius reseruatum vel mere temporale & mere separatim à iure patro. posse vendi etiam laico, etiam sine consensu episcopi: sed tenerem esse requirēdam ecclesiam: vt diximus in alienatione iuris directi vel vtilis intima vili vel directo domino: vt per docto. in c. potuit. de locato. & per legistas in l. j. C. de iure emphy. vbi late per omnes: sed melius quam per alios per do. me. Iason. ¶ Et ideo dico hoc ius percipiendi talia temporalia posse vendi per patronum, & cum eo non transire ius patro. & in optione præferri ecclesiam, qua nolente emere, posse emi per quemlibet laicum non tamē potentē & tyrannū: iuxta not. in d. c. potuit. & ne occupet ecclesiam, iuxta not. in c. illud in c. quod autem. in c. suggestum. & in c. cura. hoc titu. & istum emptorem nomine proprio posse ipsa temporalia exigere. ¶ Et multo fortius posse dicta temporalia locari, & per quæcūque quædam seu attendari: per ea, quæ diximus s. in xv. præceden. articulo. & loco ibi allegato: & hoc casu iste arrendator seu horum fructuum emptor, exigit illis nomine venditoris seu locatis. & ita procedat dictum Butri. de quo supra. & hoc modo etiam loquitur Pau. de cast. qui predicta similiter voluit consi. l. vij. venerabilis. in col. in j. parte. in vers. si aliquid autē temporale. ¶ Et pro supradictis faciunt, quæ dicit Bar. in l. si quis qui. §. iura ante ff. de p. gnor. & ista pro nunc sufficiant. Reliqua tangentia hanc quæstionem princ. vide in seq. q. princ. quia ibi melius cadūt.

**Collige** Ex ista tertia q. d. principa. & eius xvij. articulo. ius patro. non solum habere ius honorificum & onerosum, sed etiam vtile: quia alimentabitur patronus ab ecclesia si ad inopiam deuenit ita colligitur ex tota ipsa. q. & præsertim in j. articulo. ¶ Declara hæc cōclu. vt ille dicatur inops, quo ad cōsequendū alimenta ab ecclesia, qui aliunde victum querere

non potest: vt diximus supra in iij. articulo. ¶ Amplia primo in tantum dicta alimenta debentur patrono inopi, q. in domo propria dari debent, in ecclesia, vel in hospitali, dummodo non sit dedecus patrono, & sic iuxta eius conditionem: vt diximus supra in v. articulo. ¶ Extēde hanc amplia. in tantum procedere, q. ad locū, in quo patronus manet alimenta sunt mittenda sumptibus ecclesie, si patronus est rusticus & grauis: si autem rusticus, ipse debeat accedere & asportare: vt diximus supra in x. articulo. in vers. prosequitur Pau. ¶ Extēde secūdo dictam amplia. in tantum procedere, q. si nobili alimenta non mittantur sumptibus ecclesie, & rustico accedenti pro eis denegatur, poterit ipsi agere ad interesse, & alijs modis contra rectorem ecclesie: vt diximus in d. x. articulo. in vers. ex quorum supradictorum. ¶ Extēde tertio supra scripta procedere, nō solum in patrono nobili: sed etiam in muliere non nobili, & iuueni quia & illi alimenta mitti debent expensis ecclesie: tum propter verecundiam, tum etiam ad euitandam suspicionem fornicationis: Secus in muliere rustica & vetula: quia illa accedet pro alimentis. vt diximus in dicto x. articulo. in fi. ¶ Amplia secundo dictam conclusionem in tantum procedere, q. alimenta debentur ab ecclesia, non solum patrono inopi, sed etiam vxori, filijs, & toti familie: & si ius patro. est filij, debebuntur alimentum patri & matri egenis. & si ius patro. est vxoris, debebuntur alimenta etiam marito & filijs aliunde non habentibus: vt diximus supra in vj. articulo. ¶ Restringe hanc ampliationem procedere, nisi vxor ex dotibus vel aliunde, & filij & seruitores si militer aliunde haberent seu querere possent victum: quia tunc ecclesia solum alimentaret patronum: vt diximus in d. vj. articulo. ibidem. ¶ Amplia tertio dictam conclusio. in tantum procedere, q. patronus poterit iure actionis ex canone compelli facere rectorem ad illa præstāda: vt diximus supra in vj. articulo. ¶ Amplia quarto dictam conclusio. in tantum procedere, q. si rector ecclesie non dabit alimenta patrono vel intantum distulit, q. ille fame perijt, tenebitur de occiso, sicut & pater negans alimenta filio: vt diximus supra in vij. articulo. ¶ Extēde hanc amplia. in tantum procedere, q. non iuuabitur rector ex aliqua inualitudine patroni, quin piniatur vt supra: vt diximus in vij. articulo. supradicto. in vers. secundum, circa quod ¶ Amplia v. dictam conclusionem procedere, etiam si patronus desinat esse patronus: nam adhuc habebunt alimenta eo modo, quo diximus in xij. articulo. in secundo membro. ¶ Amplia sexto dictam conclusio. in tantum procedere, q. patronus poterit locare sibi obuenientia tanquā patrono inopi, & de pecunia se alere: licet non possit illud ius vendere: vt diximus supra in fi. xij. articulo. ¶ Amplia vij. dictam conclusio. in tantum procedere, q. appellatione alimentorum in casu nostro venit victus, potus, cibaria, vestimenta, calciamenta, domus, cubile, seu stratum, & omnia necessaria pro victu & conseruatione hominis: vt diximus supra in ix. articulo. ¶ Amplia vij. dictam conclusio. in tantum pcedere, q. alimenta debent dari semper, & secundum etates crescentes, & talia qualia sunt conditiones patronorum: vt diximus supra in xij. articulo. ¶ Limita modo primo dictam conclusionem procedere, vt ita demum hæc alimenta præstentur patrono inopi, si supersunt redditus adeo q. ecclesia non fraudetur in seruitoribus, cultu diuino, in fabrica & victu rectoris: nam si superest predictis illud dabitur patrono: si non superest, non dabitur: vt diximus in ij. articulo. ¶ Extēde hanc limi. in tantum procedere, q. si bene rector possit viuere de patrimonio vel alio suo honesto exercitio, nihilominus adhuc habebit victum ab ecclesia prius ipse, quā patronus: per ea quæ diximus supra in iij. articulo. ¶ Restringe hanc exten. pcedere, si rector haberet victum aliunde, quā ex alijs beneficijs: quia si haberet ex alijs beneficijs, non habebit victum ab ecclesia patronata: sed omnia, quæ supererunt, cedēt victui patroni in illo beneficio patronatu, cum omnino militat rector stipendijs beneficiorum: vt diximus supra in iij. articulo. ¶ Extēde. ij. d. limi. intantum procedere, q. si non superest de redditibus beneficij pro alimentando patrono, non erunt vendenda bona stabilia ecclesie: vt diximus supra in secūdo ar. in vers. tu aduerte. & in vers. & subdit q. si fructus. ¶ Restringe primo dictam primā limi. q. licet ab ecclesia omnibus pauperibus sit succurrēdū: tamē patrono inopi abundantius, & pinguius, magis honorifice, magis continue, & alijs postpositis illis prouidebitur, q. alijs pauperibus: vt diximus s. in d. ij. articulo. ¶ Restringe secūdo. d. limi. q. licet ex superabundantibus sit prouidendum patrono inopi: tamen non requiretur consensu episcopi, nisi esset aliqua difficultas inter patronū & rectorem, quā moderabit episcopus: vt diximus in d. ij. articulo. in vers. sed institutū debere, & in fi. ¶ Limita secūdo dictā cōclu. q. licet dāda sint alimenta patrono inopi ab ecclesia: tñ nō dabuntur

# Cæsar Lambertinus Episcopus

ur vniformiter, sed fm qualitatē & conditionē ecclesiæ & patroni: vt diximus in d. ij. articu. in versic. sed institutum debere. & in fi. ¶ Limita secundo dicta conclusio. q. licet danda sint alimenta patrono inopi ab ecclesiā: tamen nō dabuntur vniformiter, sed fm qualitatem, & conditionē ecclesiæ, & patroni: vt diximus in dicto secundo artic. ¶ Extēde hanc limitationē in tantum procedere q. aliter dabuntur alimenta patrono nobili, & aliter rustico. vt diximus supra in xj. artic. ¶ Extēde secundo hanc limita. istam disparitatem debere obseruari etiā in qualitatibus ciborum: quia alijs cibis vtentur nobiles, alijs rusticis: vt diximus supra in xj. articulo. ¶ Restringe hanc extētionem procedere in qualitate ciborum: sed in quantitate quilibet habebit portionem suam æqualem: vt diximus supra in sine. d. xij. articuli. ¶ Limita tertio. d. conclusionem, alimenta esse danda patrono inopi, inopia durante, sed vbi illa cessabit, & præstatio alimentorum: vt diximus in d. xij. arti. in primo mēbro. ¶ Limita. iij. d. conclusio. procedere, vt alimenta patrono inopi dentur per ecclesiā. dote per eum data durante, si fuit patronus ex dotatione: si verō ex soli collatione vel constructione, illis similiter durante: sed dote extincta, & ecclesiā alibi ædificata, vel reedificata, nō ex primis, ceteris, primi patroni non habentur alimenta, sed illi qui dederunt nouum fundum, redificauerunt, vel redotarunt. vt diximus supra in xij. arti. ¶ Restringo hanc limi. in dote extincta quando aliter dotauit: quia ille habebit alimenta, & non primus dotator. sed si nullus redotauit, & bona ecclesiæ aliud sint aucta, quāuis non appareat prima, adhuc primus patronus erit patronus ex dote: & hēbit alimenta in casu inopie: vt diximus supra in d. xij. arti. in fi. ¶ Limita. v. d. conclusio. q. licet patronus inops possit habere alimenta ab ecclesiā: non poterit tamen illud ius vendere: licet possit species habēdas pro alimentis locare: vt diximus supra in xv. articulo. ¶ Limita. vj. d. conclu. q. licet patrono inopi danda sint alimenta ab ecclesiā: tamen rector dabit illa in specie, in æstimo, vel in quota redditu, ad sui libitū, & nō in possessionibus: vt diximus supra in x. articulo. ¶ Restringe hanc limi. procedere, nisi rector esset renitens alimentis patrono dare, & daret compulsus: quia tunc dabit per possessiones, vel quod sibi placuerit, vt diximus supra in d. x. articulo. in versic. & in casu nostro cū seq. ¶ Limita. vij. d. conclu. procedere, vt patronus habeat hoc ius alimentorum vltra præsentationem, & ius processionis, & oneris, non autē habeat aliud seruitium ab ecclesiā vel aliquod temporale: puta censum vel aliquod grauamen inferre: puta habere certos ceteros a presbytero certo die, & familia: vt diximus supra in xvj. articulo. ¶ Restringe hanc limi. procedere mero iure. Sed si patronus prædicta sibi reseruaret in limine foundationis de consensu episcopi, bene poterit ea habere. vt diximus in d. xvj. articulo. ¶ Extēde & restringe hanc limi. vt diximus supra in j. par. j. lib. in ix. q. principi. in j. art. in iij. conclu. in vj. amplia. ¶ Et vltra ibi dicta extēde hanc restric. intantum pcedere, q. si patronus reseruauit sibi aliqua temporalia de consensu episcopi in limine foundationis, poterit illud ius exigendi vendere etiam laico etiā sine consensu episcopi, & retinere sibi ius patr. licet in emptione præferatur ipsa ecclesiā: dummodo tyrāno nō vendat: & multo magis poterit illa temporalia locare & si vendat emptor ille exigit nomine proprio, si locat conductor exigit nomine patroni: per ea, quæ diximus latē supra in vltimo arti, & hæc sufficiant pro præsentī, iij. quæstione principali.

## ¶ Quarta quæstio prin. tertij Libri.

1 *Ius patronatus est in solidum apud omnes, siue æqualiter dederint ecclesiæ pro illa fundanda, construenda, & dotanda, siue vnus dederit fundum, aliter construxerit, aliter dotauerit: siue plures in solidum construxerint, fundauerint, vel dotauerint, etiam inæqualiter. & nu. 3.*

2 *Beneficenti beneficendum iure naturali.*

4 *Providendum illi pinguius, qui plus contulit, quam illi, qui minus.*

5 *Alimenta pinguiora sunt præstanda, & magis honoris illi tribuendum, qui plus contulit, quam qui minus.*

**V**ia Supra in præcedentibus tribus quæstionibus principalibus satis est dictū de iure honoris, processionis, oneris, & alimentorum, quomodo debeatur, nūc vidēdū est, & hæc sit quarta quæstio prin. an oibus patronis prædicta debeant. ¶ Et ex ista oriuntur in supra scripti artic. Et primus erit, an pluribus inæqualiter fundatis, constructis, vel dotatis ecclesiā æqualiter & in solidum ius processionis oneris & alimentorum debeatur, & in hoc est aduertēdū: nā oēs doc. dicunt ius pa. esse in solidum apud omnes, siue æqualiter dederint ecclesiæ p illa fundada, construenda, & dotada, siue vnus dederit fundum, aliter construxerit, aliter dota-

uerit, siue plures in simul construxerint, vel plures dotauerint etiā inæqualiter: vt volūt Moder. in hoc trac. videlicet Roc. in verbo dotauit in xj. q. & Paul. in iij. par. in iij. q. & nos ostēdimus. late. s. in j. par. j. libr. in iij. q. prin. in j. ar. cū quatuor seq. & plenius in vij. arti. sed in specie in casu articuli nostri de hoc quærit ipse Pau. in vj. par. in iij. arti. in vj. q. vbi dicit videri æqualiter debere prouideri illi, qui plus dedit: & illi, qui minus dedit, quia certum est omnes esse patronos in solidum. allegat gl. in summa. lxxii. dist. & Ab. in c. ad audientiam. el. j. de eccl. edific. si sunt patroni in solidum: ergo hoc erit quo ad omnes effectus iuris patr. inter quos sunt prædicti, honoris, processionis, oneris, & alimentorum. ¶ Postea dicit verius putare, q. in plus teneatur illi, qui plura dedit, q. ei qui pauciora: & mouetur hac ratione: nā iure naturali beneficenti beneficere tenemur. l. sed si lege. §. cōsult. & sibi not. ff. de petito. heredi. ergo & magis faciēti magis tenemur. auth. multo magis. C. de episcopis & clericis. c. cū in officis. de testamē. & dicit Hosti. in §. qualiter transferuntur. vers. q. si plures. in summa huius tit. ecclesiā magis teneri illi, qui plura contulit, q. illi, qui pauciora. & ita videtur tenere Ab. in c. ad audientiam. el. primo. in j. co. de eccl. edific. & ita dicit Pau. se tenuisse in hoc trac. in d. iij. par. in iij. q. & in xvj. q. ¶ Ex qua ratione potest dici, q. sicut qui plus contulit, magis debet honorari, in processione, & alimentis, pinguius prouideri, eodē modo isto respectu debet habere magis oneris. ¶ Et prædictis adde dictū Hosti. de quo proximi sequitur Io. an. in c. j. in fi. hoc tit. & in cle. plures. in gl. magna. vers. si. quos sequitur Roch. in d. verbo, & dotauit. in xj. q. xij. col. & in verbo, vtile. in prima quæst. in j. col. hoc idem voluit Phi. de sarrā. in c. nobis. in vltimo notabi. in vers. quid autem si sunt plures, vbi dicit esse honorandum illum, qui plus contulit in fundatione, constructione vel dotatione ecclesiæ: p ea quæ ipse dixit in c. j. in ij. & iij. par. primæ gl. hoc tit. & idē dicit circa alimēta ibid. in vers. & si sunt plures, in d. c. nobis. in vlti. notabi. in iure alimentorum, remittendo se ad dicta per eum in d. c. j. ¶ Tu aduerte namq. vt proximē diximus, hæc materiā latē tractauimus supra in dicta prima par. primi libri in iij. pō. principi. in vij. articulo. dum in genere discussimus, an fundans, cōstruens, vel dotans, & plures vnū ex prædictis facientes, cū sint patroni in solidum, hoc pcedat indistinctē, quo ad omnes fructus, aut qui plus contulit plus habeat: & ibi retulimus dicta oīum docto. in hac materia. Pro quorū cōcordia fecimus vnā pulchram distinctionem, & in vers. & quo ad primum membrum diximus pinguius esse prouidendum illi, qui plus contulit q. illi qui minus contulit. argu. c. j. de donatio. & ita diximus procedere quod voluit Goffre. & Hosti. in eorū summis ibi al legatis. s. huius titu. Goffre. in vlt. col. in vers. quid si plures, & Hosti. in vers. qualiter transferatur. in vers. quid si plures. & summa digestorij iuris in hoc titu. in §. xij. & glo. in d. cle. plures. & idem dixi ibi esse dicendū fm prædictos docto. vt magis honoris in processione, & prælatione tribuatur illi, qui plus contulit, q. illi qui minus: cū illi magis ecclesiā debeat. ¶ Et dixi non ob stare prædictis dictum Card. in d. clem. plures. ius alimētorū & processionis deberi per capita singulis ex defectu nō quomodo diuisionis: hoc enim est verissimū. nā si suppetēt facultates ecclesiæ omnes patroni indigētes habebunt alimēta ab ea. vt diximus supra in præcedē. q. q. principia. in secūdo arti & necesse erit dari per capita. s. vt qui indiget, alimentet. nā alimēta debent dari, vt quis viuat. l. alimentorum. ff. de alimen. & ciba. lega. & sic est in honore, sed non p hoc tollitur id quod proxime dictū est, pinguius alimēta esse præstada: & magis honoris tribuendū illi qui plus contulit, q. ei qui minus, quæ pinguedo poterit consistere in frequentiori præstatione alimentorum, & in excellentiori collatione. sicut in simili soluit gl. in c. quicūque. xvj. q. vij. q. licet ecclesiā omnibus pauperibus teneatur subuenire: tamē abūdantius prouidebit patrono. de quo diximus latē supra in præcedē. q. q. principia. in d. ij. articulo. facit etiam quod dicit Inn. in c. cum omnes. de consti. q. quāto quis in ecclesiā est ciarior, antiquior, & dignior, tanto in his quæ dantur pro alimentis præhonorari debet: argu. c. non cogatur. xlij. dist. & c. de multa. de præben. & voluit Ab. in c. cum olim. de re iudi. & ita tene quia hoc est clarū, & idem conclu. de in onere, per rationem supra formatam,

## ¶ Secundus arti. iij. q. prin. tertij Libri.

1 *Hæres licet inæqualiter institui, æqualiter tamen succedunt in iure processionis, alimentorum, defensionis & similibus & nu. 2.*

3 *Obligatio asc. uē & passivæ, quandoque in solidum, quandoque pro parte in hæres descendit.*

4 *Fid. litas in solidum debetur.*

5 *Alimenta per capita danda sunt: per capita processionis honor & econtra Et idē*



**Et ideo** Secundo loco dubitatur, an isti fructus, qui ex iure pa. proueniunt prout est ius honoris, pccel sionis, seu plationis, ius oneris in defendendo ecclesia, & ius utilitatis in habendo alimenta, in inopia debeantur hæredibus & successoribus patronorum, per capita vel per stirpes. ¶ Et primo uideretur dicendum eos debere succedere per stirpes & non per capita: prout in fructu præsentationis: & sic in iure præsentandi est decisum per ius nouum. s. p. cle. plures. hoc tit. ¶ Tñ doc. ibi uolunt illum tex. habere locū solum in iure præsentandi. & præsertim ubi dicit Pe. de ancha. in j. col. qui dicit in alijs uero iuribus pa. ¶ vt in iure processionis, alimentorū, defensionis, & similibus, de quibus in c. nobis. hoc tit. & in c. pie mentis. filijs. & quicunque. xvi. q. vii. succedunt per capita, æqualiter licet inæqualiter sint hæredes: vt dicit uelbe ibi glo. magna. ¶ Et subdit non uideri absurdum aliud esse in præsentatione, aliud in prædictis iuribus: quia simile habemus in successione hæreditaria: in qua hæredes, quando descendit obli gatio actiue & passiuè in solidum, quandoque pro parte. de quo dicit plene legi & notari in l. eadem. s. caro. ff. de uerbo. obliga. Regula enim est, q̄ indiuidua, id est, quorum effectus in partes diuidi nō possunt, transeunt in solidum: diuiduus autem transit pro parte. ¶ vnde sacramentum fidelitatis à simili hæredibus est præstandum: quia fidelitas in solidum debetur vt not. in l. si usufructu. ff. de usufruc. facit, quod not. in l. ij. C. de liberti. & eorum here. vnde si libertus offendit unum ex pluribus patronis, reuocatur in seruitutē, etiam inuitis alijs nō offensis. ¶ Et ideo ibi Pe. deducit prædicta ad q̄. statuti quo cauetur q̄ qui occiderit aliquem, debeat decapitari, nisi habuerit pacem ab hærede occisi: an si habuerit pacē ab vno ex pluribus hæredibus occisi, debeat decapitari: & refert Oldra. decidentem Bononiæ fuisse determinatum q̄ non: quia ius vindicandi necem defuncti, est in solidū penes quēlibet hæredē: ergo & ius remittēdi. quod est eius p̄rium: & sic sufficit vnus remissio: vt in d. s. Cato. & in l. hæredes. s. an ea. ff. famil. ercisc. ¶ Adducit etiā sufficere autoritatē vnus ex pluribus tutoribus: vt l. iij. de admini. tuto. quia ius tutelæ est indiuiduum: vt l. inter tutores. eodem tit. postea arguit in contrariū, vt ibi per eū. de qua. q. late per Bart. & scribentes in d. s. ¶ At redeundo ad casum nostrū hanc eandem opi. q̄ in istis fructibus iuris pa. præsertim præsentandi succedatur per capita, & non per stirpes tenuit idem Pet. de ancha. in consil. suo. cccv. uisū puncto. in fi. primi dubij. ¶ Et tenuit etiam do. Card. in d. cle. plures. ante medium. iij. col. ubi dicit hoc esse i prædictis fructibus, q̄a non potest fieri cōmoda diuisio in eis, sicut in uocibus p̄sentatiū. Hoc idem tenuit ibi Imol. similiter circa mediū. iij. colū. prædicta ratione. ¶ Et pro prædictis facit. quod uoluit Firma. in tracta. de episcopo in iij. libro. in vi. par. in xxxvij. q. episcopi diuidentem alimenta inter pauperes, debere dare alimenta tantum vni, quantum alteri de cibo & potu etiam, si vnus plusquam alter comedat, & bibat: uelimenta uero debent præstari secundum qualitatem personarum. allegat Barto. Cepol. in tracta. de serui. ruffi. predio. in titu. de aquæ du. in tertia quæstio. prin. de quo dicto fecimus mentionem. & etiam supra in secundo artic. & in xi. j. artic. per capita ergo danda sunt alimenta: per capita, honor processionis, & e contra: per capita onera, maxime cum onera esse per capita penes patronos sit uile ecclesiæ: quia plures defensores habebit. arg. c. prudētia. de offi. delega. Hoc idem uoluit Pau. de cita. in hoc tract. in vi. par. in vij. q. arti. princi. ubi dixit alimenta esse danda secundū uirā successione: nam mortuo patrone inope pluribus relictis filijs paruulis, tenebitur ecclesia dare alimenta illis, secundum ætatē, qua crescente, debent & alimēta crescere: vt ibi per eum. ¶ Tu aduerte, q̄ licet omnes doct. sic concludant hæredes in prædictis iuribus succedere per capita: nō tamē ego dicere hoc esse uerum in omnibus. nam nos habemus q̄ licet sint instituti hæredes pro inæqualibus portionibus: quia vnus in tertia parte: alter in duabus partibus hæreditatis: tamē etiā in iure præsentandi æqualiter sunt hæredes: vt uoluit gl. in c. j. hoc titu. & nos late diximus s. in secunda parte primi libri. in prima. q. prin. in xxiii. artic. tamen ibid. concludimus pinguiorem esse uocem hæredis instituti in duabus partibus hæreditatis, quā instituti in vna parte. hanc pinguedinē operari ad multa: vt tibi etiam præsertim in casu gratificationis: vt licet p̄dicti intelligantur patroni in solidū: tamē institutus erit, & in illo fiet gratificatio, qui fuit p̄sentatus ab instituto in duabus partibus hæreditatis, cum habeat pinguiorem uocem: vt diximus supra in tertia par. secūdi lib. in v. q. prin. in xv. arti. & sicut ibi hoc operatur pinguedo uocis: ita hic pinguedo in alijs fructibus operabit, vt ille, q̄ est hæres vnus patroni, solus præferat pluribus hæredib. alterius patroni in p̄cessionē, & plationē,

ille magis habeat ecclesiā defendere: & illi magis abunde de alimentis prouideatur: & similiter dicamus in instituto in duabus partibus hæreditatis, in prædictis præferatur instituto in vna parte, cū & in istis fructibus processionis, oneris & alimētorum possit etiam consistere pinguedo: vt in prox. præced. arti. diximus. ¶ Et an in iure pa. succedatur per stirpes, uel per capita. tractauimus late supra in i. par. j. lib. in j. q. prin. in xxv. arti. ubi etiam incidenter retulimus dicta Card. & aliorum in materia articuli nostri.

¶ Tertius arti. iij. q. prin. tertij Libri.

- 1 Patroni si sint plures, puta uniuersitas uel collegium, an omnibus debeat reuerentia, processionis honor, seu prælationis, alimenta, & ius defensionis.
- 2 Libertus manumissus a collegio, potest quemlibet de collegio in ius uocare sine uenia.
- 3 Ius honoris, processionis, oneris & utilitatis non debetur cuilibet de collegio non existenti in actu collegij. Secus, si existeret in actu collegij, præterquam in iure alimentorum. nu. 5.
- 4 Collegium dupliciter præsentare potest.

**Dubitatur** Tertio, si patroni sint plures, puta uniuersitas uel collegium, an in omnibus debeat reuerentia, honor processionis, seu prælationis, alimenta & ius defensionis. Roc. in hoc tract. in uerbo, & uile. in j. q. prin. in ij. col. in uerbo. accessorie. querit de hoc, & dicit esse cōcludendū, q̄ non: secundum Bar. bellē. in apostil. ad Abb. in c. nobis. hoc tit. allegantem Arch. in c. si plures. xvi. q. vij. circa prin. per tex. in argu. in c. qui manumittitur. in xij. q. ij. & firmat Gemi. in c. vnicō. in col. ij. sui principij. hoc tit. lib. vj. & ratio est, secundum eum, quia ipsa uniuersitas est patrona, nō aut singulares personæ. d. c. g. manumittit. & ita refidet Roch. ¶ Pau. uero de cita. in hoc tract. in vj. par. in v. q. prin. iij. arti. querit de populo, uel uniuersitate p̄soni, an teneat ecclesiā alere unū quēq̄, in opē factū de populo seu uniuersitate. & refert Arc. in d. c. si plures clericū nō teneri p̄stare reuerentiā cuique de populo, uel collegio, dato q̄ ab eo fuerit præsentatus: sed ipsi collegio teneat facere reuerentiā, sicut libertus manumissus a collegio, q̄ poterit quēlibet de collegio in ius uocare sine uenia. ar. c. eps qui m̄cipiū. s. si uerō a collegio. cū seq. xij. q. ij. ¶ Et dicit Pau. ante illa iura hoc fuisse dispositū in l. sed si hac lege. s. q̄ manumittitur. ff. de in ius uoc. assignat rationē ibi, q̄ a collegio manumissus nō est libertus singulorū, sed honorē collegiū, uel res publica habere debet: sic in p̄posito dicit Pau. ecclesiā nō habebit necesse prouidere cuilibet de uniuersitate, sed solum illis qui representat uniuersitatē. illā regētib. ut dicit se dixisse in simili q̄o in ij. q. ubi reuera tractat de reuerentiā p̄standa patronis, ut singulis nō uniuersis: & dicit, q̄n, ut singulis, deberi: q̄n ut uniuersis, solū illis de p̄santibus uniuersis. ¶ Hoc tñ moderat ipse Pau. ut procedat, si ecclesiā abundaret, q̄ posset oibus sufficere: si aut non multū abundaret, intātū teneret omnibus in genere, inquātū posset: & sic tenet cōcludēdo, q̄ siue p̄sonus sit vnus, siue sint plures ad inopiā redacti, ecclesiā patronatā seu et vniciū capellanū teneri ipsos p̄onos alere in casu necessitatē, si sibi sufficere: ut dicit tenuisse Bar. post Dy. in l. si q̄s a liberis. s. de alimētis. ff. de li. agno. & ita refidet ibi Pau. ¶ Tu aduerte: nā idē Pau. in d. tract. in iij. par. in xvij. q. p̄dicta et dixisse & tenuisse, cū ius patr. spectat ad collegiū, nō deberi in solidū oibus singularib. de collegio, sed oibus collectiue & gregatis ad faciēdū collegiū, uel corpus illius cōitatis uel uniuersitatis: & adducit de seruo manumisso a collegio: ut s. dicit est. ubi et cōcludit in fi. q̄ isti erūt in illo in cōi, in quo faciūt corpus cōe, quo corpore disperso, disperditur & ius pat. & sic ex p̄dictis p̄cipitur etiā illos deputatos p̄ regimine uniuersitatis ita demū rep̄ntare ius pa. si sunt collecti in vnū, ut uniuersis: ut late de hoc nos diximus s. in ij. par. ij. li. in ij. q. prin. in viij. arti. ubi tractauimus an p̄soni debeat simul uenire in p̄sentationis actu: & distinximus an habeat p̄stare, ut singuli: an ut collegiū. ubi añ. si. diximus, q̄ si vnus de collegio p̄staret extra collegiū nulla eēt p̄statio: & id posset iterū p̄stare cū collegio q̄uis esse p̄sona ecclesiastica, q̄ variare nō posset. c. eū aut. hoc ti. & ibi. in ij. arti. diximus, q̄ quis cū ius pa. spectat ad populū, & per regētes uniuersitatē rep̄ntetur: tamē nō vt singuli: sed vt uniuersum faciūt corpus. ¶ Ex quibus oibus colligi cōi ius pa. spectat ad collegiū nullo mō illis separatis, & nō existētib. in actu collegij, posse ad eos spectare nō solū ius p̄standi, nec etiam alia iura honoris, p̄cessionis, oneris, & utilitatis: q̄a nūq̄ sunt p̄soni separati. ¶ Et ex hoc colligi q̄ licet totum collegiū gregatū posset uenire ad ecclesiā & honorari in p̄cessionē & loco: & cū uenia in iudiciū uocari, & sicut totū collegiū posset



# Cæsar Lambertinus Episcopus

posset defendere ecclesiam, quia omnia ista possunt collegialiter expediri, nescio tamē videre quō possint eis colligialiter in opibus seu egenis alimentis præberi: cum egenitas seu inopia non possit esse collegialis, nec cadit alimentatio, ut collegium collegialiter alimentetur: sed separatim & quilibet de per se, nā non conueniunt in vnum ad manducandū & bibendū: iuxta illud Apostoli ad Corinthios primo. c. xi. Fratres conuenientibus vobis in vnum &c. ubi vult non in collegio seu ecclesia, sed in domibus esse manducandū & bibendū. ¶ Et si diceret, & defensio fiet per omnes: certe non: sed per collegium deputantur qui habent defendere, sicut & per collegium eliguntur qui habent præsentare eius nomine: ut diximus in d. viij. artic. & quasi per totā illā. ij. q. princ. collegium posse dupliciter præsentare, vel per ipsum ordinario præsentare, vel deputandū ab eo: quia corā ordinario faciendū est presentatio: ut diximus in d. ij. par. ij. lib. in iij. q. princ. in j. artic. & per totā eodē modo aletur ille, qui deputabitur per collegium ad aliquid agendū: adhuc dico illū talē deputatū representare collegium cum exequatur sibi commissā, non autē cum comedit, & bibit, quomodo ergo alimentabitur nomine collegii. ¶ Et quod hoc non possit præcedere, facit: quia ecclesia alimentat patronū rōne gratitudinis quā beneficiis beneficiis tenemur &c. & l. sed si lege. §. quod luit. ff. de pet. hær. in ecclesia vero deducta in esse, per collegium nihil dedit particularis de collegio, sed ipsam collegium: quomodo ergo ille particulariter honorabitur & alimentabitur, & si ista non sequitur particulariter: nec particulariter ecclesiam defendet, præ rationē quā supra formam in j. pceden. arti. ¶ Unde concludo in passu collegium patronū vel regentes vniuersitatē pro vniuersitate patrona posse integraliter cōparere, & per deputatos ab eis: & si integraliter cōparēt, integraliter corpus facientes, vel cōparēt deputati ab eis, tā ipsam collegium seu vniuersitatem, quā deputati ab eis exercendo actū collegii, dēre honorari in processione, & platione, exercendo actū collegii, & eos posse ecclesiam defendere, imo dēre, alimentari verō nō. ¶ Vñ circa ius vtilitatis dicerē, quod si collegium ex aliquo iure vel consuetudine hēret facere prandii ipsis de collegio, vel regēs illud se mel in anno vestire, & collegium deuenisset ad inopiā, quod predicta facere non posset: nec alii suis necessitatibus, puidere, quācūque ecclesia patronata teneretur ex supabundantibus succurre re collegio tanquā inopi in illis collegium concernentibus, & non particulari inopi de collegio. ¶ Attentare bene vñ, quod credo præcedere, p supra scripta, quod si collegium tenetur ex processione vel consuetudine ex tribus aliquibus, de collegio i lege facte illis succurre re, & collegium hoc facere non posset, quia hic esset actus collegii, id est per collegium explicandus, dēret ecclesia nomine collegii illis puidere, non tanquā illis particularibus, sed tanquā collegio. ¶ Dicerē bene & aliud, si collegiati vel deputati a collegio propter negotia collegii caperentur, & ad inopiā deueniret, teneretur ecclesia illis succurrere: quia cā collegii passi erant. ¶ Et hoc est rectius dicere, quod id. quod dixit Pau. quod si ecclesie supererēt facultates oī populo egenti teneretur: quia hoc ē p predicta,

## ¶ Quartus artic. iij. q. princ. tertij Libri.

**I**ura honoris, processionis, oneris & castitatis iuris patronatus vxoris, an dēatur viro, vel vxori vel amobus. disting.

multa. de præben. ¶ Decimo quinto adduco glossa in capit. cum desideres in verbo contra. de sentent. excomam. quod sicut per communionem ex causa necessaria non incurritur excommunicatio, ita nec ex causa vtili: vt in illa glo. coniungendo principium cum fi. ¶ Decimo sexto adduco Domi. in cap. nullus religiosus. in ij. colum. in vers. sed an poterit. de electio. lib. vj. q. licet ¶ nouitius non potest eligi in prælatum regularis ecclesie d. c. nullus religiosus tamē necessitate, vel vtilitate ecclesie imminente ab episcopo potest postulari: sed an ab episcopo vel à papa vide ibi. ¶ Decimo septimo adduco quod diximus. §. in j. parte. ij. lib. in vj. q. principal. in vj. artic. ¶ in vj. dubio ibi posito ¶ ex causa necessitatis vel vtilitatis ecclesie posse fieri facere permutationem beneficiorum patronatorum, etiam sine consensu patronorum, quamuis alias sine illo non potuisset fieri vt ibi. ¶ Adduco ¶ decimo octauid propter necessitatem vel vtilitatem ecclesie episcopum sine patrono posse constringere beneficium ad celebrandum altari, quam in altari beneficij: vt dicemus. §. in fi. vj. artic. ¶ Adduco ¶ decimo nono episcopum posse minuire seu augere seruitia ecclesie diminutis vel auctis redditibus, etiam inuito patrono, necessitate vel vtilitate ecclesie suadente, vt dicemus. §. in fi. vij. artic. ¶ Adduco vigesimo Phil. decium in consi. cxxj. ¶ in causa venerabilis. in fi. ij. colum. volentem instanter ¶ necessitate vel vtilitate ecclesie: voluntatem testatoris non attendi: nec in illa mutanda consensum patroni requiri. ¶ Adduco quod voluit idem Phil. in consi. cxxiij. placet mihi. in iij. col. q. vbi prohibetur quid alienari imminente vtilitate ecclesie, vel necessitate, admittitur alienatio.

## ¶ Secundus art. vj. q. prin. iij. Libri.

¶ Episcopus an possit vnire beneficium patronatum sine patroni consensu. Et quid patrono non contradicente, vel consentiente. no. 2. 3. & 5.

¶ Legatus à latere an possit quicquam facere in præiudicium patroni, eo non consentiente.

**Dubitatur** Secundo, an episcopus possit vnire beneficium patronatum sine consensu patroni. Et Thomas fastoli causa. ij. dubio. vj. dicit aliquos tenuisse fore distinguendum inter beneficium patroni ecclesiastici & patroni laici: vt illud ecclesiastici possit vniri, illud vero laici non p. c. cum dilectus. hoc tit. & c. dilectus. de off. leg. ad quæ iura ipse respondet illa loq. in collatione, quæ affert p. iudiciū vniuersis vicis ad ipsos, & ideo secus dicendum in vnione, quæ affert p. iudiciū perpetuum. ¶ Gaye. in repet. c. fi. de electio. lib. vj. ante fi. ij. col. tenet ¶ episcopum nullo modo posse vnire beneficium patronatum sine consensu patroni. allegat Cardin. in cle. ij. de rebus eccle. non alienan. xj. q. & Abb. in c. cum accessissent. in iij. col. de off. tit. ¶ Immo fortius vult Fely. in suo tract. quando literæ apostol. no. patro. in vij. limitatione per consilium dom. Cardi. xcvj. papa vnuit ad finem. q. si fieret vnio etiam de ecclesia quæntuali patronata ad aliam ecclesiam, per quam vnionem eius honorificum amitteret: quia præsentatio in illa locum non habet, non valeret literæ super vnione obtente, tacito de ipso iure patr. sicut ergo papa non vult per vnionem derogare illi fructui iuris patr. nisi exprimat: multo minus nec vnire poterit episcopus sine consensu patroni: & q. non possit variare, voluit etiam Fely. in c. cum accessissent post Abb. ibi allegando etiā dictum consilium Cardin. in vj. colum. in vers. item si veller. & adducit Paul. de eleaza. in clem. ne in agro. §. ad hoc. de statu monachorum. & Inno. in c. suggestum. de iure pa. de quo consilio domi. Cardin. fecimus mentionem etiam §. in iij. parte. ij. lib. in ix. q. 6. prin. in x. arti. ¶ Hanc etiam conclusionem tenuit Barba. in consi. xxij. scripsit propheta. in vij. colum. j. volum. ¶ Et tenuit domi. me. Corfe. in singularibus suis in verbo, patronus. el. in vers. quarto adduco. & in repertorio suo. in verbo, patronus. in xj. col. in vers. sine consensu. omnes allegantes. Pau. in d. clem. ne in agro. ¶ Et Paul. de cita. in hoc tract. ¶ in xiiij. part. in vers. secundo finitur. vbi vult ¶ beneficium patronatum posse vniri, patrono non contradicente. alleg. Vnicen. & Ioan. an. in c. ij. de relig. domi. & Specu. in eo. titu. in fin. ¶ Et domi. Roch. in hoc tracta. in verbo honorificum. in iij. q. in ij. col. in vers. in quantum etiam supradictum est. Et ibidem ipsemet Roch. in fine. j. colum. & in prin. ij. vers. item in quantum. pulchrè dicit illam conclusionem, quæ habet nihil ¶ posse fieri per episcopum in præiudicium patroni, eo non consentiente, procedere etiam in legato papæ, quando patronus est laicus alleg. nota. in c. cum dilectus. hoc titu. & Gemini. in terminis hoc decidit in c. quis. circa finem. de rescrip. lib. vj. & Fely. in dicto tract. quando literæ apost. noce. patro. Secus. si esset beneficium patroni ecclesiastici: vt ibidem vult Roch. in iij. col. in vers. beneficium patroni ecclesiastici. vt ibidem vult Roch.

Roch. in vers. secundo limita. & hoc etiam ego dixi. supra in præceden. articulo. & pro his facit regula, quam posui supra in v. præc. q. princ. in ij. articulo. q. quando papa non intelligitur velle derogare patrono, nunquam poterit derogare, nec episcopus nec legatus: & ita tenent omnes. ¶ Quid autem, si veniat de consensu patroni, quod fieri potest. ut s. dicitur, vtrum patronus primæ ecclesiæ erit etiam patronus secundæ, cui facta est unio: diximus. s. in j. par. j. lib. in vj. q. princ. in v. arti. ¶ Et si ecclesiæ, cui fit unio, etiam esset patronata, vtriusque patronorū requiretur consensus per supradicta.

¶ Tertius articulo. vj. q. princ. iij. Libri.

1 *Ecclesia patronata non potest concedi per episcopum alicui pio loco, sine consensu patroni.*

1 **An autem** Et hic sit tertius articulo. ¶ episcopus possit concedere ecclesiam patronatam alicui pio loco sine consensu patroni. Ponit Abb. in ca. suggestum, hoc tit. & tenet q. non vt in sequen. arti. dicemus. Sed cum consensu patroni sic vt ibi: quia eius præiudicio vritur. Et idem tenuit domi. mc. Corfe. in suo repertorio ad Ab. in verbo. patronus. in xj. col. in vers. sine consensu. Et hoc etiam voluit Gaye. in re. c. si de electio. lib. v. in xx. col. cuius dicta retulimus. s. in j. præceden. arti. ¶ Abb. vero in c. illud. in colum. ij. super gloss. iij. dicit ecclesiam posse concedi loco religioso per patronum cum consensu episcopi: sic & e contra, per proximè dicta: de quo ultimo dicemus. j. in v. articulo.

¶ Quartus articulo. vj. q. princ. iij. Libri.

1 *Episcopus an possit concedere ecclesiam seu bona eius, loco religioso seu pio vt conuertantur in præbendas, & seruiant necessitatibus illius. & numero 2. & 3.*

1 **Sed** Dubium est. Et hic sit quartus articulo. an episcopus sine patrono possit concedere ecclesiam seu bona eius loco religioso seu pio, vt conuertantur in præbendas & seruiant necessitatibus illius. & Ab. in d. c. suggestum. in vlti. col. dicit, q. cum conceditur ecclesia in præbendam alterius intelligitur, non q. concedatur ipsa ecclesia in præbendam, sed ad proprios vsus cum eius bonis: vt in casu. cap. suggestum. & sic illi canonici possent conuertere redditus in proprios vsus: & tunc exponatur in præbendas faciendas: vt sic ex re dicitur. ipsarū ecclesiarum possint constitui præbende arg. c. exposuisti. de præben. vel forte intelligantur donata mensę capituli: & quamlibet expositionem dicit esse bonam, & posse practicari, cum ecclesia collegiata est tenuis in redditibus, vt sic possint concedi aliquæ capellæ ipsis canonicis, vel mensę eorum loco præbendarum: vt in d. c. exposuisti. ¶ Postea querit Abb. de articulo nostro, ¶ an episcopus sine consensu patroni possit ex re dicituribus constituere præbendas. & dicit Inn. dicere q. non: quia sic patronus priuaretur iure patro. Hosti. tamen dicit per hoc non priuari patronū: quia posset patronus præsentare ad illas præbendas. ¶ Et subdit doc. communiter fateri episcopum posse concedere alteri ecclesiæ iura episcopalia, quæ habet in ecclesia patronata, sine consensu patroni. quod dicit esse notandum. ¶ Postea dicit se putare bona ecclesiæ patronatæ: non posse conuerti in præbendas, vt deseruiant necessitatibus alterius capellæ sine consensu patroni: & per hunc actum patronū non amittere ius patrona. quia interest patroni ne bona ecclesiæ alienentur. capit. sin. ijs. xvj. q. vij. ¶ Credit tamen Abb. vnam præbendam pro clerico posse episcopum ibi instituire non obstante consensu patroni. quia per hoc nullum præiudicium fit patrono: arg. c. conquerente. de cleri. non residen. cum ordinario ecclesiæ spectet ad episcopum: vt in ca. nouerint. x. quæst. j. & remittit se ad lun. in c. cum & plantare. de priuilegiis. & in capit. in lateranen. de præbend. ¶ Prædicta etiam voluit Roch. in hoc tracta. in verbo, honorificum. in iij. quæst. in ij. colum. in vers. item bene facit. ¶ Sed ego teneo cum Abb. in omnibus: nisi in hoc ultimo de vna præbenda constituenda sine patrono: quia dico hoc non posse procedere, nisi si fieret de voluntate rectoris & episcopi pro aliquo ordinando ad titulum illius ecclesiæ: iuxta capit. postulasti. hoc titulum. prout etiam loquitur. capitulum. conquerente. per Abba. allegatum, & tunc non fieret præiudicium patrono. vt in d. capitulum. postulasti. Immo etiam eo inuito hoc facere possent, vt ibi nota. & nos diximus supra in præcedenti. quæstio. princip. in sexto articulo. & præsertim in vj. conclusione.

¶ Quintus articulo. vj. q. princ. iij. Libri.

1 *Patronus an possit concedere ecclesiam loco religioso, cum episcopi consensu disting. nu. 2.*

3 *Confirmans non donat. & nu. 4.*

1 **E contra** Modo quinto loco dubitatur, ¶ an patronus cum episcopi consensu possit concedere ecclesiam patronatam loco religioso, præsertim ea non vacante: & clarum est q. si: quia si potest episcopus cum consensu patroni poterit etiam patronus cum consensu episcopi. ¶ Sed difficultas remanet, an hoc facere possit ecclesia non vacante. & Ab. in c. illud. super glo. iij. dicit illam gloss. velle patronū posse concedere ecclesiam non vacantem cum voluntate episcopi loco religioso. Sed contra illam gloss. facere tex. in d. c. illud. vbi concessio fuit facta religiosæ domui: & tamen in eo dicitur non valere concessionem de re non vacante. vnde ipse dicitur. ¶ aut quis intēdit donare ecclesiam nō vacantem loco religioso vt valeat: vt ex nunc: in præiudicium rectoris: & non valet donatio. & ita intelligitur tex. dicto capitulo. illud. aut intēdit cōtendere sine præiudicio rectoris, & valet. & sic est intelligenda illa gloss. allegatur pro hoc tex. in c. consultatio. nibus. de dona. & in clem. si. de reb. eccle. non alie. Hoc idē voluit ipse Ab. in c. de monachis in penul. col. in versic. ad primum vbi dicit gloss. libi velle ecclesiam transferri in locū religiosum ex concessione laici cum consensu episcopi, non solum respectu iuris præsentandi, sed quo ad temporalia. alleg. xvj. q. j. c. vlti. & idem videtur velle glo. vj. q. ij. in summa hoc dictum tamē nunquam sibi placuisse: nam cum patronus laicus non habeat, nisi solum ius patronatus, & nihil possit disporre de temporalibus ecclesiæ: vt probatur. x. q. j. nouerint. nō potest plus iuris transferre in religiosos, quam ipse habeat: vt in reg. nemō potest. de reg. iu. lib. vj. Nec obstat confirmatio episcopi, ¶ quia confirmans non donat tale quid de nouo, sed tantum autorizat donationē factam. c. inter dilectos. de fide instrum. Nec obstat. c. pastorale. de donatio quia ille text. loquitur, quando episcopus donauit simpliciter ecclesiam consentiente patrono. Sed in casu nostro non donat episcopus, quia habet ius disponendi de temporalibus. sed donat laicus. ¶ Subdit tamē pro gloss. facere: quia laicus donando ecclesiam, videtur donasse nō solum ius patronatus, sed ipsam ecclesiam: quia verba sunt concepta in ecclesia, non in ius patronatus. ¶ Sed per hoc dicit se non recedere à priori dicto, quia videtur donare, quod suū est: arg. in l. serui electione. ff. de leg. j. secus fortē, si patronus dixisset, cōsentiente episcopo, donamus vobis talem ecclesiam, vt verbū dono, etiam referatur ad episcopum: quo casu loquitur illud c. pastorale. & hoc casu posset saluari. d. gloss. in d. c. de monach. ¶ Dicit et Abb. se reperisse do. An. impugnantē illud dictū gloss. & saluare eum in duobus casibus. Primus est q. si laicus de facto possidebat totam ecclesiam, etiam respectu reddituum: & post ea illam contulit religiosis de consensu episcopi. & sic dicit loqui. ca. vltimum. allegatum in gloss. & facit. c. cum apostolica. de his, quæ s. à præla. Secundus casus est, quando patronus tempore foundationis contulit dorem ecclesiæ, & eam subiecit religiosis de consensu episcopi. & Abb. impugnat ambos hos casus, vtrijq. per eum: quia nō faciunt ad articulum nostrum. sed de istis late diximus supra in ij. par. secundi li. in j. q. princ. in i. articulo, vbi tractauimus laicum donando ecclesiam, quid donet, quid q. detinet illa de facto: & quid, quando habeat in ea ius patronatus. sed ex dictis Abb. in d. c. de monachis, colligo patronum etiam de consensu episcopi non posse donare ecclesiam patronatam pleno iure cum solum ipse donare possit ius patronatus, quod habet in illa. Vnde si vult donare pleuo iure necesse esset donare episcopum, & patronum: & certe hoc mihi videtur satis verum, nisi ex verbis contractis appareret ambos donasse. ¶ Ex quibus infero, q. licet episcopus possit donare ecclesiam loco religioso cum consensu patroni: vt diximus supra in ij. præceden. arti. tamen patronus donando cum consensu episcopi, non diceretur donare ecclesiam pleno iure, nisi tantū ius patronatus, excepto, si ambo donarent. ¶ Possent tū dici q. cū episcopus videat psonam donare ius patronatus, & ipse cōsentiet, & non contradicat, videatur & ipse donare fauore loci religiosi: cogita tamē sup hoc ¶ Et ratio diuersitatis est inter conclusionē tertij articuli ibi positam: & præsentem conclusionē quia in iij. arti. donat episcopus qui potest disporre de temporalibus. d. c. nouerint. x. q. j. & episcopus cōsentit propter suum præiudicium: quia præiudicatur iuri patronatus: & sic eius cōsentus annullat ius patronatus: sed in casu nostro, donat psonus, qui non habet temporalia, nisi ius patronatus: idcō non videt donata tota ecclesia. ¶ Sed aduerte subtili-

# Cesar Lambertinus Episcopus

subtiliter, quia Ab. ibi dixit consensum episcopi non donare: quia qui confirmat, non donat: non posset dici, ut ille consensus aliquid operetur, quod ipse episcopus donat: nam si intelligeremus donationem operari solum translationem iuris patris. cum fieri in locum religiosum, non requiritur consensus ordinarii: ut diximus supra in secunda parte primi lib. in j. q. princ. in x. arti. Erit ergo necesse, ut operetur translationem temporaliu: quia non habet quid conferre: & sic est sublatum principale motiu Ab. & pro hoc facit quod ipsemet dixit in d. c. illud, hoc ti. post gl. cuius dicta supra retulimus patronu cum episcopi consensu posse donare ecclesiam loco religioso, sed erat dubiu, quia rector vivebat: & sic ecclesia non vocabatur, & ideo Ab. distinxit, ut supra presupponendo patroni donationem cum consensu episcopi de ecclesia tenere: & ideo non relinquo vos cogitantes. Sed concludo contra Abb. in d. c. de monachis, & cum eo in d. c. illud, nam ad suam objectionem contra gl. d. c. de monachis, tenet responsum, consensum episcopi hoc operari, cum eius motiuum hanc responsionem non teneat: quia episcopus non habebat in illo casu consentire nec autorizare: unde debet hoc operari, maxime cum viderit patronum, donare ecclesiam, & ipse consentire. & sic est dicendum episcopus posse donare cum consensu patroni, & patronum cum consensu episcopi: & ecclesia vacante ex preterito effectu cum vacauerit, ne prauidetur rectori.

## ¶ Sextus arti. vj. q. princ. tertij Libri.

- 1 Episcopus an possit presentatum & institutum, obligatum celebrare in vno altari, ex defensione fundatoris, compellere ad celebrandum in alio altari.
- 2 Eucharistiam quotidie sumere, nec laudo, nec vitupero, inquit diuus Augustinus.
- 3 Institutus celebrare debet in altari seu capella beneficii, nec compelli potest per episcopum seu capitulum alibi celebrare. Fallit pro aliqua vice, cum consensu tamē patroni, & non pro necessitate vel utilitate ecclesie. n. 4. & 5.

- 1 **Dubitatur** Modo, vj. an episcopus possit compelli presentatum & institutum obligatum celebrare in vno altari ex dispositione fundatoris ad celebrandum in alio altari: & Abb. in cons. xcvj. Iesus Christus addit in iij. dubio. in ij. vpl. mouet hanc difficultatem. & dicit talem institutum non posse costringi ad celebrandum in alijs altaribus, vel ad faciendum hebdomadam, sicut alij capellani, ex quo institutum beneficii hoc non habet. Non enim tenetur quis deseruire vltra onus annexum in institutione beneficii, c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & c. cui de non sacerdotali, iuncta glo. de preben. libro sexto, facit c. significatum, cum ibi not. & ca. extirpanda, §. quia vero, de preben. & glossa magna in capi. licet canon. de electio. lib. sexto, cum multis similibus, quae ad hoc possent allegari. ¶ Et plus dicit ibi Ab. quod quamuis aliqui beneficiati in vno altari seruiant ad libitum ecclesie: in alijs altaribus illius per seruitium iniuste praestitum, & quasi per extortionem prelati, & ad capitulum non fuisse inductam consuetudinem. xix. d. in v. in c. quia cognouimus, x. q. ii. vbi tex. iuncta gl. facit, quod no. gl. & Bar. in l. j. §. quae obseruanda. ff. quarum re. ad. non da praesertim ut cum non sit tanti temporis quod sufficiat ad praescriptionem seu consuetudinem inducendam, cum requiratur tempus quatuor annorum, per id, quod legitur & not. in c. fi. de consuetu. & c. de quarta, de praescriptio. ¶ Et addit Ab. institutionem beneficii, id est, modum datum in fundatione de facili non posse tolli: imo episcopus contra illam dispensare non posse, alleg. nota. per Card. in c. cum accessissent, de instit. & dicit facere, c. monasterium, xv. q. iij. & satis esse in instrumento fundationis dicit esse celebrandum in tali altari: quia per hoc apparet institutionem beneficii ad talem celebrandum in tali altari, & non alibi. ¶ Postea Ab. transit ad illam difficultatem, quod si bene fundatio diceret sacerdotem ibidem institutum tenere semper, & continuo dicere missam in illo altari, non debere ita amare, intelligi, ut nullum premitteret diem, quin celebraret: sed quod quanto frequenter potest debet in dicto altari celebrare salua semper honestate sua, & debita missarum deuotione: iuxta, c. significatum, de preben. non enim debet nec adstringi potest ad celebrandum, nisi honeste & deuote possit: quia non semper quis deuotus & aptus est ad celebrandum: nam ut inquit canon, satis felix est, qui digne quotidie celebrare potest, de consecra. distin. prima, iussit. & dicit Augustinus quotidie eucharistiam sumere, nec laudo, nec vitupero, de consecra. distin. prima quotidie. ¶ Tu aduerte, quod de hoc vltimo nos satis diximus supra in j. q. princ. huius libri, in iij. articulo, vbi vide qualiter hoc intelligatur: nolo hic repetere.
- 3 ¶ Sed quo ad articulum nostrum concludo cum Abb. institutum debere celebrare in altari seu capella beneficii, & non posse

compelli alibi celebrare per episcopum seu capitulum, etiam in eadem ecclesia: nec in eadem ecclesia deseruire, quamuis sic esset solutum si non esset perfecta praescriptio, quod ego intelligo. & Ab. loquitur, ut non teneat institutum seruire in ecclesia virtute illius beneficii: sed si alter esset clericus illius ecclesiae, bene teneretur, per d. c. cum in cunctis, & alia iura. §. alleg. & pro praedictis faciunt ea quae diximus supra in praeced. q. princ. in iij. art. qualitates appositae per fundatorem in limine fundationis, non posse tolli per nouum haeredem, patronum et de consensu episcopi. Unde cum voluerit fundator in tali altari celebrari, non poterit in alio celebrari, & in totum celebratio ab illo tolli: quia hoc conuenit obseruantiam voluntatis defuncti per ibi dicta. ¶ Dicerem bene hanc institutionem primi fundatoris de celebrando in tali altari, per episcopum posse alterari cum consensu patroni: vel per ipsum de consensu episcopi, si ut aliquando alibi celebraretur praesertim cum omnis vis consistat in sacramento, & non in loco arg. c. vestra, de cohabi. clericorum & mulierum: iuncto, c. aniam defunctorum, xij. q. ij. ¶ Dicerem & aliud, quod stante necessitate vel utilitate ecclesiae, possit episcopus sine patrono, non dicam in totum, sed cum necessitas occurrat, vel utilitas, facere celebrare illum institutum in alio altari seu loco: per id quod diximus in primo praeced. ar. quod est plus. ¶ Aduerte et ista quia quotidie accidunt in facto, ut euenit Trani semel tempore cuiusdam episcopi, Vigilien. qui erat suffraganeus, & vicarius archiepiscopi Tranen. qui non tenebat capellanum, nec volebat granare capitulum: ut coram eo quotidie celebrari faceret, §. missa celebranda in diuersis capellis, & altaribus iuris patrono. quorundam nobilium faciebat coram se in palatio celebrare nunc grauando vnum altare, nunc aliud, & cum grauasset altare seu capellanum capelle patris mei, nolui hoc permittere, tum pro obseruantia voluntatis sui patris fundatoris: tum etiam, quia ipse priuabatur honore processionis: quia quotidie ibi missam audiebat: & quod in hoc nulla vertebatur necessitas nec utilitas ecclesiae: sed potius hoc faciebat ille episcopus ad euitandam ventositatem sui marsupij: quia erat auarissimus & nolebat tenere capellanum: & poterat etiam sibi prouidere per capitulum: ut supra est dictum.

## ¶ Septimus arti. vj. q. princ. tertij Libri.

- 1 Episcopus an possit immutare condiciones vel qualitates annexas beneficio quando redditus beneficii ad illas non sufficiunt.
- 2 A testatore relictum, si non potest ad usum destinatum applicari & impendi, potest in aliam causam piam conuerti. Quod fieri potest per haeredem, & episcopum simul, vel eum ad quem pertinet executio. n. 3. & 5.
- 4 Testatoris ordinatio cessat, cessantibus redditibus.
- 6 Prebenda, si sunt de iure patronatus, non possunt diminui, sine episcopi consensu, vel haeredis.
- 7 Beneficij condiciones & qualitates non possunt per episcopum immutari, etiam cum haeredis consensu, sed bene pro vna vice.
- 8 Episcopus an possit diminuire, vel augere qualitates & condiciones appositae per fundatorem, de tot missis dicendis, & seruitibus praestanda, ex quo diminiui vel aucti sunt redditus, & n. 9. 11. & 12.
- 10 Gabella totius comitatus vendita, tanto pretio, aucto comitatu, an augendum pretium.

- 1 **Hinc** Sumpra quaestione dubitatur, vj. an episcopus possit immutare condiciones vel qualitates annexas beneficio, quando redditus beneficii essent impotentes ad illas. Exemplum possit dari, quoniam fundator disposuit certum numerum missarum celebrari debere in ecclesia cum consensu episcopi: quo casu valet, c. cum dilectus, de consue. postea reperitur, quod redditus non sunt sufficientes, vel ex aliqua causa sunt diminuti, an debeant minui ad seruitia, & illis auctis, an debeant augeri. ¶ De hoc quaerit Roc. in hoc tract. in verbo, pro eo, quod de dioecani consensu, in xv. quaest. & format illam modo praemisso ponendo dictam exemplum, in quo exemplo dicit fundatorem non posse statuere numerum missarum celebrandarum sine consensu episcopi. De quo ego miror, cum haec non sit conditio diuisio commune, in cuius appositione requiritur consensus episcopi: ut in d. c. cum dilectus, sed est sine ius commune, quae apponipotest sine consensu episcopi: ut diximus supra, in prima par. primi lib. in ix. q. o. princ. in primo articulo in prima conclusio, nisi diceremus fundatorem apponuisse modum quotidie celebrandi, qui praeueniret moderandus per episcopum: ut in c. significatum, de preben. ut in proximo praeced. arti. dictum est: & in loco ibi remisso. ¶ Sed articulus noster procedat in celebratione missarum, & in omnibus seruitijs, in quorum appositione requireret consensus episcopi: iuxta not. in c. cum dilectus, de consue. ut generalior sit ipse articulus. ¶ In quo do. Roch. dicit vbi tu pra

pra, se credere dicendum episcopum commutare posse dictas qualitates. & hoc probari per c. nos quidem. de testamen. vbi dicitur quod relictum a testatore, si non potest deputari ad usum destinatum per testatorem, tunc debet commutari ad aliam piam causam. & propterea dicitur ibi Petr. de anch. quem refert & sequitur ibi Imol. in antepenul. col. q. vbi non potest intentio testatoris impleri, prout voluit, est aliter commutanda. facit legatum. & quod ibi not. ff. de usufruc. lega. & dicit Ab. in d. c. nos quidem. quod si pecunia relicta a testatore pro monasterio construendo non sufficeret, tunc debet conuerteri ad aliam piam usum. quod satis probatur in illo tex. de quo dicto diximus. s. in prima parte primi libri in iij. q. princ. in xij. artic. & faciunt etiam quae ibidem diximus in duobus sequen. articu.

¶ Et dicit subijcere Ab. ibi. in d. c. nos quidem. vnu semper menti tenendum, istam conuersionem vel commutationem non posse fieri per solum heredem, sed per episcopum, & heredem, vel eum, qui habet exequi simul, per illum tex. ibi ordinari tecum, & c. per alia de quibus ibi per eum. ¶ Praemissam etiam concludit do. Fely. in c. cum accessissent. in viij. col. in fi. vbi dicit, quod cessantibus redditibus cessare debet ordinatio testatoris: per ea quae notant ibi doc. per illum tex. alleg. etiam Ioan. de Imol. in clem. quia contingit. in v. col. in vers. Lap. hic limitat. de relig. domi. vbi dicit illum tex. non procedere quando legata conuerteri non possunt ad usum destinatum. al leg. etiam do. An. in c. fi. de testamen. vers. hoc dictum quotidie contingit. ¶ Subijcit domi. Fely. vbi supra, sub dubio forte, quod poterit episcopus eo casu ipsas condiciones immutare, etiam inuito heredem: quia causa necessaria eas immutandi subest. sed in hoc vltimo dicit Roc. contrarium voluisse Ab. in loco supra allega. nisi concordando, dicas dictum Fely. intelligi, quando haeres nollit consentire, vt tunc episcopus eo inuito id possit facere, ex quo renuit consentire sine causa: sed quando haeres vellet consentire, vel non recusaret consentire, tunc eius consensus requireretur. & ita intelligatur dictum Abb. vt in d. ca. nos quidem. ¶ Et circa hunc punctum dicit Roch. scilicet, an requiratur consensus vtriusque videlicet episcopi & heredis in commutatione legatorum, esse etiam videndum Imol. in d. c. nos quidem, in antepenul. col. vbi intelligit requiri consensum vtriusque in commutandis legatis, vel dispositionibus circa loca ecclesiastica: in alijs autem relictis, sicut cum poterit fieri commutatio de consensu heredis, & eius, cui est relictum: & sic eius cuius iure est. alleg. legatum. ff. de usufruc. leg. ¶ Ex quibus infert Roch. quod vbi voluntas relictoris potest impleri, tunc non possit in aliud commutari: quoniam secundo Ioan. de Imo. vbi supra post Petr. de ancha. est in forma specifica adimplenda, nec potest in aliud commutari sine licentia papae quamuis facta fuerit commutatio in alia causa. alleg. not. in d. clem. quia contingit. de relig. domi. & in l. si quis ad declinandum. §. si autem. C. de episcopis & cleri. & not. per Barr. in d. legatum. & hoc etiam firmat Andr. barba. in consilio suo. xxij. scripsit propheta. in prima col. vbi multa ad hoc accumulata. ¶ Et sic dicit Roch. per ista videtur concludi heredem patronum non posse immutare qualitates possibiles vel condiciones annexas beneficio, de consensu episcopi: quod similiter firmat do. Card. in d. clem. quia contingit in principio. in v. questio. in fin. & ibidem Ioan. de Imol. in v. col. in versu. hoc vltimum, concludentes quod licet de consensu eius, qui ordinauit aliquid ad pium usum, possit episcopus legatum mutare, tamen secus de consensu sui heredis: quia hic non agitur de utilitate ipsius, cui possit renuntiare: sed de voluntate defuncti seruanda, & dicit Card. vbi supra, se pluries id dixisse in d. capit. nos quidem. ¶ Contrarium tamen in hoc tenuit Abb. in d. cap. cum accessissent. in tertia colum. in versu. ego limitarem. de constituto. vbi dicit non posse diminui praebendas, quae sunt de iure patronatus sine consensu episcopi seu heredis: ergo de consensu heredis secundum eum id fieri poterit. ¶ Do. Fely. ibi in viij. colum. distinguit, quod aut episcopus vult pro vna vice dispensare contra condiciones vel naturam beneficii: & tunc poterit cum consensu heredis. Allegat nota per domi. An. in c. fina. ante medium versu. Vincen. autem de testamen. vbi dicit, quod ex causa vtili relictum pro annuario, potest pro vna vice ad aliud expendi, & redire postea ad solitum debitum. ¶ Et subdit Fely. se consuluisset Ferrariae, & obrinuisset, quod pro vna vice potest episcopus consentiente heredem patroni conferre beneficium non habenti qualitates in fundacione appositas, de quo nos latissime diximus supra in i. parte. secundi libri. in vij. questio. princ. in vlti. articulo. ¶ Et subdit ibi Fely. aut vero vult episcopus cum consensu heredis in totum suppressere beneficium patronatum, vel in totum tollere condiciones

illi annexas: & tunc consensus heredis non sufficit, per rationem text. d. clem. quia contingit. & per auctoritates supra allegatas, nisi episcopus id faciat ex causa necessaria: quia tunc secundum eum etiam inuito heredem poterit episcopus hoc facere: per id, quod not. Ioan. de Imol. in d. clem. quia contingit. in v. col. in vers. Lapus hic limitat. vbi dicit illum tex. non procedere, quando legata conuerteri non possunt ad usum destinatum, vt supra declaratum fuit. ¶ Teneat ergo in effectu do. Fely. qualitates vel condiciones beneficii possibiles non posse per episcopum in totum immutari, etiam cum consensu heredis: sed bene possit contra illas dispensare pro vna vice, vt similiter nos contra tenuimus supra a patrono non posse huiusmodi condiciones seu qualitates per primum fundacionem appositas, etiam de consensu episcopi tolli in totum: sed bene alterari pro vna vice: vt in praecedent. quest. principia. diximus in iij. arti. ¶ Istis sic relatis do. Roch. vbi supra, conatur tenere contra Abb. & do. Fely. vt nec etiam pro vna vice hoc facere possit episcopus cum heredem patrono, cuius dicta nos retulimus supra in d. j. parte secundi lib. in vij. quest. princ. in vlti. arti. in versu. reperi postmodum do. Roch. cum pluribus sequen. quia ibi melius cadunt: per ea, quae proxime dicemus. vbi nos tenuimus cum Abb. & Fely. respon. ad dicta do. Roc. ¶ Quare aduerte. Nam in dicto vltimo articulo. sat tractatum est, an patronus cum episcopo, vel episcopus cum patrono possit immutare pro vna vice saltem qualitates requisitas in praesentando ex requisitione fundatoris: & ideo ibi apposita fuerunt haec dicta Roch. Titulus autem quaestionis Roc. vbi supra est, vt in prin. retulimus an episcopus possit diminueri qualitates & condiciones appositae per fundatorem de tot missis dicendis & seruitijs praeslandis, ex quo diminuti sunt redditus. & possit addi, vt supra in formatione praesentis articulo. an auctis facultatibus & redditibus ecclesiae debeant augeri missae & seruitia per episcopum seu possint. de quo vltimo Roch. nihil ponit: allegata tamen per eum quae supra retulimus, bene faciunt pro primo membro huius articulo. quod diminutis redditibus ecclesiae possint diminui celebrationes missarum & alia seruitia: & in hoc casu superfluum est disputare, an episcopus possit in totum tollere vel saltem alterare pro vna vice cum consensu heredis patroni dispositionem fundatoris: quia hic non tollitur in totum nec alteratur ex voluntate: sed alteratur ex necessitate: quia diminuti sunt fructus: & in hoc non est dubium episcopum hoc facere posse cum ad eum haec cura spectet: argumen. c. nouerint. x. quest. i. line. dubio hoc probatur in d. c. nos quidem. de test. vbi relictum factum pro vna re conficienda, si non sufficit ad illam, episcopus potest conuerti legatum ad aliam rem piam, ad qua conficienda sufficit legatum. ¶ Si ergo hoc potest facere episcopus in principio fundacionis rei, ex ista causa defectus, multo magis hoc facere poterit re deducta in esse, & superueniente defectu. ¶ Et hoc demostro, quia a principio non data sufficiente dote, potest episcopus renuere id fieri, quod legat faciendum ex defectu non sufficientis dotis. c. nemo. de consecra. dist. prima. De quo late diximus supra in prima par. primi lib. in v. quest. princ. in x. arti. cum duobus seq. postquam autem est deducta ad esse, ecclesia non erit destruenda: si ergo corrigat defectu dotis a principio ecclesia non fundata, multo magis ex post illa fundata: & requiritur consensus heredis tam in primo quam in secundo casu: quia non dicitur episcopo hoc facere, sed ipsi summet fundatore representatum per heredem: cuius representatio hoc casu tenet: quia vere sumus in illo casu, in quo si fundator viueret, & videret fructus diminutos, vel auctos, ipse diminueret vel auget missarum celebrationes, & seruitia. ¶ Et quod hoc possit facere episcopus. s. minuire vel augere celebrationes & seruitia diminutis vel auctis facultatibus ecclesiae, probatur per id, quod colligitur per do. Fely. in c. cum M. ferrariensis. in iij. nota. de constituto. ¶ in constitutione de certo numero etiam per papam confirmato, intelligitur, clausula, nisi redditus ecclesiae intantum excrecant, quod pluribus sufficient: ex quo infert Fely. post alios, quod augmentatis facultatibus ecclesiae debet numerus clericorum augmentari, & sic antiqua constitutio tolli. Et ad hoc adducit etiam text. in auth. vt determinatus sit numerus clericorum. in versu. postea vero. per quem text. dicit ibi Angel. primo, quod licet fundas ecclesiam taxauerit numerum clericorum: tamen auctis facultatibus debet numerus augeri. secundo dicit, quod si statuto tenetur quilibet praebendatus tenere capellanum paltari praebendae: & postea mutatur praebenda ecclesiae curatae, debet eius rector et tenere capellanum in dicto altari: ex quo sibi vnire sunt facultates dictae praebendae, postea infert Ange. ad gabellam totius communitatis venditam p tanto precio, comitatu aucto, an augeat praebendam.



# Cesar Lambertinus Episcopus

cum & remittit se ad Gulielmum de cu. in litem si fundi. ff. de usufruc. & ibi per Cyn. in additio. quod pro nunc non affirmat Fely. vbi supra, per tex. in l. in quod ff. de peric. & commo. rei vendi. ibi. qui cogebatur pati damnū. si res empta fuisset dete riorata, patitur et commo dum, si melioratur. Qui tex. facit p decisione articuli nostri. ¶ Et idem do. Fely. in d. c. cū in ferrar ien. in viij. col. super gl. in versic. sine præiudicio, dicit doc. ibi inferre vtrum excrecentia reddituum frangat numerum præ bendarū ipso facto: & dicit videri, q̄ sic propter conditionē sub intellectam, de qua in tex. d. c. cū in ferrar. sed dicit veram con clusionē videri fm̄ domi. Ab. ibi vtrō frangatur ipso iure: per c. si. de verbo. signifi. sed esse in potestate rumpendi: & sic fore intelligēdam conditionē illam, de qua in illo tex. & pro hoc adducit, quia tot fundi instituti in ecclesijs, quot ex redditibus eius possunt sustentari. c. j. de institu. & si aliqui sunt recepti vltra numerū, debet numerus præbendarum augmētari ex superexcrecentia reddituum: non tamen antiquæ præbendæ cō fundantur: sed de accretibus fructibus nouæ creantur præbendæ. pares tamē antiquis, vt dicit esse nota. in d. c. cum. in ferrar. & alibi non ita bene probari fm̄ do. Abb. ibi. & dicit hanc esse conclu. do. An. Io. de imo. & Domi. ibi hoc latē tra ctantes. ¶ Hoc idem voluit do. Roch. in hoc tracta. in verbo, pro eo, q̄ de dioecani consensu. in xij. q. in ij. col. in versic. ad uerte tamen, vbi dicit, q̄ crescentibus facultatibus ecclesiæ augeri debet numerus clericorum per primū patronū fundatorē acquiritus. allegat Ang. & Fely. vbi proximē. & subdit, & p̄pterea diminutis facultatibus eadē ratione deberet minui numerus clericorum & hæc est vera conclusio. ¶ Sed rema net aliquis difficultas, an tam in diminutione, q̄ in augmēto cū dispositione episcopi debeat interuenire cōsensu patro ni pro tempore existentis, & in diminutione omnino dicēdū est, q̄ sic per d. c. nos quidem. & eadem ratione in augmētatio ne in qua militat, & alia ratio interesse patroni intantum au geantur celebrationes, seruicia, & numerus clericorū, q̄ præ cium dicitur patrono in adiunctis in casu inopia, quod inter esse esse intelligunt doct. post gl. in simili casu, quando aliq̄s intitulatur in eadem ecclesia patronata. in c. post iust. hoc ti. de quo diximus supra in præceden. q̄o. princ. in vj. artic. ¶ Et certē ecclesia existente simplici potius augerent celebrationes, q̄ numerum clericorum, quæ deseruii possent per quos cū que de facultatib. ipsius ecclesiæ. quia illi sunt vtiliores ani mabus fundatorū. c. animæ fundatorū. xij. q̄o. ij. per ea, quæ diximus supra in j. q. princ. in tertio arti. ¶ Si verō esset eccle sia parochialis, quæ haberet magnum augmētum, posset au geri numerus clericorū. ¶ Non omnittendo vnum, q̄ stante necessitate vel vtilitate ecclesiæ, q̄ prædicta fiant, poterit fieri per episcopum, etiā sine consensu patroni, eo nolente, vt vo lunt doct. quos supra retulimus post Roch. & per ea etiam quæ diximus supra in primo arti. præsentis quæstionis.

¶ Octauus arti. vj. q. prin. tertij Libri.

- 1 Eps an & quādo possit restituere priuatum per se, inuito patrono. & n. 2.
- 2 Papa in dubio non præsumitur velle præiudicare, nisi expressa mentioe facta. Limit.
- 4 Degradatus & beneficio per sententiā priuatus, si restituatur ad ordinem, non intelligitur restitutus ad beneficium.

**Sequitur** Octauus artic. qui est, ¶ an episcopus priuatus per se restituere possit inuito patrono. hæc quæstio est dominicalis Barth. brix. quā ponit gl. pe. in c. quā uis. de rescri. lib. vj. quæ ponit opiniones et doc. in c. ex transmissa. de renun. ¶ Et prima fuit Goff. ibi volentis non posse restitui sine voluntate patroni: per l. si vt pponis. C. de nuptijs vbi dicitur, q̄ in matrimonio restitūdo per filium post diuor tium requiritur consensus patris, sicut à principio in contra hendo. ¶ Et quia contra hanc opinio. Goffre. videtur facere, de renunciatione. c. post relationem. & c. Iudei. & c. de ciuitate. & c. consuluit. de iudicis. & de his quæ sunt à præla. c. i. apo stolica vij. q. j. eos. & not. xxij. q. iij. Nabucdono sor. ¶ Super uenit Hoste. qui ad euitanda supra scripta contraria, dixit opi. Goffre. esse veram, si restituatur ab inferiore: Secus, si à princi pe, & sic à papa: & per iura superius allega. pro instituto: & ista est secunda opinio. ¶ Tertia est opinio Barth. brix. in d. do minicali quæstione, quæ incipit, sacerdos aliquis fuit qui dixi q̄ si depositus appellauit infra decē dies, restitui potest inuito patrono: alias non. ¶ Quarta fuit opinio Tancre. dicentis q̄ si episcopus præuenit in restitutione patroni, valebit resti tutio: alias non. & dicit hoc gloss. prædicta hoc approbare Hostien. in d. ca. ex transmissa. & de electio. innotuit. & facere

quod no. de conse. cum accessissent. in vlti. gloss. ita residet. gl. pe. c. quamuis. ¶ Domi. in d. c. quāuis. in vlti. col. in versic. in ea dem glo. in si. dicit opi. illam, q̄ restitutio facta à principe va leat reprobari, sed communiter approbari opin. Batho. brix. quæ est, an depositus appellauit vel ne: per. c. decernimus. xvj. quæst. vij. fm̄ Io. and. quæ etiam ibi dicit tenere Ioan. cal. ibi di centem contraria procedere, quādo depositus adhuc retinet ius, vel esse si: sponsum. Sed postquā ex toto est priuatus epis copum non posse ordinare ecclesiam sine consensu patroni: per d. c. decernimus. ¶ Postea ponit distinctionem per quam fm̄ Io. cal. istę opiniones concordari possent, & est talis. ¶ An restitutio fit per papam, & tunc si sunt patroni exclesiastici, valeat. de offi. delega. dilectus. de iure patrona. cum dilectus. ex quo res est integra. ¶ Aut patroni sunt laici, & tunc aut pa pa facit mentionem de patronatu laicorum, & valet argu. tex. d. ca. quāuis. in fi. & idem vbi aliud exprimitur. ¶ Aut non facit mentionem, & tunc non valet restitutio: quia ex quo iste est priuatus beneficio, iam est quæsitū ius patrono laico: nec in dubio papa intendit illis præiudicare, nisi hoc exprimat: quo casu si exprimeret, bene posset papa illi præiudicare: vt eo casu. and. in c. ij. de præben. libro sexto. super glo. ¶ Aut fit per inferiorem per legatum à latere, & in patrono ecclesiasti co valet: quia potest sibi præiudicare: vt d. c. dilectus. & in d. c. cū dilectus. ¶ Si vero sunt patroni laici, & tunc non potest nisi eo casu, quo episcopus posset: quia legatus nō potest in præ iudicium patroni laici disponere de eius beneficio: vt no. glo. in d. c. cum dilectus. & Lap. in c. ij. de præben. lib. vj. & casus in quo episcopus poterit cum ad episcopum facta fuerit deuolu tio ex lapsu temporis. c. ij. de supplen. negli. præla. vel ex præ sentatione indigni scienter facta. c. cum vos. de offi. ordina. de quibus late diximus supra in tertia parte secūdi libri. in ij. q̄o. prin. in secundo arti. & per totum. ¶ Aut restitutio fit per aliū ordinariū inferiorem à legato, & tunc si adhuc ille retinet ius, vt quia appellatum est à sententia, & poterit ille ordina rius restituere, etiā sine patrono. ¶ Aut ex toto erat iure suo priuatus, & tunc non poterit per ordinariū restituere: per d. c. de cernimus. Nec obstat. tex. in d. c. quāuis. in fi. quia in dubio pa pa non intendit præiudicare, nisi faciat mentionem: quia illud est verum in iure quæsitū, quo ad titulum beneficii: sed bene ex suo rescripto præiudicatur, quo ad potestatem conferendi illud beneficium, dato q̄ non fiat mentio: quia non est neces se de potestate habentis cōferre vt fiat mentio in literis ad be neficia: vt not. glo. in c. cum in ecclesia. de præben. lib. vj. ¶ Et subdit ibi Domi. prædicta multo magis locū habere, ¶ quan do clericus est degradatus, & beneficio priuatus per senten tiam: quia licet postea restituatur ad ordinem & eius executionē: nō tñ intelligitur restitutus ad beneficia: vt ibi per cum. ¶ Et prædicta et voluit Roch. in hoc tract. in verbo, honorificum. in iij. q. in ij. col. in versic. itē facit. vbi conclusio ponit episcopum nō posse restituere clericum vel rectorē depositum sine con sensu patroni: & dicit hanc esse cōmunē opi. per Gemy. in d. c. quāuis. super gl. penul. & idem sentire do. An. & Abb. in c. ex transmissa. circa fi. de renun. ¶ Et certe distinctio supra posita, est satis pulchra, & bona, ex qua colligo etiā in restitutione, quā facit papa, non præsumitur nec intelligitur derogare iuri patronatus laici, nisi exprimat: quæ est etiam ampliatio ad ea, quæ diximus supra in tertia parte secūdi lib. in ix. q̄o. principa. vt ibi posuimus in secūda cōclusio. in si. pro xj. ampliatione. ¶ Et sic tene dictam distinctionem communem, pro qua etiā vide, quæ diximus supra in prima par. secūdi lib. in x. q. princ. in v. artic. vbi tractauimus, an episcopus possit dispensare cū indigno præsentato inuitis alijs patronis: & vide etiam quæ late dicit Abb. in c. innotuit. in tertia col. de electio.

¶ Nonus arti. vj. q. prin. tertij Libri.

- 1 Restitutio, de iure ad episcopum pertinet, non ad patronum.
- 2 Laicus ius restituendi non potest sibi acquirere.
- 3 Restitutio quo casu pertineat ad patronum laicum.

**Dubatur** ix. cui competat restitutio instituto patro no vel instituenti, & an laico competere potest destitutio. & G. ye. in c. si. de elec. lib. vj. in xlv. col. dicit destitutioem spectare officio instituentis. c. cum ex in iusto. de hære. c. ij. de offi. ordina. ita q̄ non patronus etiam ecclesia sticus, sed instituens haberet restituere, allegat Card. in c. sin. de renun. & Fede. consi. xcv. super dubitatio. artic. & Hosti. & doc. in ca. cū Bertoldus. de re iud. ¶ Et idem Gaye. ibid. in xv. col. dicit institutionem posse cōpetere etiam laico ex priuile gio papę: si igitur destitutio spectat ad instituentē merito pote rit



rit face ad laicum, si laicus habuerit ius instituendi. ¶ Tamē aduerte, nam nos supra in tertia par. secundi lib. in j. q. princ. in x. arti. conclusimus ad eum spectare ius destituendi. ad quem spectat ius instituendi: si institutus illud habet iure ordinario: Si verò iure particulari, non, ut etiam dicemus in seq. art. ¶ Ibi dem etiam in xi. arti. conclusimus ius instituendi ex privilegio papæ, posse cōpetere laico. Sed non posse sibi competere ex præscriptione etiã tanti temporis, cuius initij &c. cū sit incapax quasi possit ius spiritualis: ut ibidem diximus in xii.

- 1 ¶ Vnde concludat episcopus spectare de iure ius instituendi, & non ad patronum: & si bene ad patronum ex privilegio papæ spectaret ius instituendi, non posset ad eum spectare ius destituendi: quia si ad inferiorem prælatum haberet ex privilegio, vel præscriptione ius instituendi, non competit ius destituendi, qui est capax horum iurium: multo magis laicus habens ex privilegio habens ius instituendi per hoc non habebit ius destituendi, nisi in eius privilegio, etiã hoc ius sibi concederetur quia sicut potest sibi concedi per papam ius instituendi, ita & destituendi, per proximè dicta. ¶ Et similiter cōcludo, q̄ sicut laicus quia incapax iuris spiritualis ex præscriptione etiam tanti temporis, cuius initij &c. non potest acquirere ius instituendi nec ius destituendi: & omnia ista probantur ex his, quæ diximus supra in d. iij. par. secundi lib. in j. q. princ. in x. & duobus sequentibus art. ¶ Poterit etiam spectare ad laicum de iure ius instituendi in limine fundationis de consensu episcopi apposuit conditionem, q̄ posset mutare capellanos etiã institutos ipse patronus: quia mutando de iure dicitur, de quo latè supra in j. par. j. libri in ix. q. princ. in secundo articulo.

¶ Decimus arti. vj. q. princ. tertij Libri.

- 1 *Destitutio an competat inferiori prælato, cui ex privilegio vel præscriptio ne institutio competit.*

**Et sic** Pro cōplemento præsentis questionis. x. & vltimus sit arti. tan inferior prælatus seu clericus, cui ex privilegio vel præscriptione cōperit ius instituendi, cōpetat etiã ius destituendi. Et breuiter sic dicitur, q̄ non: ut voluit Ab. in c. fi. in pe. col. de statu monach. & ponit Roc. in hoc trac. in verbo competens alicui. in xxix. q. in vers. nota tñ q̄ licet. & nos diximus supra in d. iij. par. secundi lib. in j. q. princ. in x. arti. in vers. nota & aliud q̄ licet. ¶ Er pro hoc est rō, quia si iure speciali solū habuit institutionem: non habebit destitutionem: quia ad illā nō se extendit: ut doc. allegari per Roc. & per nos vbi supra dicitur. ¶ Ex quoru dictis infero, q̄ si de iure speciali inferior clericus haberet utrūque posset instituere, & destituere, cū illorū sit capax. per ea, quæ diximus in d. tertia par. secundilibri. in j. q. princ. in xi. & xij. articulo.

**Collige** Ex omnibus dictis in præsentis, vj. q. princ. & eius. x. articulo. conclusionem, episcopum non posse de ecclesijs patronatis, & eorū bonis disponere aliter, quā se habet status ipsarū ecclesiarum, sine consensu patroni. Ita colligitur ex dictis in viij. primis art. præsentis. q. princ. & præsertim in primo. ¶ Amplia istam conclusionem intantum procedere, q̄ episcopus sine consensu patroni nō poterit ecclesiam simplicem erigere in collegiatam: ut diximus. §. in j. ar. ¶ Amplia. ij. d. conclu. intantum procedere, q̄ patronus vbiūque est vocandus, cum de statu ecclesiæ agitur, & sine eo episcopū nō posse de ea facere monasterium, nec censum imponere, nec clericus mutari, nec beneficium minui, aut supprimi: ut diximus in dicto primo articulo. & præsertim in vers. Gaye. in repe. ¶ Amplia tertio. d. conclusionem intantum procedere, q̄ episcopus non poterit compellere præsentatum & institutum habentem celebrare ex d. spositione fundatoris in vno altari celebrādo, in altero altari in totum nullo modo, & pro aliquibus vicibus sine consensu patroni: ut diximus supra in vj. articulo. ¶ Amplia. iij. d. conclu. in. itum procedere, q̄ diminitis vel auditis facultatibus seu redditibus ecclesiæ, nō poterit ep̄s celebrationem misseriū, numer. clericorū, & alia seruitia minuire, vel augere, sine cōsensu patroni seu eius hæredis: ut diximus in vij. arti. ¶ Restringe oēs istas quatuor ampliaciones, pcedere, nisi vergeret maxima necessitas, vel vtilitas ecclesiæ: quia sic posset pōicta facere ep̄s, etiã patrono nolente: ut diximus §. late in j. arti. & in fi. vj. & vij. articulo. & in d. j. arti. late posuimus de necessitate & vtilitate equiparandis. ¶ Restringe præcedentē restric. q̄ quāvis ex necessitate vel vtilitate episcopus possit supra scripta facere: tñ fiet eo modo, ut quā minus poterit præiudicet patrono, adeo q̄ liceat de simplici ecclesiā fiat collegiatā: tñ in ea nō seruabitur electio, sed p̄sentatio, ut minus præiudicet patrono: per ea quæ diximus in d. j. arti. in vers. ex quibus omnibus.

cum pluribus seq. ¶ Amplia. v. d. conclu. intantum pcedere, q̄ ep̄s non poterit vnire beneficium patronatum cum alio sine consensu patroni: ut diximus. §. in iij. art. ¶ Amplia. vij. d. cōclusionem intantum pcedere, q̄ ep̄s sine consensu patroni non poterit concedere ecclesiā seu bona temporalia illius, ut conuertantur in præbendas, & seruiat necessitatibus aliquibus loci religionis: ut diximus supra in iij. arti. ¶ Amplia. viij. d. conclu. intantum procedere, q̄ ep̄s non poterit priuatum per se restituere ad beneficium sine consensu patroni: ut diximus supra in viij. articulo. ¶ Amplia. ix. oīa ista prædicta intantum procedere, q̄ non solum ea non poterit facere episcopus sine cōsensu patroni: sed nec legatus à latere: ut diximus supra in j. articulo. in vers. & idem dicerem etiam in legato. & in ij. arti. versus fi. in vers. & ibidem ipsemet Roc. & supra in d. viij. arti. ¶ Amplia. x. omnia supra scripta intantum pcedere, q̄ licet papa possit derogare iuri patroni: ecclesiā tñ si prædicta fecerit, non intelligitur derogare patronis, nisi exprimat quamuis præiudicare tñ vni fructui iuris patrō. ut diximus in ij. articulo. in vers. imò fortius. & in d. vij. arti. ¶ Declara modo, q̄ quāvis ep̄s non possit prædicta facere sine cōsensu patroni: si tñ patronus facit cum cōsensu ep̄i, tenebit actus: & dicit episcopū etiã fecisse, per d. §. in v. arti. & præsertim in fi. ¶ Limita, mō primo. d. conclu. q̄ quamuis episcopus nō possit sine patrono immutare statum ecclesiæ: tñ destitutio ad eum spectabit, & non ad patronum: ut diximus supra in ix. arti. ¶ Extende istā limi. procedere, ut ad episcopum spectat de iure ius instituendi, etiam si ad laicum spectat de iure de iure ius instituendi: tamen ad eos nō spectabit ius destituendi: ut diximus supra in ix. articulo. quia spectabit ad episcopum, ut ibi dicitur. ¶ Restringe hanc exi. pcedere, nisi laicus etiam ex privilegio, prælatus inferior, vel clericus ex privilegio, vel vel præscriptione haberent non solū ius instituendi. sed etiam ius destituendi: quia tunc ad eos spectabit de iure ius instituendi, & nō ad ep̄m: ut diximus. §. in dictis. ix. & x. arti. & per ista hæc. vj. quæst. est clarissima. capio septimam questionem principalem.

¶ Septima quæstio prin. tertij Libri.

- 1 *Ecclesia destructa, an patronus perdat ius patronatus quod in ea habebat, remiss.*
- 2 *Ius patronatus amittitur, causa perempta, ex qua quis erat patronus.*
- 3 *Negligentia non facit, ut quis priuetur iure, quod per successionem defertur.*

**¶ Item** Est qualiter gubernetur ecclesia in statu suo p̄ rectorem patronum, vel prælatum, videamus modo an possit ipsa ecclesia aliqua via effici libera: & patronus ius patr. suum amittere: & quæ hæc possunt euenire ex duplici cā: vna nō criminosa: ideo hanc materiam in duas qōnes diuidam. Vna erit an patronus possit amittere ius pa. absq; quo cōmiserit delictū: alia erit, q̄si patronus amittit ius patro. ex aliquo eius delicto. ¶ Et sic. vij. principaliter quæro, an p̄onus possit amittere ius pa. ex alia cā q̄ ex crimine: & p̄ decisione huius qōnis sunt discutiendi in fractis art. ¶ Et primus ferit an destructa ecclesia patronus perdat ius patr. quod habebat in ea: & hic ar. decidit ex his quæ latè diximus supra in prima part. primi lib. in vj. q. princ. in iij. & tribus seq. articulo. in quibus tractauimus de ecclesia destructa ibi, vel aibi reedificata, de dote sumppta, & de fundo ex obligatione suffocato, an dans nouū fundū, reedificans, vel redotās acquirat ius patro. & patroni primi illud amittat, & in dictis locis cōcluditur, q̄ si fundus est suffocatus vel derelictus: quia alii ecclesia cōstruitur patronus ratione fundi, non erit vltimus patronus, nisi in eodem fundo reedificaretur: ut ibid. diximus in iij. & v. articulo. ¶ Si verò ecclesia est diruta, taliter q̄ nec cements remanserunt, patronus ex cōstructione amittit ius pa. & illud acq̄ret reedificans: sed si remanserunt cements, erit ambo patroni: ut ibid. diximus in iij. articulo. ¶ Si autem dos est extrinsea in totum patronus ratione dotis amittit ius patro. & illud acquirat redorans: ut ibid. diximus in vj. arti. Vnde poterit ex prædictis fieri cōclusio, q̄ p̄cepta causa ex qua quis erat patronus. nō restabit eius ius, & nō erit vltimus patronus: & est vnus modus amittendi ius patr. Er pro his faciunt ea quæ diximus in iij. q. princ. huius lib. in xij. articulo. vbi tractauimus an extincta re data in dotem, ecclesia reneatur alimentare patronū inopem. ¶ Et tanto magis amittit illud, si ipse fuit negligens defendere ecclesiā, ne dos consumaretur, ne mōiā pateret, & si milia: iuxta gl. in verbo, defendere. in c. tributum. xxij. q. vlt. & sentit

# Cesar Lambertinus Episcopus

fenfit Pau. in hoc tract. in vi. par. in fin. principij. v. artic. & sic statim ante primam quæstionem illius articuli. & licet Roch. in hoc tract. in verbo. onerosum. in prima quæstio. in vers. fa-  
teor tamē. dicat. qd si patronus negligat denunciare rectorem  
3 dilapidantem vel ei non obuiat. per hoc non priuatur iure  
patro. quia per negligentiam non priuatur quis iure. quod  
alicui defertur per successione: per glo. singul. in ca. grandi.  
in verbo regis. de supplen. negli. prela. libro sexto. de quo late  
diximus supra in ij. q. prin. huius. iij. li. in ij. arti. tamē ego tenui  
ibi. qd puniatur adhuc patronus ex illa negligentia. vt priue-  
tur commodis iuris pa. sed in hoc casu peremptis causis. vt. s.  
ex quibus ius patr. prouenit. illud in totum amitter. & ita te-  
ne. ¶ Quod etiam reperi tenere Paul. de cita. tam in ecclesia  
diruta. quam in ecclesia perdita. in hoc tract. in xiiij. par. in vers.  
vij. perditur. per l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pa.

¶ Secundus arti. vij. q. prin. tertij. Libri.

- 1 Beneficiati tenentur contribuere in reparatione ecclesie. nisi consuetudo fo-  
ret in contrarium. m. 2.
- 3 Consuetudines laudabiles seruandæ sunt.
- 4 Ecclesiam cathedralem episcopus tenetur rescere.
- 5 Vniuersitate condemnata. quomodo singuli tenentur.
- 6 Vsurarius tenetur ad iura recta.
- 7 Patronus an adstringatur ad ecclesie refectionem. & m. 3.
- 9 Ecclesiam rescere quis teneatur.

**Quia** Patronus ex ruina ecclesie amittit ius pa. ecclesie:  
vt. s. dictum est. dubitatur secundo. an teneatur pa-  
tronus ad refectionem ecclesie. ¶ Hic articulus melius fuisse  
situatus in ij. q. prin. huius. iij. lib. vbi tractauimus de onere pa-  
troni. prout eum tangit Roch. in hoc tra. in verbo. onerosum.  
1 in iij. q. vbi solum dicit non teneri patronum: quia in repara-  
tione ecclesie debent contribuere omnes beneficiati illius. c.  
j. de ecclesijs edificandis. ergo non patronus. ¶ Et similiter  
hunc articulum ponit Pau. de cita. in hoc tract. in v. arti. vbi tra-  
ctat materiam iuris oneris. in ij. q. Sed ego volui hic ponere  
vt in ista. q. & seq. habeatur finis iuris patr. & in hac præfenti.  
q. ex ruina. ¶ Querit ergo Pau. ibi in ij. q. an teneatur patronus  
ad refectionem ecclesie: & arguit pro & contra: & primo. qd  
sic: per tex. in c. decernimus. xvj. q. vij. vbi iniungitur patronis  
pro ecclesijs edificatis curando vt in vita fuerint superfluites.  
ergo videtur. qd et quo ad refectionē. quia si eam dimitteret  
2 ruere. nō diceretur cā curare. sicut tenetur. ¶ Postea dicit qd se-  
putare presbyterum illius teneri illam rescere. per. c. decernimus.  
x. q. j. vbi eps visitado dioce. annuatim si reperiat basilicā  
desertam. præcipit illam reparari ordinatori. id est. secundum  
glo. ibi si habet tertiam pro fabrica. c. vnio. eadē cā. q. iij. aliter  
non tenetur: sed rñ debet conferre cum alijs. xvj. q. j. si mona-  
chus. & de eccl. ædifi. de his. quæ iura loquuntur in parrochialibus  
ecclesijs fm Pau. ibi. ¶ Sed de cathedralibus loquuntur. c.  
vobis. c. concessio. c. quatuor. de reditibus. xij. q. ij. vbi habetur  
qd de reditibus & omnibus oblationibus sunt quatuor partes  
vbi vnam dedit epō: alterā pauperibus: tertiam clericis: quar-  
tam pro hospitalitate. c. peruenit. xvij. dist. & ideo gl. expressa  
in dicto. c. quatuor. colligit ex omnibus prædictis iuribus cle-  
ricos compellendos ad refectionē ecclesiarum. non autem  
3 laicos. ¶ Quam ibi limitat Arch. nisi consuetudo esset in cō-  
trarium: quia illa erit seruanda. c. apostolica. de symo. in fi. vbi ex-  
pressē dicitur. laudabiles consuetudines fore seruandas. Ad  
idem. c. consilium. cum. sequen. de obseruatione ieiuniorum:  
sed quia illa iura videntur inter se variare: nam aliqua loquun-  
tur de tertia parte: aliqua de quarta. & c. j. & c. de his. de ecclef.  
ædifi. qd repar. dicunt ecclesias fore reparandas de bonis eius.  
ideo existimat Pau. ipsa iura fore concordanda fede. distinctionis.  
¶ Et primus sit casus qñ ecclesia habet portionē pro fabri-  
ca: & tunc sine dubio debet reparari per percipientes illam  
portionē. Ita determinat. d. c. decernimus. & d. ca. vnico. & de  
quibus sumatur ista pars pro fabrica. ponit Rosse. in tit. de de-  
cimis. §. de diuisione deci. ¶ Secundus est casus. si non esset talis  
portio pro fabrica. aut nō sufficeret. & tūc habentes bene-  
4 ficia in illa ecclesia. coguntur contribuere pro rata beneficiorū.  
& ita pcedat. c. j. & c. de his. de eccle. ædifi. & gl. in d. c. si mona-  
chus. & in d. c. quatuor. ¶ Tūc in ecclesia cathedrali. qd tenetur  
illa rescere episcopus & canonici: alij inferiores vero nō:  
vt voluit Io. an. in c. si ppter tua debita. de resc. in vj. Et qd epi-  
scopus & canonici teneatur. est tex. in c. si. de his que sunt à ma-  
io. par. ca. & ibi tenet Ab. solum episcopū posse compellere ta-  
les canonicos. vt de superfluis dent pro refectione ecclesie: si non  
sufficit portio fabricæ. ¶ Et intelligit ista duo. vt de

residuis teneantur isti beneficiati rescere. id est. de ducto. ne  
egeant: vt not. Ab. in c. j. de eccl. edifi. in prin. argu. l. miles. §. si.  
de re iudic. Et an possint cogi. tenent communiter doc. qd sic.  
argu. eorum quæ dicit Bart. in l. iij. ff. de re iudic. vbi exami-  
nat de vniuersitate condemnata. quomodo singuli teneantur.  
5 ¶ Intelligit etiam. & secundo. supra scripta. procedere. cōsue-  
tudine circumscripita: sed si aliter esset aliqua consuetudo. ista  
primo seruanda erit tanquam laudabilis. d. c. ad apostolicam.  
de symo. ¶ Tertio intelligit prædicta. quando ecclesia aliter  
non haberet sed si aliter haberet. puta. quia haberet suos redi-  
tus separatos pro fabrica. tunc non cogere tur dare. nec episcopus  
nec canonici. nisi in defectum: vt. §. pro consuetudini-  
bus. in auth. de sanctis. episcopis. l. priuilegia. l. ad instructionē.  
C. de sacrosan. ecclef. & subdit Pau. episcopos hodie non diui-  
dere eorum reditus secundum illa antiqua tempora: vt com-  
muniter videmus. ¶ Si autem dato superfluo per canonicos  
non sufficiat. tunc crederem dicit Pau. alios. qui ex ecclesia ha-  
bent emolumentum. vel vtilitatem aliquam teneri cōtribue-  
re pro tali reparatione: sicut videmus in claustris vel vniuer-  
sitatibus. quibus sunt incorporatæ ecclesie: nam possunt illas  
conferre vicarijs perpetuis certa portione assignata: residuos  
vero fructus accipiunt: vt dicit se dixisse in xi. q. o. quarti artic.  
6 sextæ par. de quo nos diximus supra in tertia par. secundi libri.  
in x. q. o. prin. ¶ Et pro hoc facit. quod dicitur de usufruario. qui  
teneatur ad facta recta. C. de usufru. l. cum ad quem. & ff. de usu  
fru. legato. l. usufructu legato. & l. seq. & voluit glo. i. in d. c. j.  
de eccl. edifi. in quibus tantū distinguitur. quia usufructua-  
rius tenetur ad oēs expēsas in reficiēda re. in qua habet usufruc-  
tum. sed si magistratus fecerit expēsas. nō causa fructuū.  
sed vt perpetuo duret. illas poterit petere à proprietario: vt  
ibi glo. & doc. ¶ Secundo pro prædictis facit. qui sentit cōmo-  
dum de aliqua re. debet merito & onus illius rei sentire. nec  
audiendus est qui de solo lucro vult esse intentus: onera vero  
recularē: vt dixit imperator in l. vnica. §. pro secundo. in fi. & §.  
ne autem. vers. si nec talis. C. de caducis tollen. l. manifestissi-  
mi. §. alia dubitatio. C. de furtis. c. fin. de his que sunt à maio.  
par. cap. regula. qui sentit. de regu. iur. lib. sexto. ecclesia & be-  
neficiati qui habent fructus. & non patroni. qui non sentiunt  
aliquam vtilitatem. ¶ Tertius est casus. si nec ecclesia habet  
portionem ad fabricam. nec est aliqua consuetudo. tunc re-  
curritur ad habentes beneficia & c. m. moda. vt ibi teneantur  
pro rata: vt in c. j. & in c. de his. de ecclesijs. c. de his. que  
sunt à maio. par. cap. & ibi Ab. qui debent de superstantibus  
fructibus reparare. id est de ducto. ne egeat: vt supra dictū est.  
si. autem tales non possent. tunc essent subditi cogendi in-  
quantum possent. cum & ipsis ecclesijs detur commoda. scilicet  
percipiendo sacramenta. & diuina quæcunque ideo vltimo  
ipsi essent grauandi. c. si episcopus. in fin. de ref. in vj. ipse enim  
merit temporalia: quia spiritualia seminat. nec hoc posset eui-  
7 rare parochianus. dato. qd veller cedere vni ecclesie. cum hoc  
non dependeat à potestate sua. ex quo est semel christianus  
factus. c. omnis vtriusque sexus. de pœnitē. & remis. hæc sunt  
qua multum intricare dicit Pau. de cita. vbi supra. ¶ Tu ad-  
uerte. qd eius verba tangunt duo membra. Primum est. an pa-  
tronus teneatur ad refectionem ecclesie: & clarum est quod  
non: quia ex prima fundatione. constructione. & dotatione.  
acquistum est ius patrona. c. nobis. hoc tit. fecit quod debuit  
& habuit quod à iure inductum est. ius patron. beneficiatus  
tenebitur illam reparare. vt in capitul. primo. de eccl. edifi.  
¶ Et licet illa regula. qui sentit commodum quam vt supra re-  
tulimus. Pau. induxit pro patrono. solet induci contra patro-  
num: quia patronus percipit emolumentum. salimenta in ne-  
cessitate. debet & sentire damnum. l. vt teneatur contribuere  
ad refectionem ecclesie: tamen hoc morium nō militat: nā  
vt diximus supra in tertia q. prin. huius lib. per totum & ma-  
ximē in secundo. & iij. artic. alimenta dantur patrono inopi  
ex superabundantibus. sublatō seruitio ecclesie. victu bene-  
ficiati. & fabrica illius. si indiget: ergo ex superfluis. puidetur  
patrono: vt ibi dictum est. hoc commodum non est in consi-  
deratione: quia si istud superfluum non daretur sibi. deberet  
dari alijs pauperibus: vt in dicto secundo articulo. diximus. ergo  
non est commodum. quod debeat esse in consideratione: vt  
propter illud habeat sentire incommocum: & tanto magis.  
quia fabrica præfertur alimentis patroni: vt proxime dictum  
est. Imo possumus dicere patronum in dotatione ad omnia  
prouidisse: & ideo iura statuiffe onus reficiēdi ecclesie spe-  
ctare ad beneficiatos: & maximē. si sumus in cathedralibus. in  
quibus patronus teneatur dare dotem. etiam pro reparatione.  
scilicet pro fabrica. & in statuenda dote omnia ista conside-  
rantur: vt late diximus supra in prima parte primi libri in v.  
q. prin-

q. principia. in xxi. articulo. ubi tractauimus, quæ est dos sufficiens cuiuscumque ecclesiæ, capellæ, vel altaris. ¶ Verum quod considerabitur hæc expensa fabricæ pro reparatione faciendâ cum occurrit, & non pro tali reedificatione: nam ex totali reedificatione seu dotatione vel noua fundi datione acquiritur ius pat. per nouos patronos hæc facientes: vt diximus s. in d. j. par. tel. primi libri. vj. q. prin. in tertio art. in versu. minime etiã obstat. vltimũ. ubi diximus quod si bona ecclesiæ non sufficiant ad reedificationem. licet sufficissent ad reparationem, si ipsemet rector reedificaret ecclesiam de suo patrimonio cum consensu beneficiarum acquireret ius pa. in illa: vt dixi me in facto consuluisse Terlij. Vnde ibi distinguimus, aut loquimur de reparatione, & tenetur rector ecclesiæ de facultatibus ecclesiæ: tamen & sic non cadit acquisitio iuris pat. & ita procedet adducta in vltimo motiuo ubi partis negatiuæ. Aut est totaliter ruinata, & tunc acquiritur ius patr. per reedificantem, vt ibi diximus. & hoc casu primus patronus amittit ius pa. iuxta tamen ea quæ in proximo præceden. articulo diximus. Et sic in isto primo me bro ꝑ concludit patronum non teneri ad reedificationem ecclesiæ seu reparationem, sed ipsa ecclesia seu rector vt in sequenti membro dicemus nec ad totalem ruinam: & sic ad reedificationem, nisi hoc ipse velit facere, ne amittat ius patr. seu vt potius de nouo acquirit: vt in d. iij. articulo. late dictum est. ubi etiam conclusimus primum patronum volentem reedificare ecclesiam totaliter ruinosam. præferri, extraneis hoc agere volentibus. Vide omnino ibi. ¶ Quo ad secundum membrum, quod quis teneatur reficere ecclesiam: vt supra vidistis longe & late loquutus est do. Pau. sed tu conclusiue dic, quod si loquimur de reparatione, aut erit portio fabricæ sufficiens, & ab ad ministrantibus eam reparabitur. & ita procedant illa iura. c. discernimus. x. q. prima. & c. vnio. eadem causa. q. iij. & præsertim si est ecclesia cathedralis, quæ vt plurimum habet hæc portio nem pro fabrica. & ita procedant. c. voluit. c. concessio. c. quatuor. & c. de redditibus. xij. q. ij. & alia allegata supra p. Pau. ¶ Aut non extat talis portio pro fabrica: vel si extat, nõ est sufficiens: & tunc in ecclesia cathedrali tenebuntur supplere, & reficere episcopus & canonici: quia illi faciunt vnum corpus. ca. cum non liceat. de præscriptio. & sic ipsi tenebuntur: quia per eorũ corpus representatur tota illa ecclesia: vt in cap. si. de his, quæ fiunt à maio. par. capitu. & quamuis videantur vnum: tamen canonici poterunt compelli per episcopum: ad hoc, vt voluit ibi Abb. & supra diximus post Pau. quia poenes eos est tota dos ecclesiæ: vnde dicerem, quod si tota dos esset poenes eorũ, ipse solus teneret & non canonici vt est Trani. ubi archiepiscopus omnia habet: & canonici solum certa relicta postmodum acquisita: & ideo ipse episcopus tenetur ad omnem fabricam: & in hoc casu alij inferiores beneficiarij non tenentur, cum per eos nõ representetur corpus ecclesiæ, vt proxime dictum est. ¶ Aut sumus in alijs ecclesijs, quam cathedralibus, & sic in inferioribus, & tunc tenebuntur reparare ecclesiam omnes beneficiarij in illa. & ita loquitur tex. c. j. & c. de his, de eccle. ædific. de facultatibus tamen ipsius ecclesiæ, & non de proprijs. Imo si de proprijs expenderunt & occurrit mors, adeo quod non potuerunt ab ecclesia hæredes repetere: vt late diximus in d. j. par. j. libri. in vj. q. prin. in iij. articulo. in d. versu. minime etiam obstat vltimum. ¶ Et si isti beneficiarij non habent ab ecclesia tantum, quod id facere possint, tenebuntur parrochiani, si ecclesia est parrochialis: sicut dicimus, quod ubi de necessitate ecclesia est ædificanda propter periculum animarum ex abundantia populũ, & non est vnde possit dotari, parrochiani tenentur prouidere rectori de victu: vt diximus supra in d. j. par. primi libri. in v. q. princip. in xvij. articulo. circa si. in versu. aduertendum est. & in iij. q. prin. in viij. articulo. & sic prouidebitur ecclesiæ circa reparationem modis superscriptis. & in hoc vltimo casu parrochianus tenebitur: & non poterit hoc evitare, quamuis vellet exire parrochiam: vt voluit Pau. in suis fina. verbis, quæ supra retulimus, & faciunt quæ dicemus infra in v. sequẽ. art. ¶ Omnia prædicta locum habent, nisi aliter se habeat consuetudo: quia illa in prædictis summopere obseruanda est: vt supra diximus post Pau. ¶ Si autem loquimur de ecclesia casmate, anti quitate, vel aliaruina penitus destructa, si sufficiunt superscripti modi ad illius reedificationem, illi obseruabuntur: sed si non sufficiunt, requirunt antiqui patroni, si voluerint hoc facere, & ibi præferentur extraneis, & erunt patroni ex aliqua causa restanti antiqua. & ex reedificatione, cum consensu episcopi tamen facta. Si verò noluerint admittentur alij hoc agere volentes: & cum consensu episcopi reedificantes acquirunt ius pa. vt diximus in d. i. par. j. libri. in vj. q. prin. in iij. & iij. articulo. & si reedificat ipsemet rector de patrimonio cum consensu episcopi etiam efficitur patronus, vt supra diximus:

& sic hæc reedificatio spectabit patrono, si vult reedificare, vt non amittat ius patro. vt in si. primi præceden. membri huius articulo. diximus. & sic nunc habes omnia dicta in hac materia multum larga: & quis teneatur reparare ecclesiam, ponit pulchrè Phil. decius in confi. cxvij. diuino & c. vltimo instrumento. in iij. col.

¶ Tertius arti. vij. q. prin. tertij Libri.

- 1 Domum pro sacerdote reficere quis teneatur, patronus an sacerdos.
- 2 Ecclesia indiget sacerdotibus ad ministrandum.
- 3 Accessorium sequitur naturam sui principalis.
- 4 Alimentorum nomine, an veniat domus & habitatio.

**Et successiue** Quærit Pau. & hic sit. iij. articulo. quis teneatur domum pro sacerdote reficere, sacerdos an patronus? & Pau. in hoc trac. in vj. par. in v. arti. in iij. q. dicit se putare, quod qui teneatur ad reedificationem ecclesiæ, pariter teneatur ad reedificationem ipsius domus: quia domus sacerdotis venit accessorie ad ipsam ecclesiam: certum est enim ecclesiam indigere ministrantibus, sacerdotibus. c. reuertimini. xvj. q. j. & per consequens indigere habitatione pro ipsis. ¶ Secundo adducit pro hoc facere, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. c. si super gratia. de offic. delega. lib. vj. regula. accessorium. de regu. iur. l. fundi. ff. de fundo instru. l. j. cum seq. ff. de pecu. leg. quo tenebuntur beneficiarij domum reficere si non est fabrica pro ecclesia vel consuetudo, quod alij puta percipientes utilitatem ex tali ecclesia pro rata utilitatis teneantur: vt in c. si. de his quæ fiunt a maio. parte capit. quibus omnibus cessantibus dicit se putare ipsosmet parrochianos posse ad talem reedificationem cogi: sicut in proximo articulo dictum est in ecclesia. ¶ Pro prædictis faciunt, quod cum dos sit danda, vt inde viuere possit sacerdos, ratione alimentorum venit habitatio, & sic datio domus, vt diximus supra in iij. quæst. principi. huius tertij libri. in nono. articulo. ecclesia ex suis redditibus vel alij, qui ecclesiam reficere debent, & domum pro sacerdote reficiant.

¶ Quartus arti. vij. q. prin. tertij Libri.

- 1 Bonorum ecclesiæ alienatio permittitur pro eius reparatione vel refectione, vel etiam refectione domus sacerdotis, ubi aliter non potest refici.
- 2 Ius patronatus an amittatur dote perempta, vt quia expensa est in reparatione ecclesiæ & nu. 3.

**Quid** Autem si prædicti modi non possent obseruari, & parrochiani essent adeo inopes, quod nõ possent subuenire fabricæ ecclesiæ, quod deberet reficere ecclesiam vel domum cessantibus omnibus supra dictis remedijs. & hic sit iij. articulo. Pau. de cita. in d. vj. par. in v. arti. iij. q. dicit breuiter se credere deueniri posse ad alienationem bonorum ipsius ecclesiæ pro tali reparatione faciendâ, vel in domo sacerdotis, vel in ipsa ecclesia. cle. i. de reb. eccle. non alie. ibi, nisi necessitas aut utilitas priuatus monasterij, vel eccle. hoc exposcat. ¶ Quod ego tenerem, si superabundaret in dote: quia alias diminueret dotem, & esset cooperire vnũ altare & discooperire aliud: nisi dicamus, quod reparata ecclesia de dote eius vendita reperiret alter dotans, quibus sit secreta: vt no. in c. cũ sicut. de gle. eccle. vel alt. de quo nos diximus late. s. in j. par. j. libri. in vj. q. prin. in j. arti. ¶ Sed tunc erit pulchrũ dubium: quia dos erit extincta, & tertius redotabitur: an primus dotans amittat ius pat. & videret dicendum quod sic: per ea, quod diximus s. in j. pced. art. ex quo semel dose est perempta quis sine culpa dotatis: vt ex ibi dictis colligit, & tãto magis, quia ex dote: hoc casu nõ fit reedificatio ecclesiæ: quia tunc esset saltem psonus ex reedificatione. vt in pceden. ij. arti. diximus. & in locis ibi allega. sed fit reparatio, quod non cedit ius pa. vt diximus. ¶ Tamẽ ego teoerẽ oppositum: quia in hoc casu facta ecclesiæ dos presumitur, & non ex alia causa quæ non potest ecclesiæ, nec alteri imputari, patronus amittit ius patro. & ita procedunt dicta in j. articulo. ¶ Sed quando potest alteri imputari, & tunc distinguem, quod aut ex facto, puta propter eius necessitatem, vt in casu nostro: quo casu permittitur alienatis rei reabilis ecclesiæ: vt in c. sine exceptione. xij. q. ij. & in c. ij. de reb. eccle. non alie. & tunc quia pro ipsius necessitate fit, non ex hoc acquirat commodum liberationis: quia haberet duo commoda. s. reparationis illius, & liberaretur a iure pat. & sequeretur absurdum, quia ex hoc commodum patronus priuaretur suo iure patro. quod non est dicendum: quia hoc esset duas regulas iuris. Prima, quia qui sentit commodum & c. de regu. iur. lib. vj. & debet sentire & incõmodũ: & hic qui sentiret commodum,

# Cæsar Lambertinus Episcopus

modum, non sentiret incommodum: prout esset patronus: & aliam regulam, qui causam damni dat &c. nam hic ecclesia daret cam damni: & non videretur dare damnum: ex quo in nullo ledere: sed lucraretur: quare dicerem primum patronum adhuc remanere patronum ex prima causa cogita circa hanc difficultatem: quia noua.

## ¶ Quintus arti. vij. q. prin. tertij Libri.

- 1 Ecclesia si funditus fuerit diruta, extraneus non admittitur ad eam restituendam, patronus volentibus eam restituere, vel reedificare. Et quod si illi nolint.
- 2 Beneficio renuntiare, vel recedere à parochia quis non potest, vt non teneatur ad refectionem ecclesie. Et quid de vassallo volente feudo renuntiare. Quid item in emphyteuta.
- 3 Rem communem vel rem, in qua habet vsus communem, nolens restituere dominium et vsus eius amittit. Et quando hoc casu possit compelli. m. 4.

**Et ex** Prædictis omnib. resultat. v. dubitatio, an isti q. aliquo iure tenentur restaurare vel reedificare ecclesiam, & aliquis horum nolit cum alijs concurrere, vel renuntiat illi iuri, vt ad refectionem seu reedificationem non teneat, amittit ius, qd habebat, seu eius renuntiatio sit admittenda.

¶ Et in patrono posset hoc cadere in reedificatione, q. vt dixi supra in secundo art. in secundo eius membro remissius, ecclesia totaliter diruta, non admittet ad eam reedificandam extraneus, si primi patroni volunt ipsi reedificare: si vnus ipsorum noluit contribuere, hēbit locum articulus noster: & non est dubium illum non esse amplius psonum: q. sicut omnes psoni si nollent reedificare, amittunt eorum ius pa. & transit ad extraneos reedificantes: vt diximus supra in primo art. multo magis hoc erit, si nō erunt extranei reedificantes: sed ipsi met patroni: si vnus ipsorum noluerit cōtribuere, amittit ius suum ipse solus, & accretet reedificantibus: argum. l. que de tota. ff. de rei vendi. & c. pastoralis. §. item cum totum, de officio delega. & hæc veritas non habet angulum. ¶ Quo ad reliquos hntes reparare ecclesiam vel rem communem, facio has 3. q. siones. Prima sit, q. si aliquis velit renuntiare beneficio vel recedere à parochia, vt non teneat ad talem refectionem, non poterit hoc facere, cum fuerit de pterito: vt est rex. & ibi doc. in c. vno. q. iij. vbi de epō volente renuntiare episcopatum, vt euitet onera & eorum prestationem: & idem de vassallo volente renuntiare feudo, vt ad seruitia domino nō teneatur, de quo est gl. ordi. cum ibi nota. in c. l. §. similiter de capiteano qui curiam vedit. & per lac. de bel. Nico. de neapo. & do. lo. in c. j. de vassal. qui p. consti. Loth. seu. ali. in vñ. feud. glo. & doct. in c. quæ in ecclesiis, de consti. vbi latè do. Fel. in xxviii. col. in vert. tertio fallit. & idem dicit esse in emphyteota, si vellet renuntiare emphyteosi: vt ibidem in versi. ex his inferitur, & in Spec. de feudo. §. quoniam. versi. xxviii. & per Bal. in c. i. §. calidis. de prohibita feudi aliena. Dy. & Bart. in lis. cū quo. ff. de aqua pluua arcen. & p. Floria. in l. si absente. & in l. cum fructus. ff. de vñ. ¶ Secunda sit conclusio, q. si res est communis, & ad refectionem eius vnus ex dñis non vult contribuere, requisitus amittit dominium, vel vsus, quod vel quem hēt in illa re: per regu. qui sentit commodum, & c. l. fin natura. ff. de reg. iur. sed difficultas est, an hoc sufficiat vel debeat adhuc cōpelli ad refectionem: puta in vicino volente vsus putei vel clybani, vt non teneat ad collectam pro refectione eius: & in hoc distinguit doc. q. aut resectio imminet p tpe pterito: aut pro futuro. ¶ Primo casu dēt fieri contributio: q. non tenet renuntiatio in dānum vicinæ: cum ipse iam pceperit commodum, sicut alij vicini. vnde sentiat & incommodum: p d. reg. qui sentit modū. ¶ Secō casu, si resectio imminet p tpe futuro, & alijs ex vicinis non vult vti puteo vel clybano communi: q. hēt suum in domo: & idē q. onus est iniunctum domo, & nō psonis argu. l. ediles. ff. de via publica. & quia puteus est cōmunis, vt vniuersitatis, & nō vt singulorum. l. qd maior. ff. ad municipa. & hic casus pōt adaptari ad collegiū vel vniuersitatem, q. sunt patroni, q. si maior pars vult reedificare, nō obstabit voluntas minoris, q. collegio pseruet, vel de nouo acquiratur ius pa. & minor pars pcellatur contribuere. ¶ Si vero voluerit mutare habitationem, & inde recedere, & nō vti puteo & tūc nō est obligatus tōne futuri temporis, fm Barth. cepol. de serui. vrb. prædi. c. xlvij. sed Albericus de Rosa in tractatu statutorum in prima parte. c. xxxv. & Floria. in l. cum fructuarius. ff. de vñ. videant indistincte velle eum teneri ad cōtribuendam: vt est per Firma. in trac. de epō, in prima parte secunda lib. in fi. xxix. q. sed ego tenerem ipsum adhuc teneri, si rōne personæ: scilicet si ratione domus: & idē supra in secundo art.

in si. dictorum Pau. & etiam in si. distinctionis meæ appositæ in primo membro illius artic. dixi parochianum etiam recedentem à loco teneri ad refectionem ecclesie ex qua sacramenta habebat.

## ¶ Sextus arti. vij. q. prin. tertij Libri.

- 1 Papa an possit priuare patronum iure patronatus sine causa.
- 2 Papa potest vniuersaliter velle tollere ius patronatus, & reducere ad ius antiquum.
- 3 Cas. a in dubio semper præsumitur in Principe, ac Pontifice, etiam si illa non appareat.

**Dubitatur** Modo sexto, ¶ an Papa possit in totum suppressere ius patro. & sic patronum priuare illo sine causa, & ex sua voluntate libera? ¶ Et nos diximus supra in j. artic. proximè præceden. q. princi. episcopus non posse minuere nec suppressere beneficium: & in consequentiam ius patro. sine ipsius patroni licentia: vt dicit Gay, in c. fina. de electio. libro sexto. circa fi. xx. colum. allegat Car. in c. cum accessissent. de constit. ad fi. tunc sic, illud, quod nō potest disponere episcopus in iure patrona. nec enim intelligitur velle papam, nisi exprimat, vt hanc regulam firmavimus supra in v. præceden. q. princi. in iij. artic. ergo non est dubium papam velle suppressere ius pa. nisi hoc exprimat, quia nec præsumitur præsentationi patroni laici derogare, nisi exprimat. vt latè diximus supra in iij. q. prin. in ix. q. prin. in iij. art. & hoc q. non præsumatur, concedo, sed articulus noster est. quando exprimit: & vult ius pa. suppressere sine causa: & in hoc nō est dubium papā hoc facere posse, vt de eius potentia diximus. §. in hociure in d. ix. q. prin. in ij. artic. nam ¶ sicut potest ecclesiam liberam facere patronatam laici ob eius potentiam: vt diximus. §. in j. par. j. lib. in x. q. prin. in ij. art. ita potest, & illud suppressere, maxime cum hoc habeat patronus ex gratia. cap. iij. hoc titu. & diximus latè supra in d. j. par. j. lib. in j. q. prin. in iij. arti. Per quem tex. cap. iij. plus dicerem papam posse tollere ius patron. & reducere ad ius antiquum, quando istud ius patro. non erat. nam in primitiua ecclesia, tale ius nō competebar, & venit p rigorem antiquorum canonum, de gratia. vt nos diximus in d. iij. arti. & dixit Gaye. in d. repe. c. fi. in xvj. colum. versi. quæro quid sit ius patron. si papa sustinet, potest quando vult non sustinere: vt ex natura illius verbi, colligunt ibi doct. & quam maxime hoc procedit propter magnam potestatem, quam habet papa in beneficialib. de qua per do. Fely. in c. quæ in ecclesiis. in xiii. col. versic. pro ista declaratione & sequentibus. ¶ Nec obstat, q. dicatur facere sine causa: ¶ quia in principe & sic in summo pontifice semper in dubio præsumitur causa, dato q. nō appareat: vt voluit Abb. in c. quanto in iij. colum. versi. si tamen papa. de iur. iuri. & in c. in casis. in ij. not. de re iudi. & Cy. in l. si. C. si contra ius vel vtilitatē. publ. cū alijs allega. per do. Fely. in d. c. quæ in ecclesiis. in xx. colum. in quinta conclusionis e. præsertim cum hoc ius sit de iure postituo: vt latè diximus in d. iij. parte secunda libri in ix. quæstio. prin. in ij. artic. & ita tene quia in hoc casu non est dubium: nam aliter dicere esset ponere os in coelum.

## ¶ Septimus arti. vij. q. prin. tertij Libri.

- 1 Ius patronatus an perdat, etiam si per centum annos presentatio non sit facta, vt quia non fuit expeditus, vel cassus non successit.
- 2 Ius patronatus seu ius eligendi non perditur, etiam si capitulum non elegit, & patronus non presentauit: quia prælatus seu rector semper vixit, & sic non vacavit ecclesia. & nu. 6. & 7.
- 3 Civitas si fuerit obligata ad faciendum exercitium, cum princeps fecerit ille non faciendo exercitium per centum annos, non amittat ius quod habet in civitate sibi obligata ad exercitium faciendum.
- 4 Diocesis permanens sine episcopo etiam per mille annos, non perdit ius habendi eum, nisi populus occidisset duos episcopos.
- 5 Dominium, & quasi possessio iuris presentandi perpetuatur de patre in filium.
- 6 Ius patronatus vel electionis ne perdat, qualiter probari possit non accidisse casum presentationis vel electionis. & nu. 9.

**Dubitatur** vij. an perdat ius patrona. etiam si per centum annos non sit facta presentatio, quia non fuit expeditus: vel quia casus non successit. Hunc articulum format Firma. in trac. de episcopo. in 3. par. in xxij. q. licet loquatur de electione, idem in presentatione: per reg. quam posuimus supra in j. par. ij. lib. in iij. q. prin. in x. artic. disposita



disposita in electione praesertim in materia acqrendi, vel amit-  
 ren diuis eligendi, seu eius quasi possess. habere etiam locū in  
 iure patrona, seu eius quasi possess. & responderi Firma. hęc iu-  
 ra non amitti, etiam si capitulum per centum annos non ele-  
 git: & sic patronus non praesentauit: quia praesertim seu rector  
 semper vixerit, & sic ecclesia nō vacauit. allegat Flori. in l. iter  
 sepulchro. ff. quemadmo. serui. amit. & in l. arboribus. §. de il-  
 lo. ff. de usufruct. & dicit probari in l. mihi filij. & ibi Bartol. C.  
 de decurioni. libro. x. vbi etiam ipse Bartol. notabiliter dicit,  
 3 q̄ ciuitas obligata facere exercitiū q̄n facit princeps si prin-  
 cept per centum annos nō fecerit exercitiū, non p̄dit ius suū,  
 quod habet in vniuersitate sibi obligata ad exercitiū facien-  
 dam. quod etiam tenet Barto. in l. cum scimus. C. de agricol.  
 & censu. libro. xi. & Flori. in dicto. §. de illo. ¶ Pro hoc etiam  
 dicit facere, quia iurisdicō diu non exercitata, ex quo casus  
 exercendi non occurrat, non perditur ex praescriptione, fecū  
 dum Specu. in titu. de iurisdicō. omnium iudicum. in versu. &  
 sunt hęc in argu. ¶ Dicit etiam facere pro hoc, quia si facultas  
 vtendi priuilegio non contingat per lapsum termini, non ar-  
 guitur renuatiō priuilegij, secundum Bald. in margarita  
 in verbo. statutum. versu. vj. quod dicit esse notandum: quia  
 si aliās priuilegiatus non vtitur priuilegio, videtur ei renuati-  
 re etiam infra decem annos. l. p. & ibi Bartol. ff. de flumini. &  
 in l. principum. de constitu. princ. de quo etiam per Cyn. in l.  
 voluntaria. C. de excusa. turo. in secunda & in quarta quaest.  
 & Francis. de albergi. in consilio magister Cichynus & Barto.  
 in l. ij. §. fina. ff. de decurio. & in l. j. & i. ff. de re. au. & in l. priuile-  
 gio. de decurionibus. & per Bald. in l. secunda. C. de iure dom.  
 impetrat. & in l. parentes. & in l. libertos. C. de testibus. & in l.  
 alia. C. de his, quibus vt indignis. & Barto. in l. prima. C. eodem  
 titu. & ibi gloss. & docto. in c. cum accessissent de constitutio,  
 & in cap. de terra. de priuilegijs. Quod est, si priuilegium esset  
 vtendum saltem quolibet anno: sed si non esset vtendum, nisi  
 casus accideret, casu non o ccurrente non perditur per non  
 4 vsu. per supra scripta. ¶ Hic adducit pulchrum dictum, q̄ si  
 diocesis stetit sine episcopo etiam per mille annos: dum mo-  
 do constat alias habuisse episcopum, non perdit ius habendi  
 & ideo potest denuo petere sibi de episcopo prouidere. Glo.  
 est nota. in c. felix. vj. q. j. per c. licet eadem causa. q. iij. ¶ Quod  
 tamen dicit verum esse, nisi populus occidisset duos episco-  
 pos suos: per tex. singularem in cita nos. xxv. q. ij. ¶ Supra scri-  
 ptam etiam conclusio. tenuit ipse Firma. in d. iij. par. j. lib. post  
 medium. ij. quaest. habere locum, etiam in quasi possessione eli-  
 gendi: & sic praesentandi, vt nō perdat. si semel non eligant  
 ipsi, ad quos pertinet ius eligendi: & sic patroni, ad quos  
 pertinet ius praesentandi, si alij non eligant. alleg. Imol. in c.  
 querelam. de electio. & Flori. in l. si fir constituta. ff. quem-  
 admo. serui. amit. ¶ Et idem Firma. in d. iij. par. in xxxvj. q. dicit  
 canonicos probare se esse in quasi possessione iuris eligendi,  
 si probant proximam electionem fecisse, etiam si anni triginta  
 sint elapsi. Allegat Barto. in l. j. §. hoc in interdico. ff. de iure  
 actuque privato. quia semper dicuntur esse in quasi posses-  
 sione eligendi, secundum Bald. in l. ij. in v. quaest. C. de seruitu.  
 ¶ Tu circa hoc vltimum de quasi possessio. amitt. die vt nos  
 diximus. §. in j. parte. ij. lib. in iij. quaest. princip. in xxij. articulo. &  
 ibidem in xxj. articulo. diximus quasi possess. consistere in vltima  
 praesentatione, institutione sequuta. de quo etiam ibi in xj.  
 articulo. ¶ Et adde vnum pulchrum quod posuit Fede. in c. si  
 5 eij. nobilis quidam in vltimo dubio. ¶ non solum dominium,  
 sed etiam quasi possess. iuris patronatus, & praesentandi. perpe-  
 tuari de patre in filium: adeo q̄ si papa praesentauit, & tunc p̄  
 quemcunq̄ue numerum annorum, q̄ ecclesia non vacauit:  
 adeo q̄ moritur pater, filij dicentur non solum patroni, sed et  
 existere in quasi possessione praesentandi. ¶ Et plus dicit ibi  
 Fede. quod si ex primis filiis dicti defuncti tutores duorū pu-  
 pillorum, & vacatio occurrerit, praesentauerint, & alius filius  
 pubes etiam vocatus noluerit praesentare: non quia noluit ef-  
 se patronus, sed quia sibi non placet, non p̄ hoc amittet quasi  
 possessio. Sed cum iterum vacauerit admittetur ad praesentan-  
 dum: quia conseruatum est eius ius per praesentationem tu-  
 toris nomine fratrum, & non praesentauit alius extraneus.  
 de quo consilio late loquuti sumus. supra in d. iij. quaest. prin-  
 cip. in xxij. articulo. ¶ Et ex dictis ibi infero ad supra scriptam  
 6 decisionem articuli nostri, q̄ quod si bene stetit rector vnus  
 praesentatus a patre per centum annos, infra quos filius vel  
 nepotes ex eo non praesentassent: quia nunquam casus acci-  
 dit vacationis, nōn per hoc amittetur nec dominium, nec  
 quasi possess. ipsius iuris patroni. ¶ Et idem dicerem procede-  
 re, etiam si medio tempore vacasset ecclesia, & papa illam  
 contulisset, derogando illa vice iuri patrona. laici. quod sic

ri potest. cap. cum dilectus. hoc titulo. & diximus late. §. in iij.  
 part. ij. lib. in ix. quaestio. princip. in iij. articulo. si inter vacatio-  
 nem prouisam mediante praesentatione patroni, & secundam  
 prouisam per papam derogando patrono cucurrissent cen-  
 tum anni: quia semper praesentatus vixisset, & centum alij an-  
 ni cucurrissent inter prouisionem factam per papam, & no-  
 uam vacationem: vel quia tanto tempore vixit prouisus per  
 papam: vel quia successiuis vacationibus papa derogauit pa-  
 trono: & ideo nec ipse nec sui haeredes, nec haeredes haeredū  
 praesentauerunt, non per hoc amiserunt ius patro. nec eius quasi  
 possess. ¶ Quod dicerem procedere, etiam si prouisio non ef-  
 set facta canonicē, non per papam, sed per alium de facto: pu-  
 ta tyrannum cui patronus resistere non poterat: arg. notatio-  
 rum per dom. Innoc. de impedito. capitu. ij. de restit. in in-  
 tegrum. quo casu debet protestari de hac violentia: quia aliter  
 non procederet: iuxta late notata per dom. Fely. in cap. ex  
 7 transmissa. de praesumpt. ¶ Et sic facio conclusionem in hac  
 materia: q̄ quantumcunq̄ tempore patronus nec eius haere-  
 des & haeredum haeredes non praesentauerit, quia semper vi-  
 xit rector, vel papa eis derogauit, & ipse vacando prouidit,  
 vel alius de facto tyrannus existente protestatione patroni si-  
 militer prouisit, non dico praesentauit: quia tunc esset in  
 materia, quando concurrunt patronus verus, & malefide pos-  
 sessor: & similes. de quibus diximus. §. in d. iij. par. j. lib. in iij. q̄.  
 princ. in primis octo articulo. nunquam patronum nec eius he-  
 redes: & haeredum haeredes dicuntur amittere ius patroni. imo  
 nec quasi possess. per supra scripta, dummodo praedicta probē-  
 8 tur. ¶ Et in hoc consistit difficultas qualiter hoc probetur,  
 & dico esse probandam vltimam praesentationem institutio-  
 ne sequuta, & erit probata quasi possess. vt in cap. consultatio-  
 nis. hoc titulo. & diximus. supra in iij. part. ij. lib. in x. quaestio.  
 princ. in vj. articulo. seu probato iure patrona. antiquo, eo mo-  
 do, quo prout ibidem diximus in iij. articulo. & probata lon-  
 ga vita praesentati & instituti, & probatis intermedijs proba-  
 tionibus prouisus per papam, cum expressa derogatione pa-  
 tronis, vel tyrannicam prouisionem cum protestatione, &  
 erit probatum ista intermedia tempora non induxisse praescri-  
 ptionem contra dominium patroni: nec aruulisse sibi quasi  
 possess. quia nullus praesentauit extraneus: & sic vita rectoris  
 & derogationes summi pontificis conseruabunt dominium,  
 & quasi possess. quae omnia cerē sunt notata dignissima. ¶ Et  
 adde ad praedicta, quod pulchre voluit Gaye. in repeti. capiti.  
 fina. de elect. lib. vj. ante fin. xxxviii. column. & in tota sequen-  
 9 q̄ si episcopus admittit laicos maxime parrochianos ad oste-  
 dendum ius, quod eis competit in ipsa ecclesia, ad praesentan-  
 dum, sufficet eis probare quasi possess. licet non possint probare  
 proprietatem, per consilium Fede. cyj. incipit quaestio ta-  
 lis est an diocesanus. & manu tenebuntur in dicta possessio-  
 ne, donec contra eos probetur, & feratur sententia in proprie-  
 tate. fm consilium praedictum Fede. Quod re vera est. c. xxvj. i  
 ij. col. & p̄ hoc allegat Gay. notata p̄ Card. in c. quod sicut de  
 electio. in viij. col. & p̄ Abb. in c. si in xi. collade. cōsuetu. & Bal-  
 in x. col. quid sit inuestitura. in §. si vero eps. cum alijs per etiam  
 ibi allegatis, & sic licet non probent dominium iuris pat. sed  
 solum quasi possess. non amittent ius pat. ¶ Et pro omnib. tu-  
 pra scriptis facit, quod dicit Phil. Decius in consi. cxlix. in iij. d. b  
 bio in iij. col. quod incipit, in causa iuris pat. q̄ stante com-  
 menda beneficii patronatus facta per papam debet considera-  
 ri illa quasi possess. quae erat ante commendam tempore quo  
 vacauit beneficium, & in consi. clxxvj. in causa domini Fran-  
 cis. in iij. column. & in vltim. column. ex quibus dictis om-  
 nia supra scripta colliges. & faciunt etiam, quae ipse dixit idem  
 Philip. in consi. cxxxij. vltimo puncto. in ij. column. post princip.  
 ij. dubij.

## ¶ Octauus arti. vij. q. prin. tertij. Libri.

- 1 Ius patronatus amittitur per nō vsu praesentationis, et ecclesia sibi libera.
- 2 Seruitus perditur per non vsu.
- 3 Ius patronatus praescribendo quod & quantum tempus requiratur.

1 Sed Dubitatur modo octauo, an ecclesia patronata pos-  
 sit libertatem acquirere per non vsu praesentatio-  
 nis: & patroni qui ius id habebant amittant ius patri. Et breuiter  
 dicendum, q̄ sic vt in terminis voluit dom. Abb. in consi.  
 cyj. casus super quo. in prin. penul. column. in ij. volum. vbi ex-  
 presse dicit patronos per non vsu praesentandi: vt in casu il-  
 lo per centum quinquaginta annos amisisse ius, quod habe-  
 bant, & ecclesia praescripsisse contra eos libertatem. allegat. e.  
 significauit. & quod ibi not. de testibus. Nam per non vsu  
 Lamber. de iure patro. D D D A 2



# Cæsar Lambertinus Episcopus

¶ Perditur seruitus. & in l. si sit constituta. ff. quemadmodum. serui. amitta. & facit. c. de quarta. & quod ibi nota. per Inn. de p̄scri. ¶ Tu dic. q̄ licet ius pa. nō possit p̄scribi per laicum in ecclesia libera: vt diximus. s. in i. par. d. j. lib. i. x. q. prin. i. v. art. vbi tenuimus opi. Archi. s. Io. an. tamen ius pa. potest p̄scribi de vno laico per alium. vt diximus in ij. par. d. j. lib. in xi. q. prin. in ij. arti. multo magis poterit ecclesia p̄scribere libertatem s̄ patronū per nō vsum ipsius. Et pro hoc. q̄ diximus in d. xj. q. prin. in vij. art. vbi tractauimus. an in dubio ecclesia p̄sumatur patronata vel libera. & ponderauimus non vsum patroni. ¶ Et quamuis ibi A. bb. loquat de tpe centum quinquaginta annorū: q̄ sic erat ibi casus. ¶ Tamen ego dicerē sufficere tps quo sufficit p̄scribere s̄ laicum: prout illud in d. xj. art. in fra dictum tps vnun laicum posse p̄scribere ius pat. cōtra alterum. ¶ Et adde p̄dictis vnun p̄byterum posse agere contra patronū super libertate ecclesie. Ita pulchrē Gayc. in repe. d. c. fi. de ele ctio. lib. vj. in fi. xxix. colum. allegat Cardi. & in c. fina. in cap. significauit. p̄sertim in fi. de testi. & faciunt quæ dicentur in seq. articu.

¶ Nonus arti. vij. q. prin. tertij Libri.

1. Ius patronatus amittitur per patronum. si illud ceditur. vel renuntiat.
2. Patronus an possit renuntiare iuri patronatus. respectu fauoris ecclesie. si licet vt illam non defendat.

**Dubitatur** Nono. ¶ an ius pa. pdatur per patronū reuocando vel renuntiendo illud ipsimet ecclesie. & dicendum est q̄ sic: & isto casu ius p̄tandi & institue di p̄stabit ad ordinarium loci: q̄ ecclesia efficiet libera. Et hoc nō est dubium. cum de hoc appareat tex. in c. vnico. hoc tit. lib. vj. & poterit fieri hæc remissio. & sine cōsensu ep̄i: & rō satis clara assignat in d. c. vnico. p̄ Gemin. q̄ sicut à principio potuit p̄sonus ecclesiam liberā dimittere non retinendo sibi aliquod ius in ea. c. significauit. de testi. Sic poterit remittere ius pa. nam in d. c. significauit. edificas ecclesiam voluit esse libera: & ideo poterit sacerdos petere. vt examine testis ad æternam rei memoriam. denuntiado fundatorib. vel hæredib. eorum. vt receptioni testium intersint: vt ibi pater: & in hoc non est dubiū. fm Pau. de cita. in hoc tract. in ix. parte in ix. q. ¶ Q̄ ego comprobo per rōnem. quam adduxi in proximo p̄ceden. art. nam si laicus potest ius patro. quod habet in ecclesia. transferre in laicum titulis habilib. de quib. in ij. parte j. lib. per totum. multo magis ipsimet ecclesie fauore suæ libertatis: & sicut hoc potest facere in laicos. etiam in p̄iudicium hæredum: vt diximus in d. ij. par. in ij. q. prin. in vij. articu. multo magis. & in hoc casu per nō. in d. c. vnico. hoc tit. lib. vj. ¶ Sed dubium esset. an patronus possit renuntiare iuri patro. respectu fauoris ecclesie. vt illam non defendat. de quo diximus satis. s. in ij. q. huius partis in iij. & xv. artic. & an in isto casu debeat habere alimēta. si vergat ad inopiam patronus. diximus. s. in ij. q. prin. huius lib. in xij. artic. ¶ Et licet posset dici etiam patronum perdere ius patro. cum illud transfert in alios aliquo titulo habili: de quibus in d. ij. parte j. lib. per totum: tamē quia ius patro. continuatur in illum. in quem est translatum. non dico illud esse amissum: & nos loquimur in p̄senti. & sequen. q. prin. quando per patronum amittitur. non q̄ alteri quaratur. sed quando: quaritur ipsimet ecclesie. quo casu efficitur libera: & ideo non loquor hic de illa. amissione: Vnde in hoc casu episcopus vnico actu omnia faciet: vt de hoc vltimo latē diximus. s. in iij. parte ij. lib. in vij. q. principa. in vltimo articulo. vbi tractauimus. quando ad episcopum deuoluitur ius prouidendi ecclesie patronata ex negligentia. vel culpa patronorum. vel quia translatum est in ecclesiam ius pat. an illi prouidebit vnico actu. vel opus erit p̄sentare & institue re: & licet ibi considerauimus plures casus: tñ hic casus. quando renuntiat in totum ipsi ecclesie. & non remanent compatroni vnico actu expedit omnia ep̄s. sicut facit in mera col latione. vide ibi. ¶ Et si contradiceretur libertati ecclesie. rector poterit obtinere sententiam pro ecclesia. scilicet illam non esse patronatam. & orietur ius affirmatiuum. sicut orietur pro illo. qui haberet sententiam pro se: fm Paul. in d. xij. par. in ver. vij. vt latius se dixisse dicit in ix. part. in xvj. q. & nos diximus. s. in ij. par. j. lib. in vlt. q. prin. in ix. artic. per sententiam posse acquiri ius patro. ergo sic & omitti.

¶ Decimus articu. vij. q. prin. iij. Libri.

1. Ius patronatus an amittatur vnica ecclesia patronata cum alia ecclesia. vel alteri ecclesie concessa. & nu. 2.

& deueniat ad sententiam iudicis laici. & dicit quod si sententia est lata super signo vniuersali: puta castro. villa. vel hæreditate. transfret ius patrona. & poterit patronus illo priuari per eam. sed de per se non possit. nec cum vniuersitate. si de iure pat. fecerit mentionem. vt ibi per eum: sed magis in terminis tangit casum nostrum ibidem in xx. q. vbi refert dicta Abb. in d. c. cum laici. & adducit illas duas glo. quas vocat contrarias. Et primo dicit ius pa. de per se confiscari non posse. sed transire cum confiscatione omnium bonorum. ¶ Postea voluit mātellum & adducit dicta Card. in clem. ij. in vj. q. vt per laicum iudicem confiscarentur omnia bona: tamen ius patr. transfret ad ecclesiam. & remaneret libera successiue. dicit communis opi. esse in contrarium. Et ideo dicit non ob stare. cap. felicitis. de pœnis. lib. vj. quia ibi delinquens in ecclesiam deliquerat: & ideo in ecclesiam iniuriatam transfret ius patr. ¶ Nec ob. q. cessaret spes ecclesiæ efficiendi liberam: quia ex quo semel concessum est ius pat. non curat ecclesia ad quos transferat. dummodo transferatur sine præiudicio ecclesiæ. alleg. d. c. filijs. xvj. q. vij. pro ista parte adducit: quia res prohibita alienari. si semel licitè alienatur. remanet perpetuò alienabilis. l. tutorum. ff. de administrat. tuto. & domi. no. l. ason. in l. filius familias. §. diui. xvij. colum. ff. de leg. j. postea transit ad hæreticum. de quo diximus. §. in ij. arti. ¶ Superuenit dom. Roch. in hoc tracta. in verbo. competens. in x. q. d. dum loquitur de hæretico: vbi dicit q. in confiscatione bonorum propter hæresim. non est dubium transire ius pa. quia confiscatio fit à iure canonico: sed quando confiscatio fit per iudicem laicum. vel per ius civile. remittit se ad dicta per eum ibidem in verbo. ipse vel is à quo. in xxix. q. vbi latè hanc materiam prosequitur: qui primo adducit gl. in d. c. filijs. & dicit cum illa tenere Ioan. an. Abb. in cap. nobis. hoc tit. & Abb. in c. cum laici. similiter hoc tit. & Abb. & Card. in d. c. quanto. de iudi. & Card. dixisse ita se consuluisse. & ibidem Ioan. de Imo. ¶ Contrarium dicit decidere glo. in c. satis peruersum. in simili. §. distin. & clarius in proposito nostro gloss. in clem. pastoralis. in verbo. subiectæ. de re iudi. quas dicit Abb. in prædictis locis non ob stare: quia loquuntur. quando iudex secularis in specie & de per se velle priuare aliquem iure pa. d. c. quanto. de iud. nec consuetudinem in contrarium valere: q. iudex laicus se intromittit de iure pat. secundum Rotam. iij. de consuetudine in antiq. & dicit istam opinio. tenere Arch. in d. c. filijs. & do. Ant. in d. clem. pastoralis. & refert motiua do. Ant. quem dicit seq. Imo. ibi. & in l. insulam. ff. solu. matr. subijcientem hanc partem forte esse de iure veriorum. ¶ Et refert etiam dicta Card. in clem. plures. hoc tit. & dicit Card. & Bat. discorde in hoc: quia do. Anto. vult ius pat. posse confiscari fisco ecclesiæ per iudicem ecclesiasticum. Card. autem vult illud applicari ipsi ecclesiæ patronatæ: & eam per hoc remanere liberam. ¶ Et dicit hanc conclusionem fequi formaliter And. Siculum in d. c. quanto. & Præpos. in d. c. j. distin. & dicit hos doct. velle in effectu. q. in confiscatione bonorum quæ fit per iudicem secularem. non veniat ius pa. & sic non transire ad fiscum secularem. cum vniuersitas bonorum transeat: & istam etiam opinionem dicit tenuisse in effectu do. Fely. in d. c. quanto. in iij. col. allegantem dictum do. Ant. & Imo. in d. clem. pastoralis. & Imo. in reperi. l. insulam. ff. solu. matrimo. ¶ Ipse Roch. dicit sibi magis placere in puncto iuris opinionem primo loco relatum. s. ius patro. transire in confiscatione bonorum ad ipsum fiscum ad quem transeunt alia bona: licet alia opinio sit æquior scilicet ecclesiam remanere liberam: & hanc opinionem notabiliter probat argumenta supra pro ea adducta: & maxime tex. in d. capit. ex literis. Item. quia vt dictum est. ea quæ transeunt in hæredem extraneum. transeunt in fiscum. ¶ Et dicit eam  
 15 reprobare per simile: quia videmus. q. quod si emphyteosis ecclesiastica transfret ad hæredem extraneum. & contingat emphyteotam delinquere. ita quod bona eius confiscentur. talis emphyteosis etiam transfret ad fiscum. Ita videntur concludere doct. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. & in locis ibidem memoratis per domin. Alexand. & idem vult Bald. in l. j. ff. si ager vecti. vel emphyt. pcta. & ibidem Alber. in versiculo. quæro an in iure emphyteotico. Bald. in capitul. in præsentia. in septima colum. de probatio. & in l. sed & si possessor. §. si iurauero. ff. de iur. iurand. & in capitul. literæ. de dilationibus. & probatur in l. j. C. de bonis liberorum. & ibi gloss. Bartol. & alij dicentes ius patronat. liberi non transire in confiscationem bonorum: quia non vadit ad extraneum hæredem. Et ideo dicit ibi Bartol. in vltimis verbis. q. quod si bona alicuius confiscantur. non transit in fiscum. nisi illud. quod transfret in extraneum: & hoc dicit esse perpetuò notandum: & dicit Paul. de Castro ibi in vltimis

# Cæsar Lambertinus Episcopus

mis verbis: **¶** cum emphyteusis ecclesiastica non trāseat regulariter in extraneum hæredem, non trāsit etiam in fiscū si tamen præsupponatur emphyteusim transire ad extraneū hæredem puta ex pacto appoſito in inuestitura, certè trāſſibit in fiscū, per supradicta, ergo in proposito dicit Roch. dicamus ius pa. transire in confiscatione bonorum in fiscū ex eo: quia transiit cum vniuersitate etiam ad extraneos hæredes. vtcludunt doct. c. cū seculum. & in c. ex literis. & Ab. 17 in c. j. hoc tit. **¶** Subiicit postea Roch. fore aduertendū quia istud simile de emphyteusi ecclesiastica, intelligitur per Bar. & Rom. & do. Ale. in d. §. si de vectigalib. & p. doc. ibidē relatos per do. Alex. hoc mō, videlicet q̄ licet emphyteusis ecclesiastica trāſſiret in fiscum in publicatione bonorū, tamē est in facultate ecclesiæ reperere ipsam emphyteosim, & sic attendo isto simili pari modo videtur dicendum in iure pa. & sic in effectu istud simile potius videt̄ pbare opinionē do. Card. in d. clem. plures. & tanto magis, quia Rom. & Alex. in d. §. si de vectigalib. allegat d. c. foelicis. de poenis. li. vj. **¶** Si ergo voluerimus tenere opini. gl. in d. c. filii. & sequaciū, licet alia tanquam æquior sit amplectenda, oportebit facere fundamentum, dicit Roc. super. c. ex literis, & super. d. c. cum seculum. **¶** Et istam opinionē tenendo responderet ad argumēta contraria. Et sic non obſtat primo fundamentum, quod faciebat do. Anto. & s. retulimus quod ex quo ius pat. est qd spirituale, vel annexum, fm̄ communem opinionē, iudex laicus non habet iurisdictionem super eo: nec directe, nec per indirectum: & sic nec iudicando in specie de iure pat. nec in genere: q̄a respōdetur fatēdo obiectū: sed dicit ius pa. transire virtute accessorii: sed q̄a est accessorium ad vniuersitatem d. c. ex literis. non autem transiit propter iurisdictionem vel sententiam iudicis. **¶** Non ob. etiam aliud, dū dicit do. Ant. q̄ inter modos inuentos à iure ad transferendum ius pat. de vno in alium, non reperitur hic modus cōſſicationis, sed sententiæ iudicis secularis: q̄a respōdet non reperiri vnū modū magis specificatū q̄ alterū: sed per omnem modum non simoniacum & licet non transferri ius pa. de vno in aliū, vt fatis probat rex. in d. c. cum seculum. ibi ratione feudorū emporum, alioque modo acquiritorum, vel etiam alio modo ius pat. acquisueritis. quæ verba sic geminata dicit probare, quod dixit. **¶** Non ob. quoque clem. pastoralis. §. rur sus. quia illa sententiā loquitur de feudo vel iuribus ecclesiæ: sed nos loquimur, quando sententiā non facit mentionem de iure pa. vt dicit Abb. in d. c. quanto. **¶** Vel aliter non reperitur iure cautum, q̄ illud feudum ecclesiæ sit accessorium ad alia bona, prout est ius pat. & propterea illum rex. nō obſtare. **¶** Non obſtant etiam secundum eū, iura allegata per do. Card. in d. clem. plures. videlicet d. c. in quibusdam. & d. c. foelicis. §. si qua quæro. q̄a non loquuntur in terminis nostris, videlicet quando iudex secularis proferret sententiā super vniuersitate bonorum, sed c. in quibusdā. loquitur de sententiā lata à iure in specie super iure pa. quod debet applicari, si ecclesiā patronata, cui iniuria est facta per occisionem vel mutilationem rectoris. **¶** Tex. vero in d. c. foelicis. pariter nō loquitur de sententiā iudicis secularis nec loquitur in casu quando in vniuersitate, vel bonis condemnati: & ad ius patron. vt tale quid, q̄ trāseat cū vniuersitate. **¶** Dicit etiam non obſtare quod dicebat Card. si ius patrona. transiret in fiscum, ageretur de præiudicio ecclesiæ: q̄a nō esset spes reuertendi ad ecclesiā aliquo tempore, q̄a potest dici istud non esse præiudicium considerabile: nec hoc reperiri iure cautū in terminis istis, vel talib. in quib. militat eadem ratio. **¶** Vel responderet, q̄ trāſſibit in fiscum, & apud illū durabit tanto tēpore, quanto fuisset duraturum poenis patronū. arg. l. lex vetigali fundo. ff. de pigno. & l. prator. §. prædium. ff. de lega. & l. Statius. §. Cornelius felici. ff. de iure ſci. & c. primo. in fi. de capitulis Corradi in vſibus feudorum. cum ſimi. **¶** Et sic dicit esse defenſatam opinionem gl. d. ca. filii. & sequacium. opi. autem do. Ant. videri sibi æquiorē, vt ius pa. non trāseat in fiscum: quam opinionem dicit sequi etiam Reuerendum & excellentem doct. do. Andr. ponam auditorem rotæ apostolicæ, & sibi patrem obseruandum in d. c. quanto. **¶** Reperi ultimo loco Firma. in tracta. de episcopo. in iij. libro. in iij. p. 19 te in iij. q. in fine. j. col. in vers. sed quæro vtrū, vbi j. tenet ius pa. non transire in confiscationem iudicis secularis, sed iudicis ecclesiastici sic: licet Bartho. brixien. teneat prium in d. c. filii. & allegat Firma. But. & Docto. in d. clem. pastoralis. & Ioan. de imo. in d. l. si inſulam. dicit esse Florianum. in l. viā. §. si fundus. ff. de seruitu. in dist. inſte loquentem tenere ius patronat. in confiscatione comprehendi. Hęc sunt quæ reperi in hac materia, quid dicēdum gratia spiritus sancti me illumi

20 net. **¶** Diuerſifica ergo hos casus conclusue procedendo. Et dic primū casum esse quando iudex ecclesiasticus procederet contra aliquem patronum super priuatione iuris patronat. principaliter, & non est dubium hoc facere posse, vt est tex. clarus in c. in quibusdam. de poenis & in capitu. quanto. de iudic. quia ad ipsum spectat cognitio causæ priuationis: seu alterius iuris patrona. & idem si ipse procederet principaliter super alio delicto, casu quo posset & pblicare bona alicuius patroni sine dubio includeretur ius pat. vt in clem. pastoralis. in §. rurſus à contrario. de re iudicata. quia non diceretur ponere ſalcem in messim alienam, sed in sua: nec erit considerandum an veniat accessoriē, vel principaliter ius pat. & an exprimat, vel non exprimat, cum ſimus in casu in quo iudex habet iurisdictionē cognoscēdi de ipso iure pat. Et principaliter, vt proxime diximus, in hoc concordant omnes doct. §. allegati, cū omnis eorum dubitatio sit in iudice laico, cū caret iurisdictione cognoscēdi de ipso iure patro. Et hæc conclusio est clara per dicēda. j. in v. sequē. 21 conclusio. **¶** Secunda est conclusio seu casus, iudicē laicum nullo modo posse de per se tantum confiscare ius pa. & eius confiscationē seu sententiā nō tenere, nec valere, fm̄ gl. in d. c. filii. xvj. q. vij. & in hoc nullus ex suprascriptis doc. discrepat: sed omnes concordant: q̄a de per se iam in contractibus voluntariis nullus laicus disponere potest, si sunt gratuiti, puta donationis vel legati, non possunt sine consensu episcopi: vt diximus. §. in ij. par. j. lib. in j. q. princ. in ij. articu. si nō sunt gratuiti, sed onerosi de ipso iure pat. de per se iam nō fieri possunt: vt diximus in d. ij. par. j. lib. de titulo venditionis in v. q. princ. in j. & plurib. sequen. artic. & de contractu per mutationis in iij. q. princ. in iij. artic. de concessione feudali in vij. q. princ. in j. & ij. articu. de contractu locati in vij. q. princ. in j. artic. & de contractu pignoris, in ix. q. princ. in j. artic. & de contractu dotis. x. q. princ. in j. artic. & hoc est clarissimū. 22 **¶** Tertius est casus seu conclusio, quando iudex secularis faceret istam publicationem omnium bonorum alicuius patroni propter eius demerita, cum speciali & expressa mentione ipsius iuris patron. ecclesiæ, & tunc non valet, neq; tenet: vt voluit Abb. post alios in d. c. quanto. in penult. colum. de iudi. vt §. sæpius est dictum. Et pro ista conclusione huius casus faciunt omnia, quæ diximus. §. in d. ij. parte. j. lib. in q. v. p. xi. in xxj. articu. cum ibi tractauimus, ex quo ius pa. transiit cum vniuersitate vendita, an hoc procedat, si in venditione vniuersitatis exprimat ius pat. vt ibi late diximus, & Io. And. & alii quos in d. xxj. articu. retulimus, dent aliquos modos honestos secundum quos posset in venditione vniuersitatis nominari ius pa. & non poterit dici esse venditum, quia ibi illud habet locum, cum ſimus in patrono, qui potest voluntariē etiam per alios titulos licite ius patrona. transferre, iudex autē in isto casu non habet aliū modū trāſſerendi per sententiā. quocūque ergo mō in ea exprimat ius patron. quis sententiā sit super vniuersitate, videtur iudicare super iure patron. quod facere non potest, d. c. quanto. de iudic. & ideo semper vitatur sententiā, id est, vt se non extendat ad ius patronat. an autem teneat quo ad vniuersitatem: diximus in d. xxj. articu. Et hic similiter casus est clarus quem etiam, ponunt multi ex supra relatis doctoribus. **¶** Quartus est casus seu conclusio, quando iudex secularis propter aliquod delictum patroni per suam sententiā publicaret omnia eius bona: & in hoc casu non includeretur ius patro. q̄a hoc signum omnium bonorum non dicitur vniuersum: vt pulchre voluit Gayē. vbi §. pro quo faciunt omnia, quæ nos diximus in d. ij. par. j. li. in v. q. princ. in xiiij. articu. vbi tractauimus, an sub venditione omnium bonorum veniat ius pa. & multo minus veniret, si publicaret omnia, quæ habet in aliqua villa, quæ non est sua sed habet in ea certos fundos, vel iura: vt diximus ibidē in 13. articu. Et multo minus veniret, si publicaret fundum, & publicaret palatium patroni, in quib. essent ecclesiæ ipsius iuris patrona. non veniret illud ius patrona. vt ibidem diximus in xvj. & xvij. artic. & hæc conclusio non est contra gl. d. c. filii & opini. Bartho. brixien. ibi ac sequacium. de quib. supra. & j. dicemus cum tenentes istam opin. præsupponant publicationē esse factam per iudicem secularem de vera vniuersitate, non aut de termino non vniuersali: nam vt ex dictis dom. Gayē. §. relatis patet, ipse tenet cum vera vniuersitate transire, tamen cum vniuersitate non vera, vt dicit esse publicationem omnium bonorum, non tenet transire: q̄a non est vt vera vniuersitas, licet aliqui teneant contrariū, vt in d. xiiij. articulo late diximus. **¶** Quintus est casus seu conclusio, quā do patronus commisit tale delictum, per quod venit publicatio bonorum omnium, & infamia: licet in sententiā iudicis

secularis non venit ius pat. poterit tñ ep̄s summarie de iam cognitis se informare: & ipse patronū priuare iure pat. & ita procedat dictū do. Ant. de Bu. in d. clem. pastoralis. quem ibi sequitur Imo. & s. retulimus, & alii tenentes eius opinionē. Nec, ob. contradictio Nelli in suo tract. de bannitis, quē. s. re tulimus, q̄a ep̄s non habet cognitionē criminum ciuiliū in laicū, q̄a bene habet talem cognitionē, cum laicus est irretus tali crimine, q̄ nō possit acquirere, nec tenere ius pa. In famia enim impedit quē acquirere, ius pat. vt diximus. s. in j. par. j. lib. in vij. q. prin. in vij. arti. Item, hæc cognitio ep̄i op̄i est ad complementum p̄næ publicationis factæ per iudicem laicū de eo, q̄ in publicatione iudicis lai non poterat comprehendendi. Ex hoc resultat responsio ad illud motuum Nelli, q̄ cū semel sit cognitum amplius cognosci nō possit: hoc sit, vt perficiatur cognitum & iudicatum per iudicē secularem, quod per eum perfici non poterat ex defectu suæ iurisdictionis: prout etiā iudex laicus perficit in clericum, q̄ non potest perficere iudex ecclesiasticus, arg. c. degradatio, cū ibi notatis de p̄enis, lib. sexto, & operabitur ista cognitio & p̄fectio, vt perfecte ille sit priuatus omnib. eius bonis, & omni eius iure: non tamen vt illud ius acquiratur fisco: sed vt ecclesia sit libera, vt ipsemet Butr. dicit, & in hoc casu potest p̄cedere opi. Butr. scilicet in vniuersitate non vera, vt cū ea non transeat ius pa. in confiscatione illius, sed conualidetur per ep̄m, vt ecclesia sit libera. ¶ Si tamen hæc publicatio non veniret de iure communi faciēda, sed de iure municipali, cō curro cum do. Ant. vt episcopus in casu permissio non hēat aliquid supple per tex. in e. ecclesia sanctæ Mariæ. de cōst. per eum allegatum: nā solemnitates vel actus depositi p̄ ius municipale non habent locum in iure pat. vt diximus. s. in j. par. ij. lib. in iii. q. prin. in ix. arti. nisi diceret, q̄ omnino per laicam sententiam emanantem à iure municipali ille efficitur infamis, est forsā bannitus, & publicatus: & dedecus est ecclesie retinere ius pa. Et conclusionē huius casus tenet etiā breuiter do. Phil. de sarrā. in d. c. cum laici, post relationē do. 27 cto. in iij. sua conclusionē. ¶ Sextus est casus seu conclusio quando etiam per laicum iudicem facta est publicatio bonorum alicuius delinquentis in casu, quo potest ex delicto patrono contra ipsam ecclesiam particularem vel vniuersalem, & tunc licet in ipsa publicatione non sit aliquod signū vniuersale, erit priuatus iure pat. potius ex iuris dispositione, arg. c. in quibusdam, de p̄enis, & licet videatur transire in confiscatione, tamen non habet remanere p̄enes fisco sed habet reuerti ad ecclesiam, & ecclesia poterit illud repetere vt sit libera. Et pro hoc casu facit illa decisio de emphyteusi, quam s. retulimus post Roc. Et pro ea facit, d. c. quibusdā nō obstante responsione Roc. dicentis illum tex. non loqui in terminis nostris: q̄a ibi sententia non est lata per iudicem secularem, sed per ecclesiā, & in specie super iure pa. Nam per hoc non negatur, q̄ in illo delicto homicidii vel mutilationis facta per patronum laicum non possit procedere etiam iudex secularis, & publicare omnia eius bona, & ipso iure veniret amissio iuris pa. per illum tex. vel si bene patronus esset dominus castri, & committeret prædictum delictū, nōne superior possit publicare castrū: & nihilominus ius pat. transiret ad ecclesiam, & efficeretur libera, vt in proximo sequen. casu dicitur & ad hoc et facit, d. c. scilicet, non obstante responsione do. Roc. dicentis non loqui in sententia iudicis secularis: q̄a possit idē casus iudicari per seculare: nec etiam alia responsio tenet: q̄ in illa vniuersitate condemnati nō erat ius pa. vel tale quid, quod trāsiret cum vniuersitate: quia possit hoc esse & idē iudicari. ¶ Ecclesia vero vniuersalis possit offendī cum patronus iudicaretur hæreticus: nā si bñ cōtra eum iudicaretur per iudicem secularem: vt in hoc regno fit: maxime virtute sacrarum constitutionū regni in publicatione bonorum ius pa. veniret vt ecclesia efficeretur libera, vt diximus. s. in j. præceden. articulo. ¶ Septimus est casus seu conclusio, quando per iudicem secularem p̄pte r delictum factum de ecclesia, vt in terminis proximi præcedētis casus, & publicaretur aliquod signum vniuersale: pura castrum, villa, & similia: & tunc aut castrum, seu villa erat indistincte ipsius patroni, & non alterius superioris domini feudi & si sumus in casu. c. in quibusdā. ¶ Dicerem adhuc ecclesiam effici liberam: q̄a ille tex. non distinguit, nec nos distinguere debemus, c. si romanorum. xix. dist. in c. solite, de maio. & obediē. Si vero essemus in alio casu offensionis ecclesie vniuersalis, tunc nō dicerē priuari principalem dominū feudi, sed transire ius pa. ad illum cum ipsa publicatione castri seu villa: vt etiam in sequenti casu dicemus. ¶ Octauus casus est, seu conclusio, quando quis non deliquit in ecclesia,

sed in aliquo delicto seculari: puta in crimine læsæ maiestatis humanae, & tunc si in publicatione venit castrum, vel villa, in quo vel qua est ius pa. cum ipsa publicatione transibit ius pa. ad fisco, & sic ad superiorē ne diminuat ius castri, vel villa, sed siue alteri concedat per fisco: siue per illū detineatur, sicut integra illius iura. Et in hoc casu dicerem p̄cedere opinionē dictæ gl. in c. filiis, & vltima dicta Gaye. cum se restringit ad castrum, vel villam illa ratione: q̄a dicimus in vditione castri vel villa transire ius pat. & alia ratione copulata, ne minuantur iura castri seu villa, & in hoc casu procedat illa opinio, quā dicunt communem, quæ in hoc casu p̄ consuetudinem obseruatur, nā pone in hoc regno aliquis dominus alicuius castri, quod habet à rege ex aliquo delicto per publicationē castri, illud amittit transibit ius pat. cū castro ad regem, q̄a à principio sic erat, & sic cessat illa ratio p̄ iudicij ecclesie: q̄a ita erat à principio, & modo reuersum est ad eius dominū, ergo cum eadem natura, arg. c. ab exordio. xxvj. dist. & in hoc casu non militant rationes domin. Anto. q̄a ille laicus totalem iurisdictionē habet in castro directo 32 iure, ¶ Nonus est casus seu conclusio, q̄ in publicatione veniat aliquod signum vniuersale non castrum habens, seu habentem alium directum dominū, sed omne dominium est illius delinquentis, vt est hæreditas, vel aliqua villa non feudalis, & tunc in tali confiscatione nulli tenent transire ius pat. in fisco, moti, vt Roc. dicit potius per regu. c. cum seculū. & c. ex literis, hoc titulo, q̄ cum vniuersitate vendita transeat ius patrona. ita & cū vniuersitate confiscata, & Butr. dicit hæc argumentationē sibi non placere, vt per eū, & supra retulimus. Ego dico nullo modo esse bonā: nā vendens vniuersitatem non deliquit, & potest si vult ius pat. alienare titulo habili: vt in dictis iurib. & aliis hoc tit. delinquentis vere non solū nō vult vt doct. eius voluntatem ponderarunt: sed etiam vt non potest nec iudex potest de illo disponere: per. c. quanto. de iudi. ergo mala argumentatio. Et si diceres in quo differat à præcedenti casu, respondeo ibi concludere cumlatiue duas rationes, s. signū vniuersalis, & etiam præiudicij recti, hoc est veri domini, & ideo hic nō militat regu. §. affinitatis, in situ. de nuptiis. Sed illa, q̄ vbi requiruntur plura ad essentiam formalem alicuius actus, vno deficiente corruit ille actus. l. si vnus. C. de testamentis, & Bar. in cōst. cxliij. processum est. cum aliis quæ pro ista regula soleo allegare, supra in j. par. i. lib. in ix. q. prin. in tertio articulo in versum vbi plura. in primo motiuo partis affirmatiue. ¶ Et aduerte, quia doc. s. allegati ponunt hæreditatem pro signo vniuersali, q̄ non est in casu nostro: q̄a non sufficit esse signum vniuersale, si est faciēda traditio particularium rerum, vt fit in hæreditate: vt late diximus in secunda par. j. lib. in v. q. prin. in xv. articulo, dum tractauimus, an cum venditione hæreditatis transeat ius patrona. ideo dicerem in isto casu, vt diximus. s. 34 in quarto casu. ¶ Decimus & vltimus sit casus & conclusio, q̄ in casib. in quib. supra diximus ius patronat. confiscari & transire in ecclesiam, intelligendum est vt ecclesia remaneat libera sub ep̄i potestate, vt voluerunt oēs supra ad legati doct. & præsertim Butr. & Imo. in d. clemēt. pastoralis. & Car. in d. clem. secunda. in vij. q. hoc tit. vt in proximo sequenti articulo dicitur. ¶ Et ex omnib. supra scriptis patet alia conclusio in casu confiscationis bonorum patroni: ius pat. nullo modo transire ad filios, sed vel ad ecclesiam, vel ad fisco, vt s. est dictum sicut potest ad extraneos transire. Et pro hoc faciunt ea, quæ diximus in secunda par. j. lib. in secunda. quæ sit principali in j. & vij. articulo. ¶ Et de isto articulo vide etiam domin. Felyn. cum additio. Philip. Simonetē in cap. quanto. de iudiciis.

¶ Nonus artic. viij. q. prin. iij. Libri.

1 Patronus si in specie priuatur iure patronat. propter delictum admissum circa ipsum ius pat. vel transire in confiscationem, & venit ad ecclesiam, an illud ius patronatus euanescat.

2 Ecclesia non pot. esse patrona sui ipsius proprie loquendo.

¶ Et ideo Nono dubitatur. si priuatur ius pat. in specie iure pa. propter delictum circa ipsum ius pat. commissum, vel transire in confiscatione, & venit ad ecclesiam, vt in casib. proxime dictis, an illud ius patronatus euanescat, ita q̄ ecclesia libera remaneat, an vero ius pa. acquiratur ipsi ecclesie, ita q̄ sit patrona sui ipsius. gl. in c. q̄a clerici hoc tit. rangit hunc arti. & dicit hoc casu ius pa. acquirat ipsimet ecclesie: pronata, cui facta est iniuria p̄ delictū ad q̄ faciunt notat p̄ Areti. do. Fel. & alios moder. in rub. de iudiciis. Roch. etiam format hanc q̄nē ibidē, in verbo, ipse vel in ij. q. d. & dicit verā & communē opin. esse, q̄ ecclesia remaneat libera pro no, vel aduocato; ita q̄ ille ad quem primo spectabat influentio,



# Cæsar Lambertinus Episcopus

tio, nunc habeat liberam collationē. ita concludunt Inn. Io. an. Domi. Car. Abb. & ceteri communiter in d. c. quia clerici & vt dicit Abb. ibi hoc est fuit de mente gl. prædictæ, qd fecū dum eum proprie loquendo ecclesia non potest esse patrona sui ipsius. & eandē cōclusionē firmat gl. in c. vnico. in verbo eidē. eo. ti. lib. vi. & ibi communiter doc. sequuntur. ¶ Tu adde hanc conclu. tenere omnes doc. quos supra allegauimus in prox. præceden. artic. tenentes ius pat. transire ad ecclesiam, & diximos in vlt. concl. & adde etiam ea, quæ diximus. s. in ij. par. j. lib. in v. q. prin. in ij. iij. & v. artic. vbi tractauimus cum ius patrona. perditur, quia patronus illud vendidit, & acquiritur ecclesiæ.

## ¶ Decimus arti. viij. q. prin. tertii Libri.

1 *Ecclesia libera, si patronus haberet compatronum an erit libera, vel re-  
tor illius erit compatronus loci priuati cum socio & nu. 2.*  
**Sed** Ex hoc adhuc resultat dubium, & hic sit. x. arti. in casibus, in quibus ius patro. perditur & acquiritur ecclesiæ. ¶ Ecclesia enim libera, vt proxime dictū est, qd si illic patronus habeat compatronū, an erit libera ecclesia, vel rector ipsius erit compatronus loci priuati cū socio. ¶ Et Gaye. in re. c. fi. de elec. lib. vj. ante fi. x. li. co. cū tractasset, an ius pat. trāseat in fiscū, & dicit ecclesiam esse liberā plena libertate, sub iunxit hoc esse verū, si ille priuatus erat solus patronus, quia alias alius habilis pñtaret. alle. Car. in cle. vnica. de sup. negli. præla. & facere quod no. idē Car. in c. significasti. ad fi. de iure pat. qd dictū retulimus. s. in v. arti. in proditore. ¶ Phi. de sarr. vero in d. c. cū laici. in v. & vlti. conclu. materię cōsecrationis, dicit casu quo patronus amittit ius pa. ecclesia esse liberā, & ad collationem episcopi, si ille erat solus patronus, alioquin alius patronus habilis pñtabit pro rata sua, & eps loco pñtati priuati pñtabit apud ipsum, vt patronus, & instituet, vt eps, vt dicit voluisse in simili Goff. lo. an. Car. & Bur. & Abb. in c. significasti. circa fi. hoc ti. arg. c. si consuli. ff. de adop. & c. cum inter. in fi. de re iudi. & per Domi. in c. vnico. in ij. gloss. hoocti. in vj. ¶ Tu aduerte, nam nos. s. in ij. par. ij. lib. iij. qd. prin. in v. artic. con. lulumus, qd si sunt duo patroni: vnus, qui pñt præsentare: alter, qui pro illa vice nō pñt præsentare: qd priuatus iure pñtandi, puta qd pñtandi indignū scienter, vt no. in c. cum vos. de offi. ordi. pñtatus qui habilē erit instituentus, & sic ipse reputatur solus patronus, & fm hanc cōclusionē loquutus fuit Gaye. qd sicut ibi delictum compatroni pñt cōpatrono: sic & in casu nostro, qd dictum mihi non placet, qd priuatio iuris patroni delinquentis tōra. redundaret in beneficium cōpatroni, & nō ecclesiæ, & sic libertas ecclesiæ, quæ tantopere per doc. in viij. pced. artic. est cōsiderata non haberet locum. ¶ Nō dicerem in hoc casu vt dicit Phil. ius supra. priuati repræsentari p epm illud vere cōpatroni p seipsum: vnde dicta in prox. pced. arti. qd eps solus conferat ecclesiā facta libera non potest habere locum, cū non est facta libera in totum: sed in partem, & ideo vt cōseruetur quasi possessio iuris pat. acquiri ecclesiæ, ne cōpatronus solus videatur patronus, necesse erit episcopum præsentare corā seipso pro iure priuati, vt late diximus supra in ij. par. ij. lib. in ij. q. prin. in xix. artic. vbi & hunc casum decidere poteris nō do prædicto.

**Ex omnibus** dictis in superscripta. viij. qd. & eius decem ar. conclusionē collige, pñt nō non solū ex casibus in pced. q. positus absque delicto posse ius pa. perdere sed & ex aliis, ex delicto poterit illo priuati vt in omnib. superscriptis art. probatur. ¶ Amplia primo hanc conclu. intantum, qd si patronus vendat ius pat. ex delicto simonia: qd committit, & iniuria illata ecclesiæ perdit ius pa. & ecclesia efficitur libera: vt diximus in j. artic. ¶ Amplia. ij. d. conclu. qd maxime procedere si patronus occideret rectorē seu clericū ecclesiæ: vel illi membrū mutilaret, quia rāto magis, cū sit maior iniuria, ipso iure priuatur iure pa. vt diximus s. in vj. artic. ¶ Extende istam amplia. intantum procedere, qd non solū ipso facto priuatur iure pat. sed etiam preceptione alicuius census, vel seruitiū: qd & quem sibi reseruauit patronus in limite fundationis vitra ius pat. de consensu episcopi v. diximus in d. vj. artic. vlti. ex quib. d. c. s. Abb. ¶ Exiēde secundo. d. amplia. vt non solum tales amittant ius pa. & per ceptionē temporaliū, vt supra: sed etiam vsque ad quartā generationē, non poterunt clericari, nisi cū eis per papā dispēserit, vt diximus, s. in d. vj. artic. præsertim in veri. & adueri. ¶ Restringe hanc amplia. procedere, nisi patronus offenderet rectorē ecclesiæ ad sui defensionē vim vi repellendo cū moderamine tutelæ inculpatē, quia aliter mortem evitare

nō posset, vt diximus in fi. d. vi. artic. ¶ Amplia tertio dictā conclu. vt non solū patronus perdat ius pa. cū offenderit ecclesiam, in qua habet ius pa. sed etiam offenderit ecclesiā vniuersalē: puta qd labatur in hæresim, qd amittit ius patro. vt diximus. s. in secundo artic. ¶ Extende hanc amplia. intantum procedere, qd si bene fuerit ipse patronus lapsus in hæresim, deī ad fidē cōuersus, non recuperabit ius pa. cum semel libertas sit ecclesiæ acquisita: vt diximus supra in ij. artic. ¶ Amplia quarto d. c. conclu. & præcedentē amplia. nō solū procedere in hæretico patrono: sed etiam in credente, receptatore, fauore, & defensorē hæreticorū. l. in schismatico, apostata, & existente per annū in excommunicatione maiori in casibus, in quibus prædicti iudicā: vt hæretici, qd patronus in talibus, in cur res sit erit priuatus iure pat. & conuersus illud nō recuperabit, vt diximus supra in ij. artic. ¶ Amplia. v. conclu. nō solū procedere in committente crimē læsæ maiestatis diuine, sed & in cōmittente crimē læsæ maiestatis humanæ, qd publicatur eius bona, & perdit ius pa. vt diximus supra in iij. articulo. ¶ Amplia. vj. d. conclu. intantum procedere, qd nō solū cōmittens crimē læsæ maiestatis diuine vel humanæ, cuius bona publicantur, amittit ius pa. sed & committens crimen perditionis primæ, de quo crimine & clericus per episcopum hoc mō punitur, & priuatur iure pa. vt diximus, s. in v. arti. ¶ Amplia. vij. d. conclu. intantum procedere, qd & si tales de dictis criminibus puniantur: & publicatio eorū bonorū fiat per iudicē ecclesiasticum, seu secularē, perdit ius pat. & acquiritur ecclesiæ nisi publicaretur castrum vel villa, in quibus esset ius pat. qd loca hēret alium superiorē dñm, qd tunc cum illo castrum vel villa trāstr ad illū dñm castrū vel villā, & sic nullo modo trāsit ad filios, vt late declarauimus supra per plures conclusiones in viij. artic. Quæ hinc sunt repetitæ, tanq̄ declarationes huius ampliationis. ¶ Amplia. viij. d. conclu. intantum pcedere, scilicet in prædictis delictis patronū priuari iure pat. & venire ad ecclesiā, qd illud euanesceat, ita vt ecclesiæ remaneat libera, & episcopus conferat per collationē & non habeat sibi ipsi pñtate & instituere, vt diximus supra in ix. artic. ¶ Restringe hanc amplia. procedere quando vnus erit pñtator tantū in ecclesia, ex cuius delicto ecclesia erit effecta libera, qd tunc pñtabitur illi per collationē episcopi: sed qd in illa esset cōpatronus nō accresceret totū ius illi, sed p patrono priuato episcopus pñtabit sibi ipsi vna cum cōpatrono & instituet, vt diximus, s. in x. & vlti. artic. ¶ Limita modo d. conclu. qd quis ex delicto patroni commisso contra ecclesiā priuatur iure pat. vt dictū est: tamē si patronus vindicauerit sibi plus iuris in ecclesia quam hēbat: & eius bona inlicito occuparet, vel similia faceret, & ecclesiam collegiatam veller facere similem, non priuatur iure pat. sed erit excommunicatus, vt diximus supra in septimo artic.

## ¶ Nona q. princi. tertii Libri.

- 1 Ius patronatus an sit mere spirituale, an mere temporale, vel mixtum. & nu. 28 & 29.
- 2 Ius patronatus est quoddam mixtum ratione t p lit' eis & spiritualitatis.
- 3 Electio quare non concedatur laico, sed pñtato sic.
- 4 Ius mere spirituale non potest possideri sed quasi spirituale, sic.
- 5 Effectus qualitas demonstrat qualitatem causa producens.
- 6 Accidens vnum & idem applicatur diuersis subiectis, vt assumat illorū naturam.
- 7 Spiritalia quaedam sunt mere & essenti aliter, quaedam non.
- 8 Cōexorū idē iudicium dignūq; attribuit ad se minus dignū. & nu. 9. 16.
- 10 Spirituale ius quomodo sit accipiendum.
- 11 Res vna & eadem diuerso iure non est censenda.
- 13 Spiritalia quot modis sumuntur & nu. 14.
- 15 Sacramentorum differentia & species.
- 18 Ius patronatus quare non dicatur spirituale annexum temporali.
- 19 A iure exorbitas, extendendum non est maxime in ecclesiæ pñtatione.
- 20 Iuris pñtationis causa non potest in laicum compromitti.
- 21 Ius patronatus regulariter accipitur & regulatur vt alia spiritualia. limit. nu. 22. 23. & 24.
- 25 Spirituali annexum dupliciter dicitur.
- 26 Imperator non potest legumare ad spiritualia.
- 27 Simonia etiam cadit in annexis spiritualibus.

**Varendum** Est modo principaliter ix. cum iam satis late dictum sit de omnib. fructibus iuris pat. de potentia clerici beneficiari, patroni, & epi erga illud, & qualiter, pñtator vnus illo priuatur, merito vidēdū est, qd sit ipsius natura, vt cū de eo agit, possit hēri notitia, ad quē sit recurdū, ad iudicē, scilicet ecclesiasticū, vel secularē, in qua qōne venit dicitur.

1 scutiendi infra scripti articuli. ¶ Et primus ac principalis articulus materia est, an ius pat. sit mere spirituale vel mere tempore, vel mixtum, hunc artic. ponit Abb. & doc. in rubri. de iudiciis, sub hac forma, an sit dare iudiciū mixtum cū spirituali annexū, vt cū agitur de iure pa. & do. Abb. refert ibi doc. communiter dicere qd non qd illud ius pat. est ius spirituale, attenta origine, vt in c. ga. clerici. hoc tit. sed ipse dicit se non putare hoc vltimū dictū fore verū, qd imo ius pat. potest dici quoddā mixtum ratione temporalitatis & spiritualitatis, qd participat de vtroq; nec precise accedit ad alterū extremorū, sicut dicit iudiciū illud, qd agitur de crimine civiliter, vt in c. tua. de pcc. licet enim ius pa. dicatur indivisibile, tñ quo ad intellectum dicitur mixtum, qd in parte est temporale, & in parte spirituale. gl. pe. regina in c. pia. mentis. xvj. q. vij. nec pcedunt dicta doctorū, maxime do. An. fm. cum, dum voluit, qd secundū materiā originariā sit mere spirituale, qd illud non est verum: nā ante quā dispensaret cum laico patrono, vt posset psequi ius pat. in ecclesiastico beneficio, hoc ius nondū erat esse deductū ergo non poterat esse speciale, qd ex non ente non fit ens, vt dicit Philosophus: & apud Boetium scribitur ex nihilo nihil existere, sententia vera: nō cū non esset in natura non posset dici spirituale. ¶ Itē consideratis radicib. ipsius iuris pat. non posse dici, qd sit spirituale merū, vel qd aliquādo fuerit, qd per presentationē patroni nullū ius spirituale acquiritur presentia ro, sed est quoddā initium & inchoamentū ad ius spirituale obtinendū, vt in c. quod autē. & in c. pastoralis. hoc tit. Hinc est, qd vno presentato potest patronus laicū presentare: vt in c. cum autē. hoc tit. & illud sentit Inno. in ca. q. sicut in prin. de elec. ¶ vbi dicit ideo electionē nō cōcedi laico in ecclesia, sed presentationē sic, vt in c. nobis. hoc tit. qd per electionē initiat matrimonium inter electū & ecclesiam vt in c. si. de trālatione p̄latorū, sed presentare non est ius mere spirituale, sed annexū spirituali, nec dicitur aliquod vinculum inter presentatū & ecclesiam, cum nullum ius ibi acquiratur, vt proxime dictū est, & sic aperte sentit Inn. qd etiam habito respectu ad meram naturam ius pat. nō potest dici ius mere spirituale. Si enim esset ius mere spirituale, non caderet in laicū & ideo tunc concessum laico, quia non erat mere spirituale. Si enim esset ius mere spirituale, non execraretur per cōcessionē factē laico, cum ipsum ius conferendi qñque ex privilegio conceditur laico, nec per hoc execratur. lxxij. dist. c. Adrianus. & qd no. lo. an. in c. ij. de p̄b. in vj. & pro tanto hoc ius dicitur annexum spirituali: quia parat viā ad obtinendā institutionem, quā est ius mere spirituale, & sic cōcludit do. Abb. ius patron. fm. suam naturam, non esse mere spirituale & dicit hoc tenere gl. in c. quanto. de iudiciis. ¶ Barb. in d. rubri. de iudiciis relatis dictis Abb. in x. co. in vers. it. em. diuiditur. in seq. colum. in vers. iste passus. dicit predictus do. Abb. adduci posse rationem ius mere spirituale non possideri, sed quasi possideri. l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. rer. do. c. conquestus. in verbo, quasi possessionem. de foro compe. sed ius patro. possideret per laicum: vt decidit tex. in c. pastoralis. hoc tit. & ponit gl. in c. quanto. ergo ius patrona. nō est mere spirituale. Sed posset defendi dictum do. An. & Goffe. secundū Barb. ibi ab illo tex. quia debet subaudiri, quasi, argu. eius quod voluit tex. & gl. in l. puro. ff. fami. erciscun. & in l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iure iuran. & istud dicit voluisse Bal. in d. c. quanto impropiando modum loquēdi in gl. illa. ¶ Tu aduerte, quia nos supra in prima parte secūdi libri, in tertia quæstio. princ. in xxiii. & vltimo artic. cōclusimus ius pat. dici quasi possideri, & non possideri, & sic nō obstat motuum Barba. pro Abb. ¶ Prosequitur Barb. ibidem se velle ostendere opin. Goffe. & do. An. fore veriorē per medium inconuincibile, videlicet, electio secundū naturā suam, & ius spirituale non cadit in laicum. c. Messana. & c. fa. crosan. de electione. sed ius patrona. est productiuum electionis. Ergo est productiuum iuris spiritualis, quia qualitatis effectus demonstrat qualitatem causæ producti vt in l. quod si nolit. §. qui mancipium. ff. de edil. edi. nam cui libet naturale est procreare sibi similes. vt dicit Philosophus in primo de generatione, & corruptio. natura enim est vis insita reb. ex similibus similia procreans. Facit quod habetur in c. ius naturale. prima distin. si ergo ius pat. parit spirituale, ergo ipsam quoque speciale est assumptum. dicit probare tex. autem in c. secundo. in verbo, vnum eligant. & c. penultimum. hoc tit. & facit in argum. gl. multum singularis. in c. si. de electio. libro sexto. quæ extendit illum text. loquētem de electione ad presentationem. Ergo originaliter ius patrona. est mere spirituale. ¶ Dicit etiam adduci posse text. in c. iij. in verbo. sustinuit. hoc tit. vbi habetur, ecclesiam ex

quodam tolerantia sustinere laicum habere ius patro. in ecclesia: nam si non esset mere spirituale ex sua natura, in quo esset hæc tolerantia, potest enim ecclesia habitare laicū ad spiritualia, vt dicit gl. in c. menam. ij. q. vi. in c. præter hæc 32. distin. & in c. bene quiddē. xvj. distin. ¶ Et subdit qd si quis vellet impropriare illum tex. vt intelligatur, id est, præter argu. l. pater seuerinam. §. conditionum verba. ff. de conditio. & demonstra. nihil obstat. & ideo dicit Bal. in d. c. quanto. de iudiciis. qd si episcopus constituit vicarium laicum in spiritualibus. tenet actus & impropriatur, vicarium id est, affessorum. al. legat. d. §. conditionum verba. & sic responderi potest impropriationē esse irritandam. c. in his. de ver. sign. Bart. non recte fuisse loquutum in d. c. quanto. vt ibi dicit Barba. se esse dicturum nec est mirum, secundū eū: qd vnum & idē accidit applicator diuersis subiectis, vt ass. mat. naturā illorum. p. id. qd voluit Bar. in l. si publicanus. §. fina. ff. de publi. & Bald. in l. secunda. C. de seruitutib. & dom. Abb. in c. super quibusdā. §. præterea. de verborum significat. ¶ Et tenendo hanc conclusionem dicit Barba. quod ius pa. originaliter sit spirituale, reddatur verior opi. Holli. qd si concedo villam alicui sub vniuersitate bonorum, sicut videor concedere ius pat. vt in c. ex literis. hoc tit. ita videor concedere ius decimandi de quo per Io. an. & alios in c. ad quæstiones. de rerum permura. ¶ Et secundum hoc, non videtur procedere tex. in c. quanto. de iudiciis. in quantum dicit ius pat. ideo esse spirituale: quia annexum iuri spirituali. & quo est tex. in c. de iure. hoc tit. nam si naturaliter est mere spirituale: ergo non est accidentaliter per annexionē. ¶ Gl. vero in dicto. c. quanto. simpliciter dicit, qd mere spirituale laicus non tractat nec possidet, sed temporale tractat, & possidet: ius vero connexum nō tractat, vt ibi. sed possidet, vel quasi: & hoc de gratia. c. iij. hoc tit. ¶ Goffe. tamen in summa huius tit. §. primo. vltra medium dicit ius patrona. realiter esse quasi spirituale, qd dicit patere, qd vbi non potest, sicut nec spirituale, nisi cum vniuersitate: vt in c. de iure. hoc tit. sed quia ex dispensatione ecclesia cadit in laicum pro tanto dicitur annexum iuri spirituali, & sic non inspecta natura sua, sed inspecto illo accidente surgente ex dispensatione ecclesie. Pro quo alleg. gl. in c. pia. mentis. xvj. q. vij. qd dicit ius pat. esse spirituale, sed non mere: quia cadit in laicum. ¶ Quædam enim sunt mere & essentialiter spiritualia, vt anima, gratia, virtutes, & similia: quædam non mere & essentialiter, sed propter aliud, vt sunt beneficia, vasa ordinata ad sacrificium: & similia iura spiritualia, quæ ordinantur ad finē spiritualium, vt ad finem animæ, ad ministris sustentandos: & ista tanto magis dicuntur spiritualia, quanto magis appropinquant ad finem. s. res spiritualis, vt est bona gl. xv. q. vij. in summa applicando prædicta ad propositum. qd per electionem initiat matrimonium inter electum & ecclesiam ius eligendi dicitur magis spirituale, qd ius patronatus, qd nō imitatur matrimonium cū p̄tato, sed tñ præparat personā, cum qua dicitur contrahi: & hoc etiā principaliter non cadit in laicū nisi ex dispensatione ecclesie: sed voluit ecclesia dispensare cum laico circa electionem: qd est actus magis spiritualis. ¶ Et ideo infert, qd essentialiter ius pa. nō est spirituale dicitur quo ad omnia iudicari, vt spirituale, nisi in contrarium sit à iure expressum: & id si spiritualis cā dicitur tractari simpliciter & de plano, idē in iure pa. qd ipsum ius pa. mere & essentialiter dicitur spirituale, & sic sentit do. An. post Goffe. ideo iudicē ecclesie licet cognoscere de iure pa. qd est realiter & essentialiter spirituale. ¶ Abb. vero in d. c. quanto. dicit nunquā sibi placuisse hoc dictū, qd ius pa. anteq. fuisset concessum laico nō erat deductū in elic & ideo nō potest dici originaliter esse mere spirituale, vt supra eius dicta & Inn. retulimus qui Inn. voluit per hoc qd ius pat. conceditur laico nō dicitur annexum spirituali: nam ius conferendi conceditur principib. vt supra est dictum. Et tamen per hoc: non dicitur annexum spirituali, & hoc voluit gl. in d. c. quanto, si recte ponderetur: dicit laicum posse possidere ius pa. quia non est mere spirituale, & intelligit de gratia: sic est de gratia potius ius eligendi possidere, vt in d. c. Adrianus. sed ecclesia noluit intantū dispensare. ¶ Ita alio dicit Abb. confundit dictum do. An. nam si esset mere ius spirituale in se, ita deberet esse & in aliis, & sic cū cadit in laicū, si deberet vt ius spirituale tractari, sequeretur, qd sicut ius mere spirituale nō transit cum vniuersitate seculari: quia non potest venire accessorie ad temporalitatem, cum sit p̄ se aliterius nature: vt no. Inn. in c. ex literis. hoc tit. idē dicit esse de iure patrona. vt non transiret cum vniuersitate, quod tamē est falsum, vt in d. c. ex literis. & c. cum seculum. hoc tit. ¶ Nec obsecundū Abb. ius patrona. ordinari ad finē spiritualū, quia hoc est quoddam præambulum, & inchoa-

mentū à remotis: non enim omne ordinatū ad finē spiritua-  
 lū, dī spūale, vt potest poni exemplū in libris ecclīe, q̄ ordi-  
 nantur ad finem cause rei spiritualis: non tñ sunt spirituales,  
 nec sacri. ¶ Licet ergo laicus possideat: non tñ ppter hoc de-  
 bet inferri iudicem secularē posse de illo iure cognoscere: ga  
 laicus de gratia & quadam tolerantia ecclīe, illud possidet  
 vt laici inducantur ad cōstruendas ecclīas. c. iij. hoc tit. ideo,  
 concessio exorbitans non debet extendi, maxime in præiudi-  
 cium ecclīe: argu. c. ob gratiam. de reg. iu. lib. vi. & l. q̄ fauore.  
 C. de ll. ¶ Et ad omnes actus cōsequentiū ad ius possiden-  
 di. Vnde transit ad hæredes, etiam extraneos, sicut res propāa  
 na. xvj. q. vij. c. qui ius. Itē transit cū vniuersitate. d. c. ex literis.  
 ¶ Et si dicatur, q̄ de p̄ncipis idem test iudicium, & per dignius  
 attrahi minus dignum: vt in c. q̄ in dubijs. de p̄se. eccl. vel al-  
 ta, cum ius patro. sit annexum spiritualib. & est dignius, quare  
 transit cum vniuersitate, remittit se ad nota. in d. c. ex literis. &  
 ita rēfident in d. c. quanto. bellissimē fm Barba. de quo vltimo  
 nos diximus supra in ij. parte primi libr. in v. q. prin. in xj. artic.  
 ¶ Bald. verō in d. c. quanto. colligit ex illo tex. ius pat. ecclīe  
 esse quid mistum: ga cum oriatur in personam laici, & trāseat  
 ad hæredes laicos: & per laicum fiet p̄sentatio: ergo non vt  
 esse mere spirituale, ga laicus non esset capax illius: verū quia  
 trahit originem ab ecclīa, & cōcernit ordinationē ipsius, &  
 ex constitutione ecclīe nascitur: ideo non est mere laicale,  
 sed dicitur tpale annexum spirituali: & subdit ius pat. alicūm  
 re originem à re prophana: quam q̄s dedit Deo: & ideo cō-  
 siderata sua origine sapit laicalitatem: nam non ideo desinit  
 esse dñs, qui remanet patrono: vt d. l. talem. §. ff. de hære. in-  
 sti. tñ ius pat. ecclīe dicitur prouenire ex mera liberalitate  
 canonis. De rigore est iuris res sacra nemini seruit. Linter sti-  
 pulantem. §. sacram. ff. de ver. obl. ista ergo est liberalitas tñ de  
 condigno & ideo non pōt auferri patrono. argu. l. atrilius  
 regulus. ff. de dona. ¶ Sed quare quo ad forum inspiciatur quali-  
 tas spiritualitatis & non substantia tpalitatis Bal. rēfident dupli-  
 cem esse rationem. Prima naturalis quæ vocatur prima æqui-  
 tas. l. ff. de publica. t̄ga magis dignus trahit ad se minus dig-  
 num. l. queritur. ff. de statu hominū. l. Titia. ff. de lega. l. hoc  
 legatum. ff. de lega. iij. ¶ Item qñ ex duobus extremis sit vnio  
 remanentib. qualitatibus extremo ū, magis principale, & ma-  
 gis nobile trahit ad se aliud. Secūda est ratio, ga si iudex laicus  
 posset cognoscere, ergo posset dare patronum supra ecclīam  
 per suam iuriam. l. si duo patroni. in prin. ff. de iure iur. & l. statu  
 liberi à ceteris. §. ff. de statu lib. sed hoc est absurdū, vt ecclīa,  
 quæ est statu liberi, per suam iudicis secularis efficiat sub-  
 dita patrono. Item certū est ius pa. ecclīe non posse vendi, li-  
 cet trāseat cum vniuersitate, dicimus ius pat. trātere rōne  
 suæ tpalitatis cum vniuersitate etiam spiritualium: & sic Bald.  
 concludit ius patro. esse partim tpale & partim spirituale &  
 magis dignū trahere ad se minus dignū. ¶ Do. Card. autē  
 transit cum gl. d. c. quāto. & dicit q̄ respectu materiæ, ex qua  
 inducitur ius patro. dicitur esse quid temporale: causatur enī  
 cum fundatione constitutione, & dotatione. c. nobis. hoc  
 tit. quæ sunt temporalia, sed respectu ecclīe, cui inhæret,  
 est quid spirituale: & sic diuersis respectib. dicitur spirituale.  
 ¶ Et si dicatur, dicit ipse, q̄ de causa iuris patro. deberet cog-  
 noscere iudex laicus, vt attendatur causa originalis, quæ est  
 temporalis, respēderit imo debere attendi id, quod est ecclīe  
 suæ, & licet sit prophana, tñ assumat naturam spiritualium:  
 arg. c. institutum. de rerum permu. & regula semel. deo. de re-  
 gu. iu. libro sexto, & dicit Car. se ita alias dixisse in quodā pri-  
 uato examine, & ita rēfident in d. c. quanto. ¶ Do. Joā. de imo.  
 vero ibidem transit simpliciter cum dicto do. Goffr. & do.  
 Ant. ¶ Barba. vero in d. c. quanto. in si. v. columna. in versic.  
 istum passum dicit se hoc retigisse in rub. de iud. vbi enī tē-  
 git do. Ant. & Abb. & se tenuisse essentialiter & substantialiter  
 ius pat. esse quid spirituale, sed accidentaliter esse tempo-  
 rale, & hoc vltimum ex eo, ga congruit laico, & ideo recipere  
 alterationem. ¶ Sed Inno. in rubri. de iure patrona. dixisse  
 ius patro. non esse temporale, nec spirituale, ex quo trāsmittit  
 tur ad hæredes. c. filiis. & c. cōsiderandū. xvj. q. vij. quod fieri  
 non posset, si esset spirituale. vij. q. prima sciendum. & in ca-  
 scripturis. de p̄ben. c. primo. temporale non est, quia si es-  
 set, posset vendi, & tamen vendi non potest. c. de iure. hoc ti.  
 c. quærelam. de simo. item iudex secularis cognoscere pos-  
 set, sed non potest: vt in d. c. quanto. ideo dicit esse partim tē-  
 porale & partim spirituale diuerso respectu, vel potius an-  
 nexum spirituali iuri, vt in d. c. quanto. ¶ Et hoc sequitur do.  
 Car. in d. rub. de iure patro. in secunda. q̄o. ¶ Refert etiā do.  
 An. in hac rubri. addendo ad diffinitionem lo. an. iuris pat.  
 dixisse illud ius esse ius quoddā spirituali annexum compe-

tens in ecclīis, & c. & sic voluisse non esse spirituale, sed an-  
 nexum spirituali, quia tendit in si. prouisionis ecclīe, quæ  
di. vt in capitulo nobis infra eodem. Et ibi declarant doctores & etiam hic. Item male dicitur in diffinitione ad beneficium simplex: quia etiam ad beneficium curatum imo etiam ad ecclesiam collegiatam respectu beneficiorum inferiorum à praelatura fit presentatio iuxta not. in capitulo nobis. §. eodem. maxime per Ioan. And. & Pa. Item male dicitur in diffinitione, ad beneficium vacans, secundum Cardinal. quia ius patronat. competit etiam si ecclesia non vacet, licet actualiter non possit fieri presentatio, hæc tamen vltima impugnatio do. Cardinal. nihil valet iudicio meo quia in diffinitione prædicta non negatur quod ius patronatus non competat in ecclesia non vacante, sed bene negatur quod in illa fiat presentatio. Alio modo diffiniuerunt Ioann. And. dominus Antonius, & domin. Cardinal. Abba, & communiter alij. Ius patronat. est ius honorificum, onerosum & vtile alicui competens in ecclesia pro eo quod de dioecesani consensu ecclesiam fundauit, construxit vel dotauit ipse vel is à quo causam habuit, & dicit Ioann. And. hic quod ista diffinitio est sine calumnia. Istam eandem diffinitionem ponit domin. Gaspar. de Calde. in repetitione capituli transmissa. infra eodem addendo verbum vel eius authoris. Tamen do. Card. & bene dicit quod illud verbum satis comprehenditur vltimo verbo diffinitionis, causam habuit immediate vel mediate. Istam diffinitionem reprobat d. And. Barba. in capitulo quanto. infra septima columna. in principio. de iudic. dicens quod male in diffinitione præsupponitur quod ius patronatus sit ius, quoniam est gratia. capitur. tertio in verbo sustinuit infra eodem. Ab ista tamen impugnatione potest defendi facilliter, vt puta prædicta diffinitio, quia statim quod ius patronat. sit ius, & etiam quod sit gratia. & sic dicitur ius gratiosum. arg. l. ius singulare. ff. de legibus: & declarando, infra supra verbo, ius, in secunda questione. Puto tamen quod ista diffinitio quæ videtur communis, non sit bona. ex alio. scilicet, quia in ea præsupponitur in alternatiua, vel quod ex sola constructione vel sola fundatione acquiratur ius patronatus, quod tamen est falsum: quia fundatio, constructio & donatio copulatiue debent interuenire vel per vnâ personam, vel per plures ad hoc quod ius patronat. acquiratur seu in esse deducatur. ita declarat d. Abb. in consilio suo centesimo sexto. incip. iuxta ordinem, in prima columna. in fin. in ij. volumi. allegat gloss. in capitulo quicunque. el. ij. decimasexta questione septima. vbi si quis modicam dotem conferat ecclesie non est patronus: ergo minus erit si nullam conferat, sed solum construat vel fundet. & propterea tex. in capitulo tertio. & in capitulo nobis. infra eodem. qui præsupponunt quod ex constructione vel ex fundatione ecclesie acquiratur ius patronat. debent intelligi quando alius concurrat ad perficiendum, scilicet ad dotandum. quia ista tria copulatiue requiruntur. ita Abb. not. vbi supra & satis est de mente Innocent. hic in principio dum præsupponit quod ecclesia non dicatur deducta in esse, nisi ista tria copulatiue concurrant. Quod tamen limitabitur & declarabitur infra in processu maxime super verbo & dotauit. Et istam conclusionem regulariter loquendo reperi postea tenuisse domin. Ioan. de Ana. consilio vigesimo quarto incipien. In Christi nomine amen. Primum videtur, & c. in versiculo, octauo istud probat, & in effectu etiam sentit Abb. in capitulo ad audientiam. j. in tertio notabili. de eccles. adifi. dum dicit quod construens non dotans non debet admitti volens exercere ius patronat. Contrarium tamen tenet expresse domin. Cardinal. in consilio suo centesimo vigesimo secundo. circa finem. quod incipit in nomine indiuiduæ trinitatis. per dicti capituli nobis. & idem videtur dicere Abb. in capitulo proposuit. de fil. præbyt. per illum tex. sed potest responderi vt supra respondi ad dictum capitulum nobis. Contrarium etiam sentit Abb. in consilio suo quinquagesimo nono. in prima columna. incip. quidam dom. Iaco. in secundo volumi. vbi dicit quod alterum ex prædictis sufficit ad acquirendum ius patronat. sed potest responderi eodem modo, scilicet altero supplente. ea propter videtur mihi melius posse diffiniri isto modo, licet vnaquaque diffinitio periculosa sit, id est, omnis diffinitio. ff. de rer. iu. Ius patronat. est honorificum, onerosum & vtile, competens alicui in ecclesia, pro eo quod dioecesani consensu ecclesiam fundauit, construxit & dotauit ipse vel is à quo causam habuit, solus vel alio concurrente. & hoc modo cuitabuntur omnia obiecta. Verba autem huius diffinitionis satis declarantur hic per Abb. & in capitulo nobis. infra cap. & vidimus. infra in processu. Contra tamen istam diffinitionem vltra supra adducta etiam videtur vrgere text. in capitulo filij. decimasexta questione septima.

vbi text. dicit construxit vel dotauit. ergo acquiratur ius patr. ex altero istorum, contra id quod continetur in diffinitione mea vbi ponitur copulatiua. & tenendo tamè quod dixit ad illum textum ego respondeo, quod debet intelligi construxit, scilicet alio dotante vel dotauit scilicet alio construente quia vt supra dixi non dicitur aliter ecclesia deducta ad esse secundum Innoc. hic nisi fundus constructio & dos copulatiue concurrant, sed si ecclesia non erit deducta ad esse ex altero istorum non poterit dici acquisitum ius patronatus, vt patebit in questione sequenti. Ergo ita de necessitate erit intelligendus ille text. in d. c. filij. Poterit & secundo responderi quod ibi vel exponitur p. & q. a sepe distincta exponit pro coniuncta & contra. l. sepe. ff. de verbor. signifi. & plenè no. in cap. ij. & in capitulo inter ceteras. supra de rescript. talis enim expositio fieri debet in casu nostro: quia materia subiecta id suadet patet ex prædictis, & quod ita sit intelligendus ille text. voluit glo. ibi quæ loquitur copulatiue dicendo fundatione, constructione, & dotatione acquiri ius patronat. Opponitur etiam fortiter contra prædictam diffinitionem meam & etiam contra communem: quia si ecclesia instituat vel creat præbendas de bonis suis eo casu competit presentatio dictæ ecclesie ad ipsas præbendas. vt concludit Abbas alias auctoritates adducens. in capitulo cum ecclesia vltimana in quarta columna. de electio. firmat dominus præpositus diui Ambro. nunc meritisimus Cardinalis Alexand. in capitulo primo alias in summa. vigesima prima distinctio. in septima columna. & dominus Felinus Sandeus in capitulo cum venerabilis. de exceptio. & tamen hoc casu non interuenit constructio, nec fundatio, nec etiam donatio. ergo potest competere ius patronatus absque prædictis tenendo prædictam diffinitionem, ego respondeo, quod etiam in dicto casu præsupponitur creatio præbendarum & canonicatum & etiam donatio. Vel aliter dicas, quod in casu prædicto dato quod competit presentatio: non tamen præsupponitur ibi ius patronatus quia non concurrunt ea de quibus in diffinitione iuris patronatus: sed competit presentatio ex alio iure. & hoc possibile est: vt explicando infra super verbo competens alicui, in vigesima quinta questione. Vel aliter & tertio dicas, quod illa decisio non est tuta: quia Ioannes Calder. & domin. Antonius de Butrio. & multi sequaces ibi tenuerunt quod in dicto casu non competit presentatio, sed libera collatio vel prouisio. & idem tenuit Hostiensis in summa in titulo de electione. in §. quis possit eligere. & ibi refert Trancred. Goffredum. & quasi omnes hanc opinionem Tancre. de hoc tamen dic vt dicam infra super verbo competens alicui. questione vigesima nona. stat ergo defensura dicta diffinitio. & vide quæ dicam infra super verbo dotauit. in prima questione.

¶ Secundo quero pro declaratione terminorum quare dicitur patronus. Respondent Innocentius. & alij hic quod dicitur patronus ad similitudinem patris. quia sicut pater filium, ita patronus ecclesiam de non esse deducit ad esse. Et hoc infero verum quod, supra firmaui in diffinitione, quod ex sola fundatione non acquiratur ius patronatus: quia per fundationem solam, id est, per assignationem fundi ecclesia non est deducta ad esse vt de se patet. Nota tamen quod etiam patronus potest appellari qui est caput vel superior: tex. est in capitulo dilecta. infra de excessibus prælatorum. quandoque sumitur pro aduocato, vel pro eo qui manumittit. vt supra in prima questione in principio. quandoque patronus dicitur qui celat crimen. capitulo quemadmodum. circa fin. de iureiurando. vbi talis appellatur patronus criminis, quandoque dicitur patronus qui habet ius in aliqua re vel etiam dominium saltem considerato vulgari sermone, vt dicam super verbo in ecclesia. in tertia questione, & sequentibus.

¶ Tertio quero quia dicitur quod patronus competit presentatio, quid sit ista presentatio, dic quod presentatio est exhibitio quædam facta de clerico presente sensibus corporis illius, cui fit presentatio. ita Abb. Panormi. in capitulo ea noscitur. in secundo notabili de his quæ fiunt à præla. sine cõsensu capituli. allegat gloss. bonam. in clem. dudum. in verbo presentari. de sepul. quam approbant ibi communiter doctores. idem Abb. in capitulo. cum parati. in j. colum. supra de appellatio. vbi dicit, quod ille qui debet se presentare non potest mittere nuntium. Ex hoc ego infero, quod clericus absens ab episcopo, vel alio cui institutio spectat, non potest presentari: ita decidit Abb. & Imo. in d. cap. ea noscitur. quod limita nisi presentandus sit notus ipsi episcopo. ita decidit Abb. vbi supra. de quo videbimus infra in verbo honorificum. vbi etiã declarabitur quid habeat petere presentans, & quomodo, & quibus

& quibus verbis debeat fieri presentatio. ¶ Sed circa hanc questionem possit iuuenis dubitare, quia presentandus debeat esse presens ut dictum est: ¶ an ipsa presentatio debeat fieri coram episcopo vel eius vicario: an sufficiat illam facere coram aliquo clerico ecclesie, vel ad ipsam ecclesiam, capellam vel altare patronate. Breuiter credo, quod presentatio fieri debeat coram episcopo vel eius vicario. ita probari videtur in capitulo ea noscitur. de his que si. a prela. ibi ipsi diocesani presentant. probatur etiam in capitulo cum laicis. in capitulo cum autem. & in capitulo pastoralis. infra eodem titulo. & in pluribus alijs capitulis huius tituli. Etiam satis probatur ex dicta diffinitione presentationis. Et credo quod ipsa presentatio possit fieri vbiunque reperitur talis diocesis, seu habens potestatem admittendi ipsam presentationem & instituendi, etiam si esset extra diocesim, vel territorium suum. Ita decidere videtur Abb. Panormita. in capitulo nouit. de offic. legat. vbi dicit quod extra territorium non potest episcopus confirmare electionem vel instituere presentatum: quia hanc exigunt causae cognitionem. ut in capit. fin. iuncta gloss. de electio. libro sexto. Inuit ergo quod presentatio ipsa possit fieri coram episcopo, & admitti per ipsum extra territorium: nam id non exigit causae cognitionem: hoc enim est regulare, ut quae causae cognitionem non requirunt possint extra territorium expediri. nona questione secunda quasi per totum. & l. ii. ff. de offic. proconsul. & l. e. l. fin. ff. de offic. praefect. vrbis. & firmat Panormit. in dicto capitulo nouit. Sed pone quod episcopus nollet admittere presentationem quid erit siendum: dicas quod erit appellandum ad superiorem, qui eum coget vel prouidebit iuxta capitulum nullas. & ibi no. infra eodem. ¶ Quarto quero quid differant presentatio. & electio. dic quod electio tribuit ius electo. gloss. est in capitulo. quanto. sexagesima tertia distinctio. sed presentatio non. capitulo quod autem. infra eodem. & ita declarat Abb. in capitulo secundo. & in capitulo nobis. infra eodem. & in capitulo autoritate. supra de institutio. & plenè domin. Felin. in capitulo cum Bertoldus. in prima columna. de re iud. & quomodo & quare de electio tribuat ius electo, traditur etiam per d. Ant. & alios maxime per d. Franc. de Are. in capitulo super h. s. in secundo notabil. infra de accus. ¶ Alia & secunda est differentia: quia electio fit à collegio vel à capitulo. presentatio fit etiam à personis singularibus. ita Panormit. in dicto capitulo autoritate. ¶ Alia etiam est differentia quam sentit Abb. in dicto capitulo autoritate. quia electio fit de prelati. Presentatio fit de alijs. quod etiam probat text. vbi not. in capitulo nobis. infra eodem. & text. in capitulo cum in illis. §. primo. de praebend. libro sexto. Et declarat domin. Felin. in capitulo in nostra. in trigesimo secundo corollario. de rescript. vbi dicit diligenter esse notandum. quod de iure communi in beneficijs minoribus non proceditur per viam electionis: sed in dignitatibus & personatibus sic. ¶ Aliam & sic quartam differentiam ponit Abb. in capitulo tertio. infra eodem. alias querat diligens indagator. istae tamen differentiae procedunt proprie loquendo, largè intelligendo. Sed presentatio potest dici electio: ut probatur in dicto capitulo nobis. exponitur, id est, presentatur. Et ita etiam dicit Ioan. And. in addi. Spec. in ri. in additione incipiente teneat & etiam no. per Abb. in capitulo fina. infra eodem. quoniam largè presentatio potest appellari donatio vel collatio. capitulo final. vbi notant Imol. & Abb. supra de concessio. praebend. Et firmat domin. Barbar. in consilio suo incip. psalmista in penultima columna. in secundo volumine. vbi pulchrè loquitur declarando, quando iura loquentia de electione habeant locum in presentatione. Alibi largo modo loquendo presentatio potest dici ordinatio. capitulo, ex insinuatione. vbi not. Abb. eodem titulo. ¶ Ex quo inferitur, quod si patronus in libello diceret sibi competere ius eligendi, conferendi, donandi, vel ordinandi ecclesiam: per hoc non vitaretur libellus. ita decidit Abba. in capitulo secundo infra eodem. idem decidit in simili. in capitulo post electionem in gloss. in verbo, institutione. supra de concessio. praebend. facit quia si patronus in libello dicat peto ecclesiam meam: sustineretur libellus & exponitur, id est, ius patron. ita Abb. in capitulo pro illorum de praebend. in primo notabil. Et alias auctoritates allegat d. Felin. Sandeus ad hoc. in capitulo auditis. in secunda columna. de praescrip. & multa similia refert etiam praefatus doctor. in capitulo examinata. in quinta colum. de iudic. verba enim impropriantur ut libellus sustineatur lege si olei. vbi not. Bartol. C. locat. l. sed si possessori. §. item si iurauero. vbi etiam Bartol. & Moderno. plenè. ff. de iurciurando. & plura accumulata Felin. in dicto capitulo auditis. & plerumque iura loquentia de electione procedunt in presentatione

ut haberetur pulchrè per Lapum allegatione sua octaua. incipiente presentatus, & firmat Federicus. de Se. in suo consilio. ducentesimo uigesimo quarto incipiente super puncto. No. etiam quod verbum electio habet alia significata. de quibus per Abb. post gloss. ibi in verbo electio. in capitulo cum dilectis. supra de consue. & facit gloss. in capitulo illud. vigesima tertia distinctio. in glo. secunda. quae exponit eligendum id est, conferendum. Quod autem sit peritio & quid differat à presentatione vide pulchrè per Archi. & d. Præpo. diui Ambro. nunc Cardinalem felicilimum in capitulo, hortamur. in vltimo glo. 10 septuagesima prima. distinctio. ¶ Quinto quero quid sit institutio: quae fit super presentatione, dicit secundum Abb. in d. capitulo autoritate, supra de institutio. quod dicitur translatio iuris non libera à superiore facta: transfertur enim plenum ius ex tali institutione secundum Abb. ibi quia per presentationem nullum ius spirituale est acquisitum presentato. & quod institutio sit iuris translatio etiam probat glo. in capitulo primo. in glo. j. de regul. iur. lib. vj. dicitur autem translatio non libera: quia superior velit nolit teneri illud ius transferre in presentatum si sit idoneus. capitulo decernimus. decima sexta. questione se prima. capitulo pastoralis. & capitulo quod autem. infra eodem titulo. alijs tamen modis sumitur institutio, ut declarat Abb. in dicto capitulo autoritate, sed proprie loquendo sumitur ut supra est dictum quando fit de presentato secundum eum. ibi & in capitulo post electionem. in gloss. in verbo institutione. supra de concessio. praebend. licet aliter sentiat Goff. & Hostien. in summa. tit. de institutio. vbi diffiniunt institutionem: & dicunt institutio est ecclesiae vel ecclesiastici beneficii collatio. Item aliud sentit glo. in dicto capitulo primo. de regul. iur. lib. vj. in verbo beneficium. quae dicit, quod institutio est ius canonicum in ecclesia vel ecclesiastico beneficio tribuere: illud tamen quod dicit Panormita. in locis praelatis: firmat etiam Ioan. de Imo. super rub. de institutio. per capitulum primum & secundum. de institutio. lib. vj. dicit enim Imol. quod licet multis modis possit sumi institutio. tamen magis proprie institutio est, quae fit de presentato per patronum. Idem dicit Cardin. Flo. in dicto capitulo autoritate. in fine tamen mihi magis placet id quod voluit Goff. & Host. & glo. praelata & illud etiam dicunt gloss. & dom. Anto. de But. in dicto capitulo autoritate. & dom. Anto. post Hostien. in dicta rub. de institutio. & satis probatur dicta diffinitio in dicto capitulo autoritate. & in capitulo primo. quasi per totum illum titulum de institutio. vbi non fit mentio de presentato per patronum. & tamen ibi appellatur institutio. & vide omnino dom. Anto. in d. c. autoritate. quem sequitur ibi Imol. sibi contrarius. potest tamen institutio appellari etiam ordinatio cap. decernimus. xvj. q. vij. cap. nouent. x. q. i. potest etiam sumi ordinatio pro collatione vel beneficii assignatione: ut probatur in c. iij. infra eodem. & firmat do. Præpo. diui Ambro. in c. episcopus. xxiii. di. Item institutio appellatur quandoq; libertas. ut in c. cum venissent. & ibi Inn. & Ioan. supra de institutio. ¶ Sexto quero quid differant institutio & confirmatio. Breuiter dicit secundum Abb. Panorm. in c. nobis. in v. no. infra eodem. quod proprie loquendo differentia est inter institutionem & confirmationem. Confirmatio enim fit de electo à collegio: & dicitur superior confirmare, quasi simul firmare: quia per electionem iam fuit translatum ius. Sed per institutionem transfertur plenum ius: ut supra dictum est. Crederem tamen quod largo modo institutio posset dici confirmatio eadem ratione qua presentatio potest largo modo dici electio: vbi dictum est in quarta questione & patebit in questione sequenti. institutio autem ut patet de presentationem confirmat: 12 igitur, & c. ¶ Septimo quero quid differat institutio & admissio. in proposito huius materiae. Archid. in capitulo. j. de de institutio. lib. vj. dicit quod admittere idem est quod recipere & examinare: instituere est approbare & confirmare. Imo. ibidem dicit prout refert & sequi videtur G. mi. quod admittere est confirmare & approbare: instituere est in possessionem mittere. Ego credo veriore esse opinionem Archi. in proposito nostro, quia dicere quod instituere presentatum sit in possessionem mittere, non est capere proprium sensum verbi instituere prout nos intendimus. fateor enim quod institutio quadoque importat missionem in possessionem. ut habetur per Abb. Panorm. post alios. n. d. c. autoritate. & per Host. e. d. Ant. Card. & Imo. in rub. eo. tit. de institutio. & per Panorm. plenè. in c. ij. de consue. Tamen proprie loquendo institutio aliter sumitur, ut supra dictum est in quinta questione: & quod admittere non importet instituere sentit Abb. in c. ex licentia. in versis. quandoq; mouetur. j. eo. quid autè differant inter se collatio & electio. Itè quid differat institutio ab inuestitura, vide per Abb.



# Tract. de iure Patro.

Abb. post alios in dicta rubr. & in dicto capit. autoritate. & in d. capitulo primo. quid autem differat electio à postulatione, vide gloss. in capitulo vnico. in verbo vera postulatio. de postulatione prelat. lib. vi. & summistas eodem titulo. in principio. & Panormi. post alios in rubr. supra de postulatione prelati. Et quod duplex sit postulatio. vide Panormi. in cap. j. columna fina. de postula. prela. & in rub. de elect. & in cap. quia propter. columna quarta in principio. eodem titu. Item quod ius transferatur ex collatione. electione. postulatione & similibus. habetur per Felin. in capitulo cum Bertoldus. in prima & secunda columna. de re iudic. & electio. & confirmatione. etiam tradant docto. maxime Aretin. in capitulo super his. in secundo notabili. de accusat. Quid autem importat verbum committere. & quid differat à verbo conferre. vide gl. in clemen. vnica. in verbo committere. de supplen. neglig. prelati. & ibi domi. Cardinal. in tertio notabili. An autem differant assignare & conferre. vide domin. Cardina. Floren. in capitulo referente. in octauo not. supra de prebend. Quid autem importat verbum prouiso. vel prouidere. habetur per gloss. in capitulo. vt circa. in verbo electionis. & ibi Gemin. de electio. lib. vi. & habetur plene remissiuè per domin. Felin. in dicto capitulo cum Bertoldus. in secunda columna. vbi etiam declarat quid importet installatio: de quo etiam habetur per Abb. & alios in capitulo transmissam. de elect. & aliquid in c. cum m. Ferraricnsis in septima columna. de constit. Quid autem importet verbum receptio. & quod duplex sit. & quid differat à collatione. vide tex. & Gem. in capitulo cum in ecclesijs. de prebend. lib. vi. & Ioan. de Imo. in capitu. maioribus. in secunda columna. supra de prebendis. Quid autem differant verbum receptio & verbum electio. vide Cardin. in consi. suo c. ij. incipiente discutiam. pramissa. In quo autem differant promouere. & eligere colligitur ex verbis Abb. & aliorum in capitulo omnipotens. de accusa. Quid autem differant collatio. presentatio & institutio. vide tex. & docto. ibi in capitulo cum in illis. §. cum autem. de prebend. lib. vi. Quid autem differant collatio. presentatio & institutio. vide tex. & docto. ibi in capitulo eum in illis. §. cum autem. de prebend. lib. vi. Quid autem importet verbum dispositio. & quod beneficium dicatur spectare ad dispositionem alicuius. & quid differat dispositio à presentatione. vide gloss. in clemen. vnica. in verbo dispositionem & ibidem. Card. in j. oppositio. de supplen. neglig. prelat. Et de isto verbo dispositio etiam fit mentio in dicto capitulo cum in illis. §. j. Quid autem importet verbum nominatio. vide glo. in capitulo quanto. sexagesima tertia di. & plenius habetur per Abb. Panormi. post gloss. & alios in capitulo quod sicut. in §. j. in principio. supra de electio vbi dicit quod nominatio est triplex. vt per eum. & de hac nominatione habetur etiam aliquid per Bald. in rubric. de elect. supra circa fin. & per Goff. in summa. de postu. prela. circa fin. Quid autem dicatur beneficium. electiuum habetur per d. Cardin. in clemen. quia contingit. ver. vt autem in iij. no. de relig. do. ponderando glossam paruam ibi in verbo electionem. quam dicit perpetuo notandam. refert & sequitur d. Felin. in capitulo in nostra. in trigesimo primo. corollario & sequenti. de rescript. habetur per eundem aliquid. in d. capi. cum Bertoldus. in ij. colum. & quia tractatur in hoc opere de iure patr. ecclesiarum. vel capellarum. si volueris videre de significationibus huius verbi ecclesia. vide gloss. plenam in cap. si. in verbo ecclesiam. ne prelati vices suas. & an appellatione ecclesie comprehendatur capella vel econtra. vide Ioan. de Ana. consi. suo xxiiij. Abb. in cap. exposuisti. de preben. Quid autem sit capella & capellani. & quare sic nuncupatur. vide Archi. in capitu. plures. xvj. q. j. & gl. in cap. concedimus. de conse. dist. j. & plura de natura altarium & capellarum accumulata d. Felin. in cap. ex parte. supra. j. colum. de rescrip. ¶ Octauo quero an patronus alio nomine appelletur. dic vt per glo. & docto. in cap. quia clerici. infra eodem. vbi concluditur. quod multis alijs modis appellatur. ¶ Expeditus de octo. questionibus tendentibus ad declarationem terminorum. deuenio ad materiam ipsam iuris pa. super verbis diffinitionis examinanda. Et assumo primum verbum diffinitionis quod est verbum ius.

- 1 Ius patronatus an sit temporale vel spirituale.
- 2 Spirituale non omne dicitur quod tendit ad finem rei spiritualis & anime.
- 3 Ius patronatus quare non dicitur spirituale annexum temporali sicut econtra.
- 4 Laici qualiter possint esse capaces iuris patronatus.
- 5 Ius patronatus regulatur sicut alia spiritualia.
- 6 Actio que competat contra imprudens presentare.
- 7 Ius patronatus an sit ius gratiosum an de iure communi concessum.

- 8 Presentatio an sit ius.
- 9 Ius aliquod an transferatur in beneficia in presentatum per presentationem.
- 10 Ius plenum an transferatur. per institutionem in beneficio iuris patronatus vel alio absque apprehensione possessionis.
- 11 Ius patronatus an sit diuiduum an indiuiduum.
- 12 Presentatio est fructus vel effectus iuris patronatus.
- 13 Patronus duobus discordantibus an superior possit eos compellere ad diuisionem faciendam.
- 14 Ius patronatus ecclesiarum quotuplex sit.
- 15 Patronatus ecclesiasticus quid sit.
- 16 Ecclesia & laicus si habent simul ius patronatus an tale ius patro. regulabitur vt ecclesiasticum an vt seculare.
- 17 Patronus vnus ecclesiasticus si habeat ius. patronatus. simul cum pluribus laicis an iudicabitur ius patronatus ecclesiasticum an seculare.
- 18 Ius patronatus begunarum. vel fratermitatum. disciplinatum & illorum de tertio ordine sancti francisci & similibus an dicatur ius patronatus ecclesiasticum.
- 19 Clerico ecclesiam fundante si dubitatur an de patrimonio an de bonis suis ecclesia id fecerit an hoc casu iudicabitur ius patronatus ecclesiasticum vel seculare.
- 20 Ius patronatus ecclesiasticum & seculare qualiter differant.

**V**s, circa istud verbum ius, primo quero vel temporale. Vt ista quæstio bene decidat. scire oportet quod spiritualia multis modis sumuntur secundum Ioan. Andr. Abb. Io. de Ana. in capit. consulere de simo. habetur etiam per glo. & Archid. in cap. primo. j. q. j. per Archid. in capitulo pie mentis. xvj. q. vij. per do. Ant. de Butr. & Panor. in c. quanto. de iudi. Quædam enim sunt spiritualia secundum essentiam suam. & istorum aliqua sunt incorporalia aliqua corporalia. incorporalia vt virtutes dona Dei & similia. corporalia vt reliquæ sanctorum: quædam sunt spiritualia per causam vt sunt sacramenta. per quæ consequuntur gratiam. & sic sunt causa gratiæ. quædam sunt spiritualia per statum vt religio. quædam sunt spiritualia quæ dependent à potestate spirituali vt est absolutio peccatorum. capitul. ad aures. de simon. quædam sunt spiritualia ratione officij. vt in capitulo ad aures. de simo. exemplum in his quæ competunt clerico ratione ordinis. vt pulsare cāpanas. claudere ostia ecclesie & similia: quædam sunt spiritualia quia sunt deputata ad vsum spiritualium vt. vasa sacra: vestes sacerdotales & similia: & appellant Ioan. Andr. & Abb. in d. capitul. consulere. annexa spiritualibus. & in ista specie videtur comprehendere ius patrona. Archid. tamen in d. capitulo primo. postquam enumerauit multas species spiritualium. dicit in summa concludendum esse. quod sicut anima viuit secundum seipsam. corpus autem viuit ex vnione animæ: ita quædam sunt spiritualia secundum seipsa. vt sacramenta & huiusmodi: quædam autem sunt spiritualia. ex eo quod spiritualibus adherent. Et istam conclusionem etiam videtur ponere dom. Ant. de Butr. in capitulo. iij. de iudi. & ibi refert Abb. in ij. colum. subiciens. quod tantomagis dicuntur spiritualia isto secundo modo quanto magis spiritualibus adherent. Alibi etiam dicit Archi. scilicet in j. de conse. dist. i. prima quod sacramentorum quædam sunt salutaria: quædam veneratoria: quædam ministratoria: quædam preparatoria: & exemplificat vt per eum. & sacramenta ecclesie enumerat glo. in cap. veniens. de transact. ¶ Et aduerte. quod non omne id quod tendit ad finem rei spiritualis & anime dicitur spirituale. exemplum datur in libris ecclesiasticis qui ordinantur ad finem anime & rei spiritualis. non tamen sunt spirituales nec facti. ita dicit formaliter Abb. Panormi. in dicto capitulo quanto. columna tertia. de iudi. His sic præmissis in quæstione. proposita. reperio aliquos dicere prout Gof. hic in sum. versitem nota. quem refert & sequitur do. Anto. de Butr. in d. cap. quanto. & in rubri. de iud. quod ius patron. est realiter spirituale. quod patet. quia vendi non potest eo. de iure. infra eodem. & si opponatur de dicto capitulo. quanto. & de d. c. de iure. vbi dicitur annexum spirituali. non autem spirituale. Respondet ipse quod dicitur annexum non inspecta natura. sed inspecto isto accidente. scilicet. quod ex dispensatione ecclesie cadit in laicum. ex hoc infert domin. Anton. quod cum essentialiter. seu realiter ius patro. dicatur spirituale. debet quo ad omnia iudicari vt ius spirituale nisi aliud in contrarium à iure reperiat expresse. & ideo secundum eum: vbi spiritualis causa deberet tractari simpliciter & de plano. idem dicendum esset. de iure patronat. ¶ Contrariam opinionem tenuit glo. in d. c. pie mentis. quæ concludit quod ius patro. est partim spirituale & partim temporale. spirituale

rituale est quia vendi non potest. d. capitul. de iure. temporale est quia possidetur à laicis & transmittitur ad hæredes. cap. j. in fr. eodem. cap. filijs. xvj. q. vj. Et istam opinionem tenet in effectu Abb. in d. capitulo quanto. in ij. not. & in rubr. de iudi. in penultim. colum. vbi dicit, quod est mistum, vel annexum spirituali: dicitur ergo temporale ius annexum spirituali. Ista eandem opinionem sequitur domin. Cardin. hic in ij. quest. subijciens ramē quod potius dicitur annexum spirituali quā partim spirituale & partim temporale: motus vt credo quia ius patrona. est indiuisibile. dicto capitul. primo. infra eodem ergo non potest bene dici pro parte spirituale & pro parte temporale. Sed ad istud argumentum respondet gloss. in d. capit. pia. mentis. & Abb. vbi supra quod ista diuisio potius ad intellectum quam ad actum referenda est. Istam etiam opinionem quod non sit merē spirituale ius patrona. tenet gloss. in dicto capitulo quanto. & tenere videtur Archid. in d. capitulo pia. mentis. & d. capitulo primo. infra quæstio. j. & sequitur Areti. & moderniores. in d. rub. de iudi. vbi ista quæstio examinatur. do. tamen Andr. barba. ibi sustinet opinionem Goff. & domi. Anton. & istum punctum plenissime attingit. in capit. quanto. in iij. colum. cum sequentibus. Et tandem ibi mutat opinionem & dicit quod ius patronat. est spirituale omni respectu: & sic nedum inspecta natura: sed etiā inspecto accidenti, subijcit tamen quod forte esset necessaria declaratio papalis ex quo passus videtur dubius. mihi placet opinio domin. Abb. & sequacium. quam etiam seq. Aret. in d. capitul. quanto. & eam etiam reperio tenere ibi dom. Cardin. Flo. & capi. examinata. eod. ritu. vbi dixit quod ius patrona. improprie est spirituale & allegat. d. capitulo quanto. & me mouet precipue. quia si ius patrona. esset merē spirituale text. in d. capitulo quanto. & in d. capitulo de iure. non dicerent quod esset annexum spirituali. Ista enim sunt diuersa vt de se patet & respondere ad illud tex. prout respondent tenentes contrarium est violare & improprie verba illius tex. & hanc opi. dom. Abb. etiam tenet & per plura comprobat dom. Fel. Sandeus in d. capitulo quanto. in j. & ii. colum. Et tenendo istam opinionem de facili potes respondere ad argumentum tenentium contrarium dum dicunt spirituale est. quia vendi non potest. Ista non est bona consequentia, quia si dicimus quod sit mistum ius vel annexum spirituali, sequitur idem effectus, quia vendi non poterit quia connexorum idem est iudicium. capit. translatio. de constitut. d. c. quanto. & d. cap. de iure. & si quis dicat vellem scire rationem quare ius patrona. dicatur annexum spirituali. respondet Abb. in d. rubrica. & in d. capitulo quanto. in secunda columna. subijciens, quod ista est vera ratio, quæ non solet assignari per docto. scilicet, quod dicitur annexum spirituali, quia facit præparamentum ad ius spirituale, id est, ad institutionem obtinendam. Istam tamen rationem reperio prius positam per Archidia. in dicto capitulo primo. infra quæstione prima. circa finem, dum dicit, vocatur annexum spirituali. quia quod ad alterum adminiculando ordinatur, est annexum eidem: & de mente Ioan. Andr. & ibi etiam Panorm. refert. in capitulo consilere. infra de simonia. vbi dicunt, quod aliqua sunt annexa spiritualibus: quia sunt ordinata ad spiritualia, & inter hæc enumerant ius patronat. Considera tamen, quod non videtur bona ista ratio: quia procedit respectu præsentationis tantum: non autem respectu iuris patronat. quod aliud est quam ipsa præsentatio. & ex quo iure patronatus alij effectus procedunt quam præsentatio, vt patet ex diffinitione, de qua supra. & ex his quæ dicit Panormi. super ea. aliam rationem assignat domin. Anton. de Butr. scilicet quod annexum dicitur considerato hoc accidenti, seu propter hoc accidens: quia concessum est laicis. Sed ista ratio reprobatur per omnes communiter in dicto capitulo quanto. dum reprobant opinionem ipsius d. Anton. de qua supra, aliam rationem assignat Bald. in dicto capitulo quanto. scilicet quod ideo dicitur annexum, quia adhæret ecclesiæ. & ista videtur sequi Felin. ibi. columna secunda. & ista magis mihi placet. aliam & quartam assignat gloss. capitulo pia. mentis. decimasexta quæstione septima. scilicet quod dicitur annexum: quia est partim temporale, & partim spirituale. Sed ista ratio etiam non videtur bona: quia ea attempta ius patronatus deberet potius dici mistum. & tamen id iure non cauetur: licet quandoque doctores appellant mistum, & quod melius appelleretur annexum quam mistum firmat Cardinalis Florentinus in hac rubri. quæstione secunda. & dominus Franciscus Aret. in dicto capitulo quanto. ¶ Tertio posset quis instare circa prædicta quare ius patrona. non dicatur spirituale annexum temporali sicut dicitur e contra. Breuiter puto posse responderi, quod illud sit, quia mistum assumit naturam di-

gnioris potentioris. ita Abb. in dicto capitulo de iure. & probatur per l. quaritur. ff. de statu homin. ¶ Tertio instabit subtilis si ius patronatus assumit naturam dignioris, & sic magis spiritualitatis quam temporalitatis, quomodo possunt laici esse capaces iuris patrona. quia laici spiritualia possidere nec præscribere possunt. capitulo causam. de præscrip. capitulo sacrosancti. & capitulo messina. de electio. & not. in capitulo nobis. infra eodem. ad hoc potest responderi quod contraria procedunt regulariter. sed ipsa regula fallit in iure patronat. quod bene possunt quasi possidere laici ex gratia eis à iure concessa: & ratio fallentis est, vt ipsi laici inducantur ad fundationem, constructionem, & dotationem ecclesiarum. ita Abb. in capitulo primo. in principio. de prebend. & in dicto capitulo quanto. in tertia columna. & ibi etiam alij de iudicijs. & sentit gloss. magna in capitulo cum dilectis. infra eodem in fine. ¶ Quarto instabit subtilis. tu firmasti quod ius patronatus potest per laicos quasi possideri. contra de dicto capitulo quanto. de iudicijs. vbi dicitur, quod iudex laicus de eo non potest se intromittere. istud contrarium soluunt doctores. & clarius Abb. ibi in tertia colum. in dicto capitulo quanto. Nam dicunt ipsi, licet laicus quasi possideat ius patronat. non tamen per hoc inferatur, quod iudex laicus de eo cognoscere possit. quia priuilegium sibi concessum, vt possit ius patronatus quasi possidere, vt inducatur ad construendas & dotandas ecclesias tanquam exorbitans à regulari iuris, non debet extendi ad alios casus maxime in præiudicium ecclesiæ. argum. capitulo san. infra de priuilegijs. capitulo quod ob gratiam. & capitulo. in argumentum. de regul. iur. libr. vj. vnde concessio facta laicis, de iure patronat. intelligitur ratione possessionis, vel actuum consecutorum ad ius possidendi: prout esset transmittere ad hæredes, & cum vniuersitate alienare vel alijs modis: prout haberetur per gloss. in capitulo pia. mentis. decimasexta quæstione septima. & in capitulo cum secularum. infra eodem. non autem intelligitur concessum laicis quantum ad alios effectus, scilicet, vt possint de eo iudicare, vel aliter de eo se intromittere. dicto capitulo quanto. & propterea dicimus, quod in laicum non potest de iure patronatus compromitti. ita videtur concludere Ioan. Anton. & Abb. in capitulo examinata. de confirma. viii. vel inutili. de quo videatur Moderni. in dicto capitulo quanto. & quod dicit d. Alexan. consilio suo lxxv. in quarto volumine incipiente visis. in penultima columna. & ibi per eam allegata. & domin. Abb. in disputatione sua incipiente Augerio. in sexta columna. vbi firmat, quod super iure patro. non potest transigi. & est tex. clarus. in capitulo præterea. de transact. Comprobatur ista solut. quia in istis casibus non militat ratio, quare ius patronat. concessum fuerit laicis, de qua supra. Aduerte tamen, quia patrono nedum competit quasi possessio iuris patronat. sed etiam proprietatis. capitulo consultationibus. cum ibi no. aris. infra eodem licet doct. in dicto capitulo quanto simpliciter loquantur de possessione solum. & etiam gloss. ibi. Ex prædictis inferitur quod ius patronatus regulariter regulatur, prout alia spiritualia dicto capitulo quanto. cum alijs supra deductis. Limita tamen istam conclusionem tribus modis. Primò, vt non procedat in casibus in contrarium expressis à iure, videlicet in quasi possessione iuris patronat. vel actuum consecutorum. quia vt dictum est id competit laicis, licet spiritualia non comperant. ¶ Secundò limita, vt non procedat in odiosis. quia appellatione spiritualium, vel causæ spiritualis, non venit causa iuris patronatus, quia proprie non est spiritualis, sed annexa, vt supra dictum est. ita notabiliter concludit Abb. Panormi. in capitulo secundo. in prima columna. in fin. supra de iura. calum. & in dicto capitulo quanto. in notabilibus. licet in contrarium faciat quod dicit ipse Panorm. in capitulo. translatio. de constitut. ad ibi dicta per doctores me remitto. ¶ Tertio limita istam conclusionem vt non procedat quantum ad actionem personalem, quæ competit ad constitutionem, vel ex promissione tradendum: sed ad erigendum ius patrona. quia non regulatur vt alia spiritualia. nec est de foro ecclesiæ: nec habet idem priuilegium. ita d. Anto. de Butr. in d. c. quanto. iuxta finem. vbi vult, quod iudex secularis possit cognoscere de causa actionis personalis, quæ intentatur: pura pro iure patrona. promisso donari. & idem tenet ibi do. And. Barbarius colum. antepenult. & etiam refert & sequitur ibi dom. Felin. Sandeus in fine. & idem tenet ibidem reuerendus auditor Rotæ apostolicæ dom. Andreas Bassignana. qui mouetur inter cætera ea ratione: quia causa iuris patro. pertinet ad iudicem ecclesiasticum: quia habet connexionem cum institutione quæ est spiritualis. sed ista ratio cessat secundum eum

# Tract. de iure Patro.

in causa iuris patronatus constituendi. eandem opinionem tenet do. Franc. de Aret. in cons. suo vj. incipien. In Christi nomine viso instrumento sic. Abb. tamen in hoc contrarium tenet in d. c. quanto. in fi. & idem tenet ibi Ioan. de Imo. per generalitatem illius text. ibidem tenet dom. Franc. de Arc. in consilio suo. lxxxiii. incip. multa. sed præcedens opinio videtur verior. & eam tenendo non obstat quod dicit Abb. in d. capitul. quanto. dum dicit quod donatio & promissio iuris patrona. subicitur iurisdictioni iudicis ecclesiastici: quia in ea requiritur consensus episcopi. cap. vnico. j. eodem lib. vj. quia potest dici quod ille text. & similes non loquuntur in promissione de donando. sed in donatione tantum: nisi dicas, quod sicut consensus episcopi requiritur in donatione ita in præambulo. videlicet in promissione de donando. prout videtur velle do. Card. Flo. in capitulo cum in seculum. in iij. quæst. j. eodem titulo. & comprobatur: quia rationes quare requiratur consensus episcopi in donatione iuris patrona. quas refert Abb. in cillud. j. eodem titu. videntur militare in promissione de donando. ¶ Que autem actio competat contra impedientes præsentare. vide Bald. in rubrica C. de usufruct. gloss. in capitulo. examinata in gloss. ij. de iudi. ibidem domi. Ant. de But. Abbas. & communiter ceteros dicentes. quod competit confessoria vel negatoria. an autem directa vel utilis. dic vt per eos. vide gl. in l. in rem. §. loca sacra. ff. de rei vendi. quæ dicit quod ius patron. petitur conditione ex iure canonum vel ex lege. vide tamen doctores ibi maxime Bartol. & Angelum. & vide Bald. dom. Card. & dom. Andr. Barbatium in d. cap. quanto. & doct. in cap. examinata. eodem titu. dic prout in dictis locis concluditur. Que autem actio competat patr. ecclesiæ expulso per vim de custodia ipsius ecclesiæ. vide Bald. & dominus Andreas Barbatius in dicto capitulo quanto. Quomodo autem formetur libellus quando agitur contra episcopum instituentem. vel quando vnus patronus agit contra alium. vel quando petitur præsentatio admitti & generaliter quomodo sint formandi libelli in materia ista. traditur ordinatè per Specul. in hoc eodem titulo. quasi per totum. Quod autem remedium comperat spoliato possessione iuris patronat. vide Specul. in titu. de restitut. spol. §. nunc dicamus. post principium. Qualiter autem agatur si patronus ad inopiam vergens petit sibi per ecclesiam prouideri. habetur per eundem in hoc titulo. versiculo porro. & in titulo de offi. iudi. §. secundo. vers. si vero. & sequenti. De hac tamen materia. scilicet. quando ecclesia teneatur prouidere patrono indigentia dicitur plenè infra super verbo & vile. Que autem forma seruetur in præsentando & in conficiendo instrumentum præsentationis: vide Speculum in hoc titulo. in ver. verum. An autem patronus possit vna cum præsentato comparere in iudicio. & petere eius præsentationem confirmari. & an si præsentatus sit mortuus possit iudicium inchoatum per ipsum præsentatum prosequi. & petere declarari ius præsentandi ad eum spectare: vide Rotam in decisionibus suis nouis iudicione secunda sub hoc eodem tit. ¶ Secundò quæro circa istud verbum ius. an ius patronatus sit ius gratiosum. an de iure communi concessum. in hoc puncto reperio docto. hic & in capit. tertio. infra eodem. & in d. capitul. quanto. de iudi. & Abb. in capitulo primo. de præbend. dicere. quod ius patron. est ius gratiosum. seu de gratia concessum. fundantur omnes per textum in cap. iij. in verbo sustinuit. infra eodem. & dicit Abbas in dicto capitulo ad apostolicam. de simo. quod principaliter fauore laicorum introductum est. sed in hoc vtputo malè dicit. quia ius patronatus laicis conceditur principaliter. vt ipsi laici ad constructionem ecclesiarum inuidentur. vt no. in dicto capitulo iij. & in capitulo cum dilectus. j. eodem. in gloss. magna. in fin. ergo fauore ecclesiarum principaliter est concessum. ¶ Redeundo modo ad propositum ratio. quare de iure communi ius patro. non fuerit introductum. vt dicunt præfati doctores est. quia laici non sunt capaces spiritualium per iura in præcedenti quæstione allegata. ego multum dubito si per hac decisionem: quia ius patro. etiam competit personis ecclesiasticis vt declarat Abb. in capitulo illud. infra eodem. & est text. in capitulo vnico. de iure patrona. libro sexto. & in capitulo cum autem. infra eodem. & alibi sæpe. sed personæ ecclesiasticæ indubitanter sunt capaces spiritualium vt de se patet. & probatur. in dicto capitulo causam de præscrip. & in dicto capitulo quanto. de iudi. ergo non est verum generaliter. quod ius patronat. sit ius gratiosum: quia respectu personarum ecclesiasticarum videt quod competit de iure communi. cum nihil repugnet. nescio aliter respondere pro nunc nisi quod etiam respectu ecclesiasticarum personarum erit ius gratiosum respectu præsentationis. quæ de

iure communi non potest fieri ab aliquo: quia collatio beneficiorum spectat ad episcopos. capitulo cum ex iniuncto. in fine. j. de hæreticis. capitul. cum omnes basilicæ. xvj. quæstione septima. ergo vbi episcopus non possit conf. re libere: quia alius habeat ius præsentandi: patet quod illud ius habet de iure speciali vel ex priuilegio sibi concessio. ergo ius patrona. vel ius præsentandi competit ex priuilegio etiam ecclesiis & personis ecclesiasticis. & sic indistinctè erit ius gratiosum. vel dic quod ius patron. de gratia conceditur laicis. sed ecclesiasticis conceditur de iure communi. & sicut modo tolluntur contraria. vide etiam circa hanc quæstionem Barba. in capitulo. quanto. in septima columna. in principio. §. de iudic. vbi concludit quod aliquo respectu ius patron. potest dici ius & non gratia exemplificando vt per eum. vide etiam Abb. & alios in puncto in capitulo super eo. in j. no. de offi. deleg. ¶ Tertio quæro an præsentatio sit ius breuiter credo quod non. Præsentatio enim est actus facti quia vt supra dictum est in declaratione terminorum in tertia quæstione præsentatio est exhibitio quædam de clerico præsentate facta: & dicitur effectus iuris patronatus. vt dicit gloss. in capitulo primo. infra eodem. seu fructus. vt per Abb. & alios in capitulo consultationibus. infra eodem. & per gloss. fin. in capitulo cum Ber. de re iudi. nisi dicamus quod ipsum præsentare bene est facti. sed præsentatio ipsa prout est annexa spiritualitati. i. institutioni dicatur ius: vt sentit Abbas in capitulo quanto. in ij. colum. de iud. vbi dicit quod præsentatio est ius annexum spiritualitati. & clarius hoc decidit in capitulo super eo. per illum text. de off. dele. vel dicas quod præsentatio antequam sit deducta ad actum est ius. postea quando deducitur ad actum est factum: vt in simili dicunt alibi moderni. de accusatione in rubrica. infra de accus. & alij. de bonorum possessione. C. qui admittit. Et in quantum supra dixi quod præsentatio est fructus iuris patro. vide omnino quæ circa hoc accumulatur domin. Felin. in capitulo cum olim. in prima columna. de maiorita. & obediens. vbi inter cætera attingit an in dispositione faciente mentionem de fructibus comprehendatur præsentatio. ¶ Quarto quæro an per præsentationem transferatur aliquod ius in beneficio in præsentatum. doctores solent dicere quod non. quia præsentatio est quoddam inchoamentum seu præambulum ad obtinendam institutionem episcopi. & ad obtinendum ipsum ius. capitulo quod autem ibi inchoatum & c. infra eodem. & ita no. Abbas & doct. ibidem firmat. Abbas. in capitulo secundo. & in capitulo nobis. infra eodem. & in capitulo quanto. in ij. colum. de iudi. & in rubrica. eodem tit. post Innocen. in capitulo. quod sicut. supra de electio. Idem tenet Abb. in capitulo cum Bertold. de re iudi. in ij. colum. vers. oppono secundo. vbi melius loquitur quam alij in hoc puncto post gloss. tertiam ibi. & finaliter videtur concludere. quod præsentatus nullum ius habet in beneficio. sed bene habet ius ad petendum illud beneficium. vel saltem potest implorare officium superioris: perseuerante patrono in eadem voluntate per illum textum iuncta gloss. tertia. sed vbi patronus variaret. tunc etiam præsentatus secundo loco haberet aliquale ius. quia episcopus possit ipsum secundum admittere ipse primo. Istam conclusionem & distinctionem sequitur simpliciter Felin. ibi in principio. Idem concludit in effectu Lapus allegatione sua octaua incipiente præsentatus in vltima columna. idem & clarius dominus Cardinalis Florentinus in clementina vnica in principio in secunda oppositione. de supplen. negligens. prælat. vbi dicit hoc procedere etiam in præsentatione quæ habet vim electionis. scilicet. in præsentatione patroni clerici. Præmissam etiam conclusionem tenet ipse in capitulo pastoralis in prima columna infra eodem. dum dicit præsentatio non tribuit ius respectu tituli. Idem in capitulo. quoniam. in decima quæstione. & in capitulo quod autem in j. nota. infra eodem. ista etiam fuit conclusio Innocen. cuius verba Abbas ibi commendat in capitulo dilectus. de offi. lega. vbi dicit Innocen. quod per præsentationem acquiritur ius ad beneficium: per institutionem verò acquiritur ius in beneficio. idem etiam concludit Abbas in capitulo quod autem. vers. oppono contra textum. j. eodem. & idem volunt moderniores in rubrica de iudi. Limita tamen vt præsentatus habeat ius ad beneficium. & sic ad rem postquam accepta uir præsentationem. prius autem non dicitur propriè habere ius etiam ad rem. ita concludit Calde. in cons. suo xvij. incipiente præsentato sub hoc. eod. tit. & no. quod tale ius ad rem dicitur habere præsentatus etiam quod præsentatio non sit admissa ab eo cui facta est: ita dicit Bald. in repertorio suo iuris ciuilib. & canonici in verbo patronatus. vers. ij. allegat tex. pro singulari. in d. cap. cum Ber. ¶ Quintò quæro. an per institutionem transfe.

transferatur plenum ius in beneficio iuris patronatus, vel alio absque apprehensione possessionis Abb. in capitul. quod autem. §. eodem. decidit quod sic mouetur, quia licet in temporalibus requiratur traditio & apprehensio possessionis ad hoc quod quis dicatur habere plenum ius. l. traditionibus. C. de pact. l. quoties. C. de rei vend. secus est in spiritualibus per text. clarum in cap. si tibi absenti. de præbend. lib. vi. vbi etiam Gemini. & doct. notant. Idem decidit Abb. in cap. suggestum. in primo no. §. eodem. Idem Innocen. Abb. & alij. in c. inter cætera. §. de præben. vbi dicunt, quod facta permutatione beneficiorum cum autoritate superioris acquiritur ius permutantibus sine alia traditione. & facit optimè quod dicit Abb. in c. quod autem. in si. textualium. §. eodem. vbi dicit quod sufficit quod præsentatus sit in iustitiam dato, quod possessionem non apprehenderit, quia ex sola institutione habet plenum ius per d. c. si tibi. Contra istam conclusionem, arguitur sic, si inductio in possessionem non est necessaria, quia per institutionem acquiritur plenum ius, archi. & similibus in quibus dicitur, quod ius inducendi beneficium in possessionem beneficij spectat ad archidiaconum. Istam difficultatem mouet Abbas in capitulo transmissi in secunda colum. de electio. & facit pro concordia. & solu. hanc distinctionem, quod aut alius est in possessione beneficij, & tunc non est licitum institutio, vel confirmatio administrare nisi prius inducatur legitime in possessionem illius beneficij, quia secus faciendo esset spoliare possessorem propria autoritate: quod non licet. cap. eum qui de præben. lib. vi. Et isto casu procedit contrarium, aut nullus est in possessione beneficij, & tunc tenet communem esse opinionem ut supra, scilicet quod sine apprehensione possessionis habeat clericus plenum ius in beneficio & possit administrare in ipso beneficio. Limita tamen hanc conclusionem ut non procedat quantum ad effectum ut quis dicatur in quasi possessione iuris patronatus, quia est necesse quod præsentatus per eum & institutus sit in possessione beneficij & habitus pro rectore vel clerico illius beneficij, ita decidit domin. Calde. in consilio suo. xi. incipiente, quæ requirantur & c. in titulo de iure patronatus. allegat notata per Innocen. & Hostien. in capitulo. ij. de in integ. restit. & ibi etiam ponit alia requisita ut quis dicatur in quasi possessione iuris patronatus, & dicam infra supra verbo competens alicui, in x. questione Limita etiam ut non procedat hæc conclusio quantum ad alium effectum de quo per Abb. in capitulo. cum super in iij. colum. supra de cau. pos. & proprie. quem omnino vide pro inuelligentia prædictorum. Quomodo autem acquiratur possessio beneficij. vide Innocen. & doctores in capitul. in literis. supra de restitutio. spoliato. vbi etiam tradunt quomodo amittatur & videbimus super verbo competens alicui, in questione. xi. & sequentibus. ¶ Sexto quero an ius patronatus sit diuiduum: vel indiuiduum, in hoc puncto distingue, quod si nos loquimur de ipso iure patronatus, tunc indiuiduum est, text. est in capitulo primo. infra eodem. hinc dicit Bald. in l. familie. C. com. vtrius. iud. quod cum ius patronatus competat in solidum, non venit in diuisione. & ratio est secundum gloss. & doctores in dicto capitulo primo. & gloss. in capitulo piz mentis in fine. xvi. questio. vii. quia ius patro. est quid incorporale sed incorporalia diuidi non possunt. l. §. usus fructus. ff. ad l. falc. l. cornelia pia. ff. de iure patro. igitur & c. idem tenet Bal. & refert & sequitur domin. Andreas Barbarius. quos omnino vide pro declaratione huius conclusionis in capitulo quanto. de iudi. Ista conclusio exemplificatur tribus modis, ut per doctores & Abba. Panormi. referentem in dicto capitulo primo. ad quos me remitto. Ex ista conclusione ego infero, quod in iure patronatus. habet locum ius accrescendi. quia in his quæ indiuidua sunt habet locum ius accrescendi. text. est in l. proprium. ff. commu. præd. notant Bartol. & alij communiter in l. simihi & Titio. ff. de verborum obligatio. docto. in capitulo primo. de duobus fratribus de nouo beneficio inuicti. Ioan. And. in additionibus Specul. in rubrica de feudis & Bald. in l. vnica. circa vltimam columnam. C. quando non pe. par. & ibidem Sali. in x. questione. & Bal. in l. j. §. interdu. ff. de usufruct. accrescen. & facit quod not. Bartol. in l. ij. §. ex his. in vltimis verbis. ff. de verborum obligatio. & ita in terminis decidit Paulus de Eleaza. in disputatione sua incipiente patronus ecclesie. Idem dominus Alexand. in d. l. simihi & Titio. in fine principii. ff. de verborum obligatio. & idem sentit Calder. in consilio suo octauo. posito sub hoc titulo de iure patronatus. Idem Bald. in capitulo quanto. in ij. colum. de iudicis. vbi concludit quod si contra vnum ex patronis fertur sententia & alius obtrinit, quod obtinenti totum accre-

scit. & ibi in specie refert & sequitur domi. Andr. Batba. Si vero nos loquimur de presentatione, quæ est fructus vel effectus iuris patronatus. & ista quædoque potest diuidi scilicet hoc modo: tu presentabis, ista vice & ego altera quando continget ecclesiam vacare. text. est clarus in cle. plures. eodem titu. Circa quod vide pulchram decisionem Ioan. And. in capitul. cum illis. §. fin. de præbendis libro sexto: quam refert & sequitur excellens doctor dominus Lu. Ioui. bologni. in additione sua facta ad Ioan. de ana. in consil. suo. xliij. incip. stante vicissitudine. dicunt enim præfati doctores quod facta conuentione inter patronos modo quo supra, si Papa mandat prouideri de beneficio, quod spectat ad presentationem alterius illorum patronorum non potest is pro quo scribitur habere beneficium illud si illa vice presentatio spectat ad alium patronum, cuius decisionis non fuit memor maximus accumulatores & canonistarum princeps dominus Felinus Sandeus in suo tractatu quando literæ apostolicæ noceant patronis ecclesiarum. Reduendo nunc ad propositum potest etiam fieri diuisio hoc modo. Tu presentabis in vna ecclesia & ego in alia præsupponendo, quod habemus duo iura patronatus. ita Abb. Panormi. in dicto capitulo primo. in fine textualium. §. eodem. & hoc procedit etiam sine consensu episcopi secundum dominum Card. in d. capitulo primo. in iij. questione. per dictam clem. plures. in verbo liberè. cum gloss. & istam distinctionem videtur sensisse gloss. in d. capitulo primo. dum dicit quod ius patronatus tanquam indiuiduum est apud vnumquemque hæredem in solidum quantum ad omnes effectus, præterquam quoad presentationem, quæ est apud omnes pro parte sua, ita quod nullus de parte poterit presentare. & quæ sit ratio diuersitatis, scilicet, quod magis ius patronatus sit in solidum apud patronum quantum ad alios effectus quantum ad presentationem pulchre explicat Ioan. And. in d. cap. primo. super glo. j. & clarius dom. Card. Flo. in clem. plures. in principio. in iij. colum. eodem. titu. prædictam etiam distinctionem facit domin. Card. Flor. in clem. plures. in prin. in iij. colum. in vers. quia verò ad hæc moria. eodem. titu. dicens, quod diuisio pa. est indiuisibile in substantia, sed diuisibile quo ad ius presentandi. Adducit simile, quia iurisdicatio quando cunque est apud plures in solidum, sed exercitium pro parte. cap. prudentiam. in princip. de offic. delega. ¶ Quid autem si sint duo patroni qui sint discordes an possit superior eos compellere ad faciendum diuisionem modo quo supra. ut alternis vicibus fiat presentatio per eos. reperio quod do. Fel. Sandeus in c. quæ in ecclesiarum. col. pe. de consi. in vers. cæterum in fine sentit quod sic. dum allegat glo. in c. licet. xvi. q. j. & subiicit illam esse notandam ad intellectum cle. ij. de iure pat. dicit enim gl. præallegata quod si duo episcopi habeant communiter ecclesiam subiectam. & discordant in ecclesie dispositione, superioris erit officium, ut alternis annis disponant. Ego tamen puro dicendum contrarium hoc casu quia diuersa militat ratio in presentatione fienda quæ si fiat nunc incertum est quando alia vice fieri debeat. Sed in casu dictæ gloss. certum est quod alternis annis quilibet episcopus habeat exercitium illius iuris. præterea quando patroni discordant, satis est præsumptum à iure de modo prouidendi ecclesie ut in c. iij. & in c. cum autem. cum ibi no. §. eo. ¶ Septimo quero circa istud verbum ius quod duplex sit istud ius patro. ecclesiarum de quo tractamus. breuiter dic quod duplex, vnum appellatur ius patronatus ecclesiasticum: aliud laicorum. Et sic alij dicuntur patroni laici, alij dicuntur patroni ecclesiastici. text. est in cap. vnico in si. eodem. titu. lib. vi. & in cap. cum autem. §. eodem. vbi Abb. & Do. Idem Abb. & alij. in c. eam te. in c. cum propter. & in c. pastoralis. in c. cum dilectus. §. j. eodem. & alibi sæpe patronatus laicorum seu patronus laicus dicitur quando aliquis laicus vel clericus ratione patrimonij sui ecclesiam fundauit construxit vel dotauit. glo. est in clem. plures. in verbo presentare. eo. tit. & ita declarat Abb. & alij in locis supra allegatis. Idem Abb. in c. illud §. eod. in c. de monachis. §. de præben. vbi semper concludunt do. quod etiam si clericus nomine proprio seu ratione patrimonij sui fundet ecclesiam vel capellam, tamen cæsetur ius patrimonij seu illi æquiparetur per oia. ut dicit. Ab. in d. c. eam te. in si. Et ita est firmat do. Fel. alias autoritates allegando in suo tractatu 14. quando literæ apostolicæ, & c. ¶ Patronatus autem ecclesiasticus dicitur, quando clericus habet illud nomine ecclesie sue, ita doct. vbi supra. seu quando ipsa ecclesia vel aliqua vniuersitas vel collegium religiosum vel clericorum habet ius patronatus. ut decidunt domini de Rora decisione octaua in antiquis in tit. de iure patro. & latius do. Fel. in d. suo tract. in vij. col. & probatur in c. vnico. eo. u. lib. vi. ¶ Sed circa istam decisionem inuolunt 15. gunt alie quæstiones accessoria. ¶ Prima est, pone quod ecclesia &



fla & laicus habent ius pat. an regulabitur tale ius patronatus vt ecclesiasticum an vt seculare. glo. in c. vnico in verbo ecclesiasticus co. tit. lib. vi. concludit qd regulabitur vt ecclesiasticum. Et propterea hoc casu laicus habebit sex menses ad presentiam dum, vbi tantum haberet quatuor. & cum illa glo. transeunt Archid. Gemi. & alij ibi. Et ratio decisionis est quia magis dignum trahit ad se minus dignum. c. quod in dabij. cum gl. & con. eccle. vel alta. l. queritur. ff. de sta. ho. cum similibus. Itam etiam conclusionem sequitur Abbas in c. cum propter in fin. in c. eam te. j. co. Idem firmat Fedc. de senis in consil. suo. l. xv. incipien. infrascripta quæstiones. in vlt. col. in prin. Idem etiã tenet Abbas in c. de quarta. in v. colum. de præscript. vbi per dictam glo. in simili concludit, quod si laicus habet rem communem & indiuisibilem cum ecclesia tunc non currit præscriptio contra laicum spatio temporis à iure communi statuto. sed conseruatur ius suum propter ecclesiam. allegat tex. optimum & quasi expressum in l. si communem. ff. quemadmodum feruitus amittitur. Facit etiam quod no. Bar. & Bal. in l. præscriptus. §. eo obseruando. C. de appel. vbi dicunt, quod si clericus & laicus essent obligati ratione clerici ambo conueniunt coram episcopo, quod etiam sequitur dom. Andreas Barbatius in rubrica de officio deleg. in ij. colum. & dominus Alexander in consil. clxvij. incipien. viso toto processu. in ij. volumine in fine. & in consil. clxxxiii. incipiente viso processu eodem volumine & Abbas in capitulo super quæstionum §. si vero. in ij. colum. supra de officio delega. vbi ponunt similes decisiones. & illam decisionem Bartol. in d. l. præscriptus. exclaimat Matheslanus notabili suo clxiii. Et possent infinita accumulari quæ accumulauit dominus Felyn. in capitulo primo. in ij. colum. de præscript. vbi pulchre ornat regulam. d. l. si communem. facit etiam quod dicit Rota in antiquis sub titulo de concess. præben. decisione xxxvij. incipiente papa. vbi dicit qd si papa conferat beneficium iuris patrona. clerici & laici simul valet talis collatio vbi alias non valeret. Contra istam conclusionem facit quod decidit Abbas in cap. fina. in fine. infra eodem. vbi dicit quod si presentatio simul pertineat ad patronum laicum & patronum clericum non poterit legatus papa etiam de latere tale beneficium conferre sine presentatione laici: & tamen beneficia iuris patrona. ecclesiastici poterit legatus conferre liberè. capit. cum dilectus. infra eodem. allegat Fedc. de senis consil. xliij. alias est in consil. l. xv. præallegato. Et ita decidunt Lupus & Gemin. ibi in vltimis verbis in d. capitulo vnico eodem titulo lib. vi. Istam difficultatem tangit dominus Felyn. in dicto tractatu. in quarta colum. qui alias auctoritates allegat pro & contra: & finaliter soluit distingendod. quod vbi resultat commodum ecclesie vt ecclesiasticæ personæ: & tunc est in casu mitto denominatio à qualitate clericali. non autem à qualitate laicali. Et ita procedit gloss. in d. capitulo vnico eodem titulo lib. vi. cum supra allegatis. Si autem resisteret incommodum vel deterioratio ecclesie ex prædominatione qualitatis clericalis. tunc inspicitur potius qualitas laicalis. Et ita procedunt contraria in quibus legatus non potest conferre beneficium iuris patronat. mistum. quia conferendo liberè necdum præiudicaret presentationi laicali: sed etiam presentationi ecclesie vel ecclesiasticæ personæ. Istam distinctionem comprobo per ea quæ notat Abb. in capitulo super quæstionum. §. si vero. in secunda colum. supra de offi. delega. vbi dicit quod compositum assumit naturam alterius speciei secundum quod iuri minus derogatur. ¶ Secunda quæstio accessoria est. pone qd quod vnus patronus ecclesiasticus habeat ius patronat. simul cum plurius laicis. an tunc iudicabitur ius patronat. ecclesiasticum: an potius seculare. propter maiorem numerum patronorum secularium. videtur dicendum quod iudicabitur ius patrona. seculare per doctrinam Bartol. in l. final. in tertia colum. ff. de colleg. illicitis. vbi dicit quod vniuersitas scholarium censetur secularis. quando plures sunt seculares in ea quam ecclesiastici. & propterea ipsa vniuersitas poterit conueniri coram iudice seculari. fatetur tamen quod vbi essent pares numero censetur ecclesiastica. quia magis dignum trahit ad se minus dignum. & istam doctrinam sequitur Abbas. & ibi dominus Felin. in prima colum. in capitulo ex literis. de consil. eandem doctrinam tradit Bald. in authen. habita. in penultim. colum. in princip. C. ne filius pro patre. facit quod notat idem Bald. in l. final. in decima colum. C. de edict. diu. Adrian. rollen. in versicul. sed hic queritur. vbi dicit quod si sunt plures possessores hereditatis: quibus vniuersaliter debet offerri libellus. quod si omnes essent laici excepto vno qui sit clericus debet agitari iudicium coram iudice laico. Tandem pro ista opinione videtur decisio in terminis Ioan.

de Lig. in capitulo dilectus. iij. supra. de præben. quem refert & sequitur dominus Felin. in dicto capitulo. ex literis in prima colum. vbi decidit quod ius patronatus competens vniuersitati scholarium dicitur ecclesiasticum si ibi sint plures clerici. Si autem sint plures laici dicitur ius patronatus seculare. Contrarium credo verius licet non reperiam hunc punctum examinatum. teneo enim (saluo iudicio) quod iudicabitur ius patronat. ecclesiasticum non considerata pluralitate secularium. & me mouet quia ius patronat. ecclesiasticum. vt supra dictum est dicitur quando clericus nomine ecclesie suæ & sic ipsa ecclesia vel collegium clericorum vel religiosorum habet ipsum ius patronat. vnde hoc casu non consideratur persona ipsius clerici: & sic non consideratur. quod sit vna vel quod sint plures personæ. quia non est ipsa persona clerici quæ habeat ius patronat. sed potius ecclesia. collegium. vel vniuersitas. Et propterea fundamentum de pluralitate cessat. fateor tamen quod vbi considerarentur personæ: tunc attenderetur an essent plures laici quam clerici vel contra. Et propterea si ad vniuersitatem scholarium spectaret ius patronat. seculare. vt supra. hoc enim casu considerantur personæ ad cognoscendum an vniuersitas dicatur ecclesiastica vel secularis: vt supra sed ista consideratio non fit in casu nostro quando ecclesia est patrona. quia ita est patrona si ibi sit tantum vnus clericus. sicut si essent plures. & isto modo possunt concordari dictæ decisiones. Quinimo quadoque consideratur plus persona vnus clericus quam plurium aliorum. vt in casu capitul. per tuas. de arbit. & vide Abbatem & melius vide pro declaratione & intelligentia illius text. & similibus dominum Andream Barba. in capitulo primo. in secunda colum. in fine de locat. vbi habuit optimam considerationem. scilicet quod vbi clerici considerantur tanquam tales & sic tanquam clerici. tunc minor numerus clericorum trahit ad se maiorem numerum laicorum. & ad hoc allegat bona iura licet non allegat dictum capitul. per tuas. Aut vero clerici non considerantur tanquam tales sed sunt in loco tanquam quilibet vt considerantur tanquam quilibet: eo casu maior pars laicorum trahit ad se minorem partem clericorum. exemplum vt dictum est in vniuersitate scholarium. clerici enim sunt in vniuersitate tanquam quilibet & tanquam scholares non tanquam tales. & sic non tanquam clerici nimirum si maior pars secularium vel laicorum trahit ad se minorem partem clericorum. & allegat bonorum textum cum gloss. in capitulo à collatione. de appellatio. libro sexto & istam declarationem sequuntur moderniores in capitulo ex literis. de constitutioni. & ex ista declaratione habes intelligentiam prædictæ quæstionis. & eorum quæ supra dixi. & dictam considerationem habuit primus dominus. Cardin. Floren. in proœmio clementinarum in prima colum. & dominus Abbas Panorm. capitulo auditis. in tertio nota. in fin. de electio. supra vbi allegat glossam pro singulari in dicto capitulo à collatione. & refert dominus Felin. supra in proœmio gregoriano. in principio. dicit enim Panormitanus vbi supra: quod episcopus quantumcumque maximus existens in studio non præcedit rectorem: quia non est in vniuersitate tanquam episcopus. sed tanquam scholaris. & præmissam doctrinam. scilicet quod vbi plures considerantur vt singuli. quod tunc attendatur persona clerici licet laici sint plures: firmat etiam dominus Maria. Socin. in capitulo primo. in ver. decima quinta declaratio. de foro competent. Quid autem si essent pares personæ: scilicet tantæ seculares quantæ ecclesiasticæ: patet veritas ex prædictis. & aliquid faciunt notata per Imo. in capitulo inter dilectos. de 17 donatio. in penultima colum. ¶ Tertia quæstio accessoria est an ius patronat. beguinorum vel istarum fraternitatum disciplinatorum vel illorum de tertio ordine sancti Francisci & similibus dicatur ius patronat. ecclesiasticum. Reperio dominos de Rot. in suis decisionibus antiquis in titulo. de iure patronat. decisione octaua. decidere quod ius patronat. beguinarum censetur ius patronat. ecclesiasticum: quia posito quod tales beguinæ sint seculares: religiosè tamen viuunt & habitum portant religiosum. Ideo non videntur merè laicæ: quia licet sint laicæ tamen propter religionem quam habent videntur facere collegium religiosarum. Istam eandem conclusionem firmat Felin. allegando dictam decisionem dominorum de Rota in dicto suo tractatu quando litera apostolica. & c. in septima colum. concludens idem in alijs fraternitatibus vel collegiis habentibus eandem qualitates quas habent beguinæ. scilicet habitum religiosum & c. sed vbi non habent dictas qualitates prout disciplinari non habent: tunc dicuntur patroni laici. Istam conclusionem comprobo

probo per doctrinam Barto. in l. cum senatus, ff. de rebus dubis. vbi dicit quod fraternitates laicorum debent conueniri coram iudice laico. & tradant doct. in ca. ij. de fo. compe. vbi d. Felyn. in fin. alia adducit. ¶ Quarta quæstio accessoria est. quia cõclusum est supra quod ius patronatus ecclesiasticum dicitur quando competit ecclesiæ vel clerico ratione ecclesiæ. Si autē competit clerico ratione patrimonij sui dicitur ius patr. secular. pone ¶ quod clericus fundauerit & dotauerit ecclesiam & dubitetur an de patrimonio an de bonis suæ ecclesiæ id fecerit: an hoc casu iudicabitur ius patro. ecclesiasticum vel secular. Istam quæstionem tangit d. Ioan. de lig. in d. cap. dilectus. & non decidit. Reperio quod d. Fely. in d. capit. ex literis. in j. column. deicidit quod iudicabitur ius patro. ecclesiasticum: quia in dubio censetur clericus illam ecclesiam dotasse de bonis beneficiorum. Et ratio secundum eum est quia clerici licitè distribuunt fructus tales in pios vsus secundum notata per Inn. in cap. episcopus. de præbend. Ista ratio d. Felyn. non est concludens vt vides. vnde ego credo decisionem huius quæstionis pendere ab alia quæstione quam tangunt doct. maximè Abb. in cap. iij. de peculio clericorum. in cap. cum in officijs. & in ca. cum esse. de testamen. in xi. colum. versic. iij. principaliter quæro. vide licet an acquisita per clericum censentur acquisita de fructibus ecclesiæ: an de fructibus patrimonij sui. in qua quæstione opinio. & distin. Abb. ibi videtur æquior. sc. quod aut constat de quibus bonis clericus acquisiuit: & res est clara. Si autem dubium est. & tunc censetur acquisiuisse tam ex redditibus propriis quam ex redditibus ecclesiæ. & ideo acquisita secundum eum debent diuidi inter ecclesiam & hæredem clerici æqualiter vel in æqualiter secundum quod magis de redditibus patrimonij. vel econtra perceptum est. prout exemplificat Abb. in d. capit. circa fin. de peculio cleri. Ex hoc infero in quæstione nostra. quod si præsupponimus clericum habere patrimonium & beneficium. & reperiebatur eum fundasse vnam ecclesiam. vel capellam. erit patronus ipse ratione suorum fructuum vel reddituum. & licet regulariter diuisio rerum acquisitarum per clericum fiat vt dictum est. tamen non erit curandum hoc casu quod maiores redditus percipiantur de beneficio quam de patrimonio. vel econtra. quia quando plures fundant vel dotant ecclesiam ita est patronus qui confert minus sicut qui confert plus secundum gl. in sum. ma. lxiij. distin. & concludunt Innoc. Abb. & alij. hic fateor tamen quod ratione mixturæ regulabitur hoc casu sicut ius pat. ecclesiasticum quia magis dignum. & c. vt declarauit. in j. q. accessoria. vnde do. Fel. male videtur conclusisse qd in totum iudicetur ius patr. ecclesiasticum quia de bonis vel redditibus ecclesiæ in totum præsumatur acquisitum. quia veritas est in contrarium vt ex prædictis apparet. ¶ Ultima quæstio accessoria est ¶ quæ differentia sit inter vnum & aliud ius patro. Breuiter Hosti. hic summa in ver. in quibus differant. enumerat multas. & clarius Abb. in c. cum propter. in fin. infra. e. vbi enumerat nouem differentias. Aliam ponit do. Anto. in cap. pe. in vlt. co. j. c. vide p. te. Aliam & sic vndecimam differentiam credo posse assignari: quia patronus laicus non potest interesse electioni in ecclesia collegiata patronatæ. sed clericus sic. gloss. est in cap. nobis. in verbo de sua infra c. & etiam habetur in cap. de hoc. per abbatem maximè de simonia. Aliam & duodecimam assigno differentiam: quia laicus non efficitur patronus à principio. nisi altero de tribus modjs. scilicet fundatore. & c. iuxta gloss. in cap. pia mentis. xv. q. vij. sed clerici efficiuntur patroni ex concessione temporalium alicuius ecclesiæ eis facta. Ita decidit Abbas per illum textum in capitulo de monachis. in versiculo. in quarto modb. supra de præbendis. super qua differentia cogita quia in dicto cap. de monachis. non dicitur. quod in tali concessione transferatur ius patronatus. sed bene ius præsentandi. Et an possit quis habere ius præsentandi absque eo quod sit patronus dicam infra in processu super verbo competens alicui. Et aliquas differentias refert dom. Felyn. in capitulo cum Bertoldus. in iij. colum. de re iudica. Sed omnia in specie non refero: quia sic non expediretur hoc opus isto anno. Aliam differentiam colligo ex capi. si quis episcoporum xvj. quæstione ij. vbi præsupponitur. quod episcopus patronus in aliena diocesi potest potest præsentare quem vult. Secus tamen esset in laico. & istud est priuilegium episcopi secundum Hosti. hic in summa §. iij. ¶ Expeditus sum de commentis primi verbi positi in diffinit. capio secundum. l. honorificum.

- 1 Episcopus non potest facere regulariter institutionem sine presentatione.
- 2 Honor an tantum debeat patrono in presentandis quod institutio fac-

- 3 Episcopus potest instituere quem vult sine presentatione. quando presentatus per patronum non potest institui sine scandalo.
- 4 Institutio non potest fieri per legatum de latere patrono ecclesiastico sprecto.
- 5 Tempus datum ad presentandum an possit abbreviari.
- 6 Honor an ita debeat patrono vt nihil possit fieri in præiudicium inuicæ patronatus sine eius consensu.
- 7 Papa an possit præiudicare patrono.
- 8 Inferiores à papa an possint præiudicare patrono.
- 9 Rector ecclesiæ patronatæ potest sibi eligere quos vult ad seruendum sibi & ministrandum sine consensu patroni.
- 10 Rector potest deputare. vicarium in ecclesia sine consensu patroni.
- 11 Patronatus ecclesiastico præiudicari potest per legatum.
- 12 Legatus de latere potest derogare iuri patronatus quod habetur ex consuetudine vel prescriptione.
- 13 Religiosus an possit presentari ad ecclesiam patronatam.
- 14 Conianguineus an possit presentari sicut extraneus.
- 15 Clericus potest alere coniunctos pauperes de redditibus beneficiorum suorum.
- 16 Is cognitus an possit presentari.
- 17 Presentans presumitur scire conditionem presentari.
- 18 Beneficiarius alius an possit presentari.
- 19 Beneficiatio alius presentato an vacet primum beneficium.
- 20 Presentare seipsum an quis possit.
- 21 Presentatus an debeat esse sacerdos vel presbyter de necessitate: an sufficiat quod sit simplex clericus subdiaconi vel diaconus.
- 22 Patronus in ecclesia collegiata presentat clericos ad præbendas.
- 23 Patronus an possit presentare per procuratorem.
- 24 Procurator an debeat constitui specialis ad presentandum: & an sufficiat generalis.
- 25 Presentatio est quedam donatio.
- 26 Procuratorem presentasse infra quatuor menses an sufficiat.
- 27 Patronus an possit presentare per literas scribendo episcopo qualiter talem presentat.
- 28 Patronus an possit presentare plures dicendo episcopo quod admittat alter natum quem vult.
- 29 Patronus an possit presentare sub conditione.
- 30 Patronus an possit variare in presentando plures successiuè.
- 31 Clericus patronus si variat in presentando an sit puniendus.
- 32 Variare an sit permittum à postulatione.
- 33 Patronus ecclesiasticus si presentauit ei qui non habet ius instituendi: & sic nulliter an possit variare & de nouo presentare legitime.
- 34 Patronus ecclesiasticus an possit presentare plures simul.
- 35 Patronus laicus an possit variare toties quoties voluerit.
- 36 Patronus si promissit de presentando vnum an possit variare & alium presentare.
- 37 Patronus si presentauit vnum & iurauit de non ritando an possit variare.
- 38 Patronus si presentat secundum nec dicat accumulando an secunda presentatio valebit.
- 39 Patroni duo si presentent vnum: an poterit alter ex his variare accumulando & alium presentare.
- 40 Patronus si presentet successiuè duos: quorum alter idoneior episcopus potest instituere quem voluerit.
- 41 Gratificationi non est locus quando iura non sunt paria.
- 42 Senior est preferendus in beneficijs conferendis.
- 43 Maior pars patronatus si presentat vnum indignum. minor pars digni qui erit preferendus.
- 44 Episcopus an debeat destituere primo presentatum quando duo successiuè sunt instituiti & sine equè idonei.
- 45 Duobus presentatis quorum vnus est de sanguine fundatoris in debeat illum episcopus preferre.
- 46 Beneficium debet conferri ei qui bene fecit.
- 47 Papa in duobus intendit providere cuiunque in patria sua.
- 48 Episcopus potest repellere presentatam extraneam quando reperitur idonei in illo episcopatu.
- 49 Clericus diues an debeat preferri pauperi in beneficio.
- 50 Procurator mens si presentauit vnum an possit variare ac si personaliter presentasset.
- 51 Constituens procuratorem ad presentandum vnum compatronum suum qui presentauit vnum nomine proprio: an possit variare & alium presentare nomine suo.
- 52 Literæ apostolicæ an possint valere in præiudicium instituti.
- 53 Patroni presentant: vnus de alter Io. inter istos presentatos oritur lis: quia vnusquisque presentandis se potius esse instituendum & preferendum an in hoc casu sit licita variatio.
- 54 Lis si duret longo tempore inter presentatos: an episcopus debeat tandiu tardare ordinationem ecclesiæ quam diu durabit lis.
- 55 Episcopus an habeat tempus limitatum ad instituendum sit nulla sit lis

# Tract. de iure Patro.

- respecta iuris patr. an possit tardare tantum quantum voluerit.
- 56 Episcopus an possit ponere economum in ecclesia patronata durante iopore dato ad presentandum a iure si patronus nolit presentare nisi in fine illius temporis.
- 57 Tempus datum ad presentandum quando incipiat currere.
- 58 Tempus an currat patrono impedito presentare.
- 59 Tempus quando incipiat currere ad presentandum in ecclesia nouiter constructa.
- 60 Ius patronatus potest acquiri in ecclesia constructa & dotata de consensu episcopi.
- 61 Patronus an possit presentare vltima die termini prefixi ad presentandum.
- 62 Patronus qui non presentauit in tempore an possit purgare moram.
- 63 Tempus quantum datur episcopo ad confyendum quando patronus excluditur a presentando propter negligentiam vel aliter.
- 64 Patrono excluso a presentando propter negligentiam, ad ecclesiam ad quam spectabat institutio de iure spiritali inferiori ab episcopo an hoc casu potestas conferendi deuoluatur ad ipsum in se.
- 65 Tempus datum ad presentandum an currat diebus feriatis.
- 66 Presentatio an possit fieri die feriata.
- 67 Tempus an sit scriptum presentato ad consentiendum presentationi.
- 68 Patronus instituit coram eo qui non habet ius instituendi & interim laboratur quatuor menses: postea intelligit ius statuendi spectare ad alium & coram illo vult presentare: an possit.
- 69 Edictum an debeat proponi facta presentatione.
- 70 Presentatus secundo si sit in curia romana: an debeat ibi citari.
- 71 Presentatus si administraret in beneficio ante institutionem an priuatur ipso iure presentatione.
- 72 Clericus si habeat duas presentaciones de se factas an teneatur eligere quam velit: & an possit proseguere utraque.
- 73 Patronus dicens eligo talem in presentandum, an per hoc dicatur facta presentatio.
- 74 Patronus si eligat presentandum & electus renuntiet antequam presentetur, an patronus habeat iterum quatuor menses ad presentandum a die renuntiationis illius.
- 75 Patronus si dicat confyero huic clerico ecclesiam meam: an dicatur facta presentatio.
- 76 Patronus dicens coram episcopo eligo hunc clericum & peto eum institui an dicatur facta presentatio.
- 77 Patronus dicendo presento istum ad ecclesiam concedendo ei patronatum an per hoc faciat eum patronum.
- 78 Episcopus dicendo non recipio vel non admitto presentatum, an per hoc videatur ipsum reprobare.
- 79 Episcopus admittit clericum ad ordines & etiam ad beneficia tanquam idoneus: si postea presentatur ad beneficium iuris patronatus an ipse episcopus possit eum repellere.
- 80 Patronus si presentat sed episcopus non admittat presentatum an patronus teneatur alium de nouo presentare.
- 81 Presentatio an fiat soli episcopo.
- 82 Patronus an teneatur probare se presentare infra tempus statutum a iure si id negetur.
- 83 Presentatio an probatur per solam narrationem episcopi factam in literis presentationis.
- 84 Honor patrono debitus quis sit.
- 85 Tempus quadrimestre quod datur patrono qualiter debeat computari.
- 86 Patronus an possit presentare ad beneficium vacans de iure.
- 87 Rector ecclesie si sit priuatus beneficio ipso iure propter aliquod delictum an patronus possit statim presentare antequam sit declaratum.
- 88 Prærogatiua maiori quis fungatur presentans an instituens.
- 89 Honor an debeatur patrono vt non possit vocari in ius per presentatum sui venia.
- 90 Honor an debeatur patrono vt pro eius anima sit in ecclesia patronata spiritalis missa celebranda.
- 91 Maior pars patronorum an sit necesse quod conueniat habito respectu ad omnes patronos.
- 92 Presentatio an requiratur quod fiat a maiori parte patronorum.
- 93 Presentatio an spectet singularibus personis: an collegio differt & quare.
- 94 Patroni an debeant simul conuenire in actu presentationis.
- 95 Specialia duo non debent concurrere circa idem.
- 96 Patronorum vnus presentat singulariter & de per se, postea congregantur simul & semel, an ille qui presentauit singulariter sit priuatus pro alia vice potestate dandi vocem.
- 97 Instituendi habent potestatem duo insolidum vnus presentatur coram vno: alter secundo loco & coram alio, an primo presentatus debeat obtinere.
- 98 Honor an debeatur patrono vt possit saltem ex consuetudine concedere ecclesiam patronatam absque episcopo.

- 99 Honor alius an debeatur patrono ex iure patronatus quam presentatio.
- 100 Patronus ecclesiasticus potest exigere rationem de temporalibus ecclesiis.
- 101 Episcopus potest exigere rationem de temporalibus ecclesiis.

**H**onorificum, istud verbū importat honorem, quem habet Patronus in presentando rectorem vel clericum: quia sine presentatione non potest episcopus institutionem facere regulariter. capitul. decernimus. xvj. q. vij. Item importat honorem, quem habet patronus in ecclesia: quia præ alijs debet honorari. capitul. nobis. infra eodem. Ista Abbas & alij hic: sed vt melius hæc materia intelligatur formabo aliquas quaestiones circa eam. ¶ Primo igitur quæro tan in tantum debeat iste honor patrono in presentando quod institutio facta eo spreto sit nulla omni casu. Breuiter scias conclusionem, quod regulariter institutio facta sine presentatione patroni est ipso iure nulla. text. est in d. capit. decernimus. ibi ordinationem suam irritam nouerit. xvj. quæst. xvij. Et ita firmat Abb. in capit. illud, circa principium. & etiam circa fin. infra eodem & in capit. ex insinuatione. in ij. not. eodem tit. & in capitul. cum Bertoldus. in iij. colum. in fin. supra de re iudi. & idem do. Felyn. in iij. colum. vbi alias authoritates allegat. Idem decidit Bald. in consilio suo xvij. secundum impressionem nouam incipientem factum sic proponit. in ij. dubio. in quinto volumine. vbi fortius dicit quod talis institutio est nulla etiam si instituens ignoraret ecclesiam habere patronos. & subiicit ibi in tercio dubio quod ipsemet influens potest declarare ipsam institutionem nullam. Et dicunt Host. & dicta Car. Floren. in d. capitul. ex insinuatione quod institutus in ecclesia habente patronum intra tempus presentandi sine presentatione patroni occupator est & tanquam occupator remouetur per illum text. & per capitul. illud, infra eodem titul. Contrarium ramen reperio tenere do minum Card. Floren. in d. capitul. illud. in tercio notabili per illum text. in verbo irritanda. quod denotat institutionem non esse irritam, sed per sententiam esse irritandam. Hoc non obstante conclusio supra facta comunior est. Nec ob. text. in d. capit. illud quia Abbas ibi & in d. cap. cum Bertoldus. exponit irritanda, id est, irrita nuntianda vel irritanda est de facto qua tenus de facto processit. vt in simili dicit gloss. in l. ff. de feris. Nec absurdum est ita interpretari vt euitetur correctio dicti capit. decernimus. seu vt iura iuribus concordemus, ca. cum expediat. de elect. libr. vj. l. vnica. C. de inoff. dotibus. ¶ Hæc regula recipit modificationem vt sit nulla institutio instante patrono vel eo agente de contemptu. ita firmat Abb. & do. Felyn. alias authoritates allegans in d. capitul. cum Bertol. idem Abb. in d. capitul. illud, alias etiam declarationes & limitationes recipit hæc regula de quibus per Ioan. An. do. An. & Abb. in fin. d. c. illud. & plenius per do. Felyn. in d. cum Bertol. vbi per tres columnas hanc regulam persequitur. Miror tamen quod cam perfecte non expedierit. ¶ Limitauit enim dictam regulam sex modis tantum. Ego alios referam omnis dictis per cum ne trasportem de charta in papyrum. ¶ Limita igitur septimo regulam que habet quod institutio facta sine presentatione patroni est nulla ipso iure vt non procedat quando presentatus per patronum sine scandalo institui non potest: quia tunc episcopus poterit instituere quem velit sine presentatione. text. est & ibi not. Ab. in c. quoniam, infra eod. titul. Multa enim pro scandalo euitando permittuntur que alias non permetterentur, que latissime accumulatio. Felyn. Sandeus in capitul. nihil cum scandalo. in j. & ij. colum. supra de prescript. Quomodo autem intelligatur imminere scandalum in casu nostro declarat Host. hic in summa in versic. quid iuris. ¶ Quarto limita dictam regulam vt non procedat, quando non constat ecclesiam esse patronatam. dato enim quod aliqui intra se contendant super iure patronatus. Si tamen aliter non constat ecclesiam esse patronatam poterit episcopus ibi clericum instituere illis spreis, seu sine coram presentatione. istam limitationem colligo ex verbis Abbatis Panor. in capitul. si vero. infra eodem titul.

4 ¶ Nono limita istam regulam vt non procedat in patrono ecclesiastico: quia eo spreto potest fieri institutio per legatum de latere. c. cum dilectus. & ibi not. infra eodem per papam verò posset fieri institutio etiam spreto patrono laico: licet in dubio non presumatur velle illi præiudicare vt ibidem notatur. & ita declarat Abbas in d. capitul. illud, in vltimis verbis, & ample traditur per dictum dominum Felyn. in dicto suo tractatu, quando literè apostolicè &c. vbi declarat an & quando papa videatur voluisse præiudicare iuri patronatus

patronatus. consilio lxx. incipien. vacante quadam ecclesia in secunda column. vbi etiam declarat an in proposito nostro paria sunt esse patronum vel in quasi possessione iuris patronatus. de quo plenius dicemus super verbo competens alicui. ¶ Secundo quæro circa istud verbum honorificum, posito quod non possit episcopus honorem patrono auferre in presentando: & sic sine presentatione instituire tan saltem possit tempus datum ad presentandum abbreviare. Exemplum prout quod die contingit, vnus patronus presentat clericum, ordinarius facit proponi edictum iuxta formam capituli finalis de elect. libro sexto. ¶ Quæ forma habet etiam locum in presentatione. vt ibi dicit glossa secunda communiter approbata. alius patronus non comparet infra tempus assignatum in edicto. an per hoc sit sibi præiudicatum in tempore quatuor vel sex mensium dato à iure ad presentandum iuxta capitulum vnicum. de iure patronatus libro sexto. Istam quæstionem attingit Ioannes Andr. in capitulo secundo ad finem de officio vicarij, libro sexto. & ibi Gemi. refert in secunda collatio. & decidunt quod erit præiudicium huic patrono non comparenti edicto. Et ratio est: quia videtur patronus non comparendo consentire presentationi factæ. Istud etiam firmat dominus Felyns in capitulo cum Bertoldus. in quarta columna. de re iudic. subiiciens secus esse quado patronus compareret & diceret quod presentatio facta non deberet confirmari: quia prætendit quod ad ipsum spectat presentatio, vel simul vel singulariter. sed quod pro tunc non vult presentare, sed vt termino & beneficio legis. & mouetur, quia licet iudex ex causa possit tempus præfixum à lege abbreviare. vt firmat Bartol. in lege secunda ff. de re iudic. Tamen vbi incurritur aliqua poena lapsa termino legis non potest iudex ipsum terminum abbreviare, allegat gloss. not. iuncto textu in capite primo in verbo tertiam vacationem. de milite vafal. qui contumax est in vñ. feud. & glossa in clemen. prima in verbo tertio. de vita & hone. cleric. Sed in proposito lapsis quatuor. vel sex mensibus patronus amittit pro illa vice ius presentandi. Ergo istud tempus inductum penè non poterit per ordinarium abbreviari. Et ita dicit domi. Felyns. se consuluisse. & hunc punctum esse notissimum & quotidianum. Ista conclusio videtur æqua. tamen fundamentum domini Felyns. non videtur tutum. quia idem est in habente ius eligendi quod in habente ius presentandi scilicet quod elapso tempore sibi dato à lege ad eligendum. excluditur ab eligendo. capitulo secundo & ibi notat. supra de concess. præbend. Et tamen per terminum assignatum in edicto potest sibi præiudicari indistincte. dicto capitulo fin. de elect. libro vi. Nisi dicas soluendo dictam conclusionem, quod ille text. non loquitur in casu, quando habens ius eligendi compareret & diceret se velle vt termino legis. sed loquitur quando taceat & non compareret: quia videtur consentisse: vt supra dictum est. vel dic quod ille textus loquitur, quando edictum proponitur pro confirmatione fienda & non pro electione fienda: quia tunc non proponitur edictum, sed seruat formam capituli quia propter. de elect. & congregatio fit secundum formam traditam per docto. in capitulo cum nobis. de elect. vbi Abbas. Panor. columna penult. & traditur per eundem post alios in capitulo in causis eodem titulo. & in capitulo cum omnes in fin. de constit. vbi etiam modern. quod nota. pro declaratione dicti capituli fin. Præmissam conclusionem reperio etiam velle domi. Abba. in disputatione sua incipi. Augerio in xij. colum. in fin. vbi dicit, quod patrono præiudicatur si fuit propositum edictum & non comparet infra tempus ad contradicendum, allegat Hostiens. & Ioan. Andre. in similibus terminis in capitulo secundo. de his quæ fi. à præla. Et ad prædicta vide etiam Ioan. de Imol. in clemen. plures. in vij. colum. eod. titu. post Lapum ibi. vbi dicit. fortius, quod etiam contraditio vnus ex patronis. vel minoris partis volentis expectare tempus quatuor mensium. non attenditur quando maior pars presentauit. & mouetur, quia frustra expectaretur presentatio minoris partis, cuius euentus nihil operaretur per aliquando. Et ad velle eundem. quod bene no. Et ad hoc etiam vide docto. in capitulo cum nobis supra de elect. Et prædictam opinionem etiam tenet Calderi. in consilio suo. incipiente. si vniuersitas sua. hoc eodem titulo. vbi dicit, quod si vniuersitas est patrona: æquior opinio est quod maior pars possit non instante termino iuris assignare terminum presentationi fiende. Aduerte tamen quia prædicta decisio quam facit domi. Felyns. in d. capitulo cum Bertoldus. videtur contrariari dictæ decisioni Calde. & alteri decisioni Ioan. de Imol. supra

allegata. In quantum prædicti doctores præsupponunt, quod maior pars patronorum possit præiudicare minori & presentare etiam non instante termino iuris. & domi. Felyns. præsupponit simpliciter & indistincte, quod vnus ex patronis comparens edicto & dicens se velle expectare tempus. auctori debet. Sed posset (vt puto) saluari quod dicit domi. Felyns. nisi ille qui presentasset ante tempus esset maior pars patronorum, per fundamentum Imolæ supra relatam. & quod maior pars possit præiudicare minori etiam non instante tempore dato ad actum explican. decidit etiam Abbas & sequuntur alij post eum in capitulo cum omnes. in columna fin. de constit. & habetur etiam per eum & alios plenius in dicto capitulo cum nobis. de elect. vbi Abbas in penult. colum. assignat bonam rationem. Quis autem modus sit seruandus in congregatione ipsorum patronorum, & cui spectet in congregando patronos maxime quando ius patronatus competit vniuersitati. vide Calde. in dicto consilio suo x. & sequenti sub hoc eodem titulo. & docto. in capitulo cum nobis. de elec. maxime Abbas ibi. colum. penult. & vlti. ¶ Tertio quæro an debeat honor patrono, vt nihil possit fieri in præiudicium iuris patronatus sine eius consensu. Breuiter si loquimur tan papa possit præiudicare patrono clarum est, quod sic. quia in beneficalibus habet amplissimam potestatem. capitulo secundo de præbend. libro vi. clemen. prima vt lite pen. den. & traditur in dictis locis & in aliis accumulatis per Felyns. in tractatu. suo quando literæ apostolicæ nocent patronis ecclesiarum circa principium. ¶ Si verò loquimur de inferioribus. & tunc domi. Calder. post Hostiens. in capitulo cum accessissent. supra de constit. sentit quod nihil fieri poterit. nam secundum eum episcopus non poterit infirmare contra institutionem beneficii patronati vel ipsum immutare, vel contra eam venire, sine consensu patroni. ita dicit se obtinuisse. & de illo dicto faciunt festum domi. Anto. Abbas Imol. & scribentes ibi. Et pro ornamento illius dicti multa accumulata ibi domi. Felyns. in vij. & viij. colum. concludens quod non poterit episcopus ecclesiam simplicem facere collegiatam nec erigere in cathedralem, nec alteri vnire nec autorizare permutationi vel similia facere sine consensu patroni, & iura, & auctoritates allegat. Quinimo fortius dicit vbi Imo. quem refert & sequitur. d. Felyns. ibidem in viij. colum. alia multa allegando, quod episcopus non poterit instituire clericum in ecclesia patronata aliter quam se habeat institutio & natura beneficii. etiam quod patronus propter negligentiam perdidit potestatem presentandi. & propterea si in institutione beneficii collatio sit fienda presbytero non poterit episcopus dispensare, vt conferatur non presbytero quod videtur bene notandum. Vltra accumulata per domi. Felyns. in dicto loco. vide circa illud quod dixi, quod permutatio non potest fieri sine consensu patroni, dominos de Rora plene in titulo. de rer. permu. in decisio. nonis, decisione v. & alios doctores commemoratos per domi. Felyns. in capitulo cum Bertoldus. versio. limita quinto. de re iudic. & aliquid per eundem in capitulo quoniam frequenter. in princip. in iij. columna vt lite. non contest. vbi attingunt an talis permutatio facta. sine consensu patroni sit nulla ipso iure. & communiter concluditur, quod non. sed quod videlicet viquequo patronus contradicat cum causa. Item in quantum concluditur est, quod nihil poterit fieri in præiudicium patroni ipso patrono non consentente. quia dictum est solum, vt id fieri non possit per episcopum. intellige procedere etiam in legato Papæ quando patronus est laicus vt nota. in capitulo cum dilectus. infra eodem & in terminis decidit Gemi. in capitulo quamuis. circa finem de rescrip. libro vi. & habetur per d. Felyns. in d. suo tractatu quando literæ apostolicæ. &c. Hoc tamen limitatur. infra circa finem. huius quæstionis. Item ad prædictam conclusionem bene facit bona gloss. in capitulo nemo deinceps. de elect. libro vi. quæ dicit, quod beneficium iuris patronatus non potest dari in comendam sine consensu patroni. & allegat Innoc. Hostiens. & Cardi. idem tenere. & sequitur Gemi. ibi etiam declarans. an hoc casu patronus possit presentare non dum reuocata comenda. dic vt per eum. post Lapum Abb. Archi. & alios. Et præmissam conclusionem etiam firmat Inno. in capitulo si constituerit. de accusat. Item facit, quod decidit Inno. in capitulo fin. de renun. qui vult, quod clericus. vel rector ecclesie patronate non possit renuntiare beneficio sine consensu patroni, quod dicit esse mentem tenendum Abbas in capitulo significatum. supra de præbend. in fin. textu alium. & limitationem capituli quod in debitis. de renun. idem tenet Abbas in capitulo de multa. in iij. columna eodem titulo. & Ioann. de Imol. in d. capitulo significatum. in prima columna.



# Tract. de iure Patro.

Item facit, quia episcopus non potest restituere clericum, vel rectorem depositum sine consensu patroni. ita concludit Gemi. esse communem opinionem in capitulo quamvis. de rescript. libro vi. super gloss. penulti. quæ quatuor opiniones refert, & idem sentit d. Anton. & Abbas in capitulo ex transmissa. circa finem. de renun. Præmissam etiam conclusionem firmat. domi. And. Barba. in consilio suo xxij. incipien. scripsit propheta in vij. column. in j. volumi. vbi aliquas ex prædictis decisionibus commemorat. Et notat. circa prædicta in quantum dictum est. quod requiritur consensus patroni in renuntiatione, vel permutatione beneficii patronati: quod quando beneficium ipsum permutaretur, non est necessaria presentatio de nouo. Sed potest superior se expedire sine alia presentatione. ita Abbas in capitulo cum dilectus. infra eodem allegat auctoritates de quibus per eum. Et plura ad hoc adducit Ioan. de Imol. in capitulo finali column. penulti. supra de re. permu. licet. subiciat, quod consuetudo obseruat, vt in permutatione fiat resignatio beneficiorum. Et hanc consuetudinem dicit probari in clemen. prima de rerum permut. qua consuetudine attendata patronus deberet de nouo presentare. ¶ An autem presentatio possit fieri in casu proposito nõdum reuocata permutatione, vide per Gemin. post alios in capitulo nemo deinceps. de elect. libro sexto. in penultima column. In quantum etiam supra dictum est remissiuè, quod vnio beneficii iuris patrona. non potest fieri sine consensu patroni. Reperio idem tenere vltra allegata per Felyn. in dicto capitulo. cum accessissent. d. Thomam Fastoli in opusculo suo decisionum Rotæ in secunda causa in sexto dubio. vbi dicit ita dixisse maiorem partem auditorum Rotæ. Item bene facit ad prædicta quia non potest episcopus bona ecclesiæ patronatæ conuertere in præbendas vt deseruiant in necessitatibus alterius ecclesiæ sine consensu patroni. ita Abbas in capitulo suggestum. infra eodem. vbi etiam concludit post alios quod quando nullum præiudicium fieret patrono valeret dispositio episcopi super iure patronat. vel super rebus illius hinc dicimus quod rector ecclesiæ patronatæ poterit presentare ad titulum ecclesiæ suæ clericos ordinandos; qui ab ipsa ecclesia percipiant alimenta; quia nullum præiudicium fit iuri patrona. text. est & ibi notatur capitulo postulasti. infra eodem titulo. ¶ Item poterit rector ecclesiæ patronatæ sibi eligere quos voluerit ad sibi seruendum & ministrandum sine consensu patroni: vt ibidem notat. & firmat Federic. de senis consilio xcv. incipien. super dubitationum articulis. in secunda column. hinc etiam dicimus quod poterit rector deputare vicarium in ecclesia sine consensu patroni. gloss. est in capitulo ad hæc. supra de offic. vic. de hoc tamen dicit vt per doct. ibi. & in capitulo proposuit. de filiis presby. & per doct. Cardin. in clemen. vnica in xij. quæst. de offic. vica. Facit etiam quia in alienatione rei ecclesiasticæ non requiritur consensus patroni de necessitate. licet de honestate scilicet, vt per Iunoc. Imol. Abbas & communiter cæteros in capitulo vnico. vt eccles. benefic. sine di. conferantur. & per Pet. de Ancha. consil. suo cxxj. incipien. ex narratis. gloss. Bartol. & alij authent. de alie. & emphasis princip. ratio est. quia non præiudicatur iuri patroni. vt declarat Pet. de Ancha. in dicto consilio. verum est. quod vbi alienatio esset facta indebitè sine causa posset patronus alienationem reuocare. seu reuocari facere. vt in dictis locis notatur per capitulum filii xvi. quæst. vj. ¶ Limita tunc conclusionem supra prædictam. quod in præiudicium iuris patronatus nihil potest fieri sine consensu patroni. vt non procedat quando immineret necessitas per quam pro vtilitate ecclesiæ episcopus moueretur ad disponendum de beneficio patronali aliter quam eius natura exigat: quia etiam patrono inuito hoc poterit fieri ita Abbas singulariter in d. capitulo cum accessissent. in penulti. column. & ibidem domi. Felyn. in vij. & in eodem. nihil ad corroborationem adducit. ergo compromisso hanc limitationem per id quod dicit gloss. in capitulo. j. x. distinet. que concludit quod vbi subest iusta causa potest episcopus parochiam dare inuito rectore. sed sine causa non potest per quam gloss. ita determinat Abbas in capitulo ad audiendam. j. & in eodem. de eccles. edific. reprobandò ¶ gloss. ibi que contrarium tenuit. ¶ Secundo limita istam conclusionem. vt non procedat in patronatu ecclesiastico. quia ipsi potest præiudicari per legatum. vt concludum est in præcedenti quæstione. & late habetur per domin. Felyn. in dicto suo tractatu quando literæ apostolicæ. &c. per dom. Ludo Roma. consilio suo cccxi. incipien. in casu proposito consultationis. vbi dicit posse iuri patrona. ecclesiastico per legatum præiudicari etiam quando patronus ipse non esset de sua prouincia dummodo ipsa ecclesia patronata sit. & ra-

tio quare non ita de facili præiudicetur iuri patrona. secularium assignatur per gloss. & docto. in dicto capitulo cum dilectus. infra eodem. ¶ Tertio limita dictam limitationem. vt non procedat in iure patronatus. quod habetur ex consuetudine. vel prescriptione: quia legatus de latere poterit derogare ipsi iuri patronatus. ita Feder. de senis in consilio lxxv. incipien. supra scriptæ quæstiones. Idem tenent domi. Auto. Cardinal. & Abbas in capitulo dilectus. de offic. leg. idem tenent Cardinal. in d. clemen. j. in vij. quæst. vt lite pendet. & domi. Alexand. in consilio lxxij. incipien. viso puncto. & diligenter examinato. in iij. volumi. idem tenent plerique alij relati per Felyn. in dicto tractatu circa finem. & ratio huius limitationis secundum præfatos docto. est. quia hoc casu cessat ratio propter quam legatus. vel alius inferior non potest conferre beneficium spectans ad laicos: scilicet. nec ipsi laici retrahantur a fundatione ecclesiarum. Contrarium tamen tenet Io. de Imol. & Barbat. in dicto capitulo dilectus. & etiam de ista limitatione dubitat domin. Felyn. in loco præallegato in fin. & dicit Ioan. de Imol. & Barbat. vbi supra quod non reperitur iure cautum. quod legatus possit præiudicare in casu prædicto. sed præmissa limitatio est tenenda: quia probatur ex ratione præallegata. & est communis opinio vt attestatur domi. Anton. Corset. in repertorio suo in Abbatè in verbo patronus circa princip. Quomodo autem possit acquiri ius patrona. consuetudine. vel prescriptione. dico in ista super ultimo verbo. in ultima quæstione. Quando autem literæ apostolicæ præiudicant iuri patrona. secularium. vel etiam clericorum. & sic quando sit præsumendum Papam velle ei præiudicare nihil attingo. quia domin. Felyn. San. ad eod. plenè loquitur in dicto suo tractatu. quod parum in effectu addi potest existimo. & aliquid etiam circa ipsam quæstionem ponit ipse in capitulo cam te. column. xij. in versicul. quarta declaratio. supra de rescript. Item quia dixi supra quod episcopus non potest vnire beneficium iuri patrona. sine patroni consensu. pone quod vnio fiat cum eius consensu. an ipse patronus remanebit patronus primæ vnitæ: an verò efficiatur patronus secunda: cui fit vnio. vide Specul. in hoc titulo. in ultimis verbis. & ibi Ioan. Andr. in addi. vltim. An autem ipse patronus possit aliquid facere. vel disponere sine episcopo circa ius patronatus dicam infra super verbo de diocessani consensu. & an vbi requiratur consensus patroni. vt in casibus de quibus supra sufficiat consensus hæredis. vide plenè per domin. Felyn. in dicto capitulo cum accessissent. in vij. column. post Abba. ibi & dicta super prædicto verbo de diocessani consensu. Item an non interveniente consensu patroni actus sit nullus. an autem debeat annullari. vide Felyn. in capitulo quoniam frequenter. §. porro. in iij. column. vt lite non contest. & in capitulo cum Bertoldus. iij. column. de re iudica. & dixi supra in j. quæst. huius verbi. & supra post principium huius quæstionis vbi dixi de permutatione tantum. ¶ Quarto quæro. an debeat honor patrono vt possit presentare vnū quenque clericum religiosum vel secularem filium constantem vel extraneum cognitum. vel incognitum & seipsum sicut alium & tam sacerdotem quam non sacerdotem. ¶ Circa primū de religioso an possit presentari ad ecclesiam patronatam: reperio. Abba. in capitulo de dei timore. in iij. column. supra de statu. monach. qui concludit. quod ad ecclesiam parochialem poterit presentari. Et hanc dicit esse communem opinionem. contra dominos de Rota decisione sua ccliiij. aliàs est decisio quinta in nouis in titulo. de iure patro. quam refert & sequitur Bertachinus in repertorio suo in verbo patronus. in iij. column. Et monetur Abba. fauore curæ animarum. vnde concludit secus esse in beneficiis simplicibus. Et pro hac conclusione allegat gloss. expressam iuncto text. in capitulo in parochia. xvj. quæst. j. Idem concludit dom. Præpo. diui Ambrosij. in capitulo. prescis. circa finem. lv. di. subiciens. quod hæc est communis opinio. idem tenet Bald. in consilio suo clix. incipien. quidam in morte in v. vol. secundum impressionem nouam. Et etiam tenuerunt multi alij relati in dicta decisione Rotæ. An autem debeat hoc casu ipsi religioso presentato dari beneficium sui ordinis. variæ sunt opinio. de quibus per Abba. & d. Præpositum vbi supra vide per eos. quia non est presentis speculationis. Pro prædicta conclusione facit etiam illi text. in capitulo. quod dei timore & clemen. in fin. de elec. vbi potest religiosus eligi ad episcopatum & etiam ad regimen aliam ecclesiarum secularium secundum gloss. & docto. ibi Amplia istam conclusionem etiam si sit religiosus. nouitius. item etiam si sit mendicans. ita gloss. in d. clemen. j. in verbo religiosus. quam approbant ibi Pau. de cleaza. & domi. Car. Flo. in xxv. quæst.

quæst. L. limita nunc dictam conclusionem vt procedat interueniente licentia abbatis vel superioris religiosi capitul. si religiosus. de elect. lib. vi. Et firmat Abbas in d. capitul. quod dei timore. in vltima quæstione, subiiciens quod nec etiam in papam posset religiosus promoueri sine licentia superioris per glo. no. in capitul. quàm sit. xvij. quæst. ij. Est verum quod superior cogitur consentire vbi vtilitas vel necessitas suggerat vel superior illius superioris poterit licentiam dare vt firmant docto. in capitul. quod dei & ibi Abbas in fi. An autem sit necessaria dispensatio ad hoc, vt religiosus possit præsentari, vide Abba. in d. capitul. quod dei timore. & d. Præpositum in d. capitul. p. r. scis. vbi plenè loquitur. Secundò limita vt religiosus possit præfici ecclesiæ curatæ quando est aptus ad prædicandum. aliàs fecus, & ratio quia principaliter propter officium prædicationis & sic propter bonum curæ id sibi per mittitur. Ista sunt verba abbatis per illum text. in d. capitul. quod dei timore hoc tamen non firmo pro nunc: quia in multis aliis consistit cura animarum & non in sola prædicatione vt de se patet & habetur in capitul. de multa. de præbend. maximè per Abbatem ibi in fine. & per docto. maximè domin. Anto. de bur. in capitul. quia nonnulli. de cleric. non resid. an autem in monasterio in quo sit capella iuris patronat. possit præsentari clericus secularis, habetur per Abbatem qui videtur concludere quod non, in consilio lix. incipien. quidam domi. lac. de R. achano in ij. volumi. vbi fortius videtur concludere, quod in tali loco inuitis religiosus non possit acquiri ius patrona. de quo dicam infra in verbo in ecclesia, in secunda quæstione. ¶ Circa aliud de consanguineo an possit præsentari sicut extraneus breuiter concluditur quod sic, quinimo etiam filius præsentari potest gloss. est in capit. quia clerici, in verbo filij infra eodem. cum qua transeunt Goffr. Host. Ioan. Andr. domi. Anto. de bur. do. Card. in j. quæst. & Abbas ibi, qui alia allegat & subiicit istam esse communem opinio. & dicit ibi domi. Anto. quod ita de consuetudine obseruatur, licet Innoc. ibi contrarium teneat. Eandem opinio nem communem tenet gloss. Inno. sibi contrarius, in capitul. consuluit. infra eodem & Specul. in titul. de iure patrona. ad finem. idem tenent Abbas & communiter doct. in d. capitulo consului. & domi. Bartolo. bellenci. ibidè in c. pastoralis multas alias auctoritates allegat. Idem tenet Abbas subiiciens esse communem opinio. in capitul. ex ore. in priacip. supra de his quæ fi. à ma. parte capit. & in consilio suo xcvi. incip. Iesus Christus adfit. in ij. volumi. Et propterea concludit ibidem. & in d. capit. quia clerici. quod poterit episcopus conferre beneficium filio legitimo vel nepoti, dummodo sit idoneus: quia charitas in primis exercenda est erga domesticos. capitul. non satis. lxxxvj. d. capitul. omnino. xxxj. distinct. & probatur hæc decisio expressa in capitul. dilecto. supra de præbend. vbi cardinalis de quo ibi contulit canonicatum nepoti suo. quod etiam dicit Abbas in capitul. vt super. in fin. de reb. eccle. non alienan. vbi etiam decidit quod res ecclesiæ possunt alienari per prælatum. ita in consanguineum sicut in extraneum. ¶ In casibus in quibus alienatio permittitur: ¶ Et etiam facit, quia potest clericus de redditibus beneficiorum suorum alere coniunctos pauperes. gloss. est in capitul. omnino. xxxj. distinct. & not. in capitul. j. de coha. cle. & mulie. vbi fortius dixit Abbas in fine quod etiam filios spurios poterit prælati vel clericus alere de redditibus beneficiorum. & etiam poterit dotare filiam vel sororem de redditibus ecclesiæ quando sunt pauperes. ita decidunt domi. Anto. de bur. & Abbas in capitul. peruenit. de arbi. pro eadem conclusione etiam adduco tale fundamentum, nam illud censetur permissum, quod non reperitur prohibitum in materia permissua, prout est ista. l. accno §. quod eis. ff. ex quibus cau. ma. capitul. inter corporalia. circa medium. vbi glo. no. supra de transla. episcopi. & habetur per glo. in capit. ex literis. infra eodem, cum ergo non reperiat prohibitum præsentare filium, merito præsentari poterit. Ad argumenta quæ solent in contrarium adduci respondent do. Card. Abb. & alij in d. capitul. consuluit. & Abbas in præallegato consilio xcvi. & quia ista conclusio videtur modicam dubitationem habere vltèrius non insisto. Limita tamen eam vt non procedat quando pater præsentaret filium principaliter ob carnalitatis affectum non considerando idoneitatem ipsius filij. ita domi. Card. & etiam est de mente Ab. in e. c. cōsuluit. & probatur in capitul. graue. de præben. & ibidem not. & propterea dicit Ab. in c. quia clerici. j. eo. circa medium per illum text. quod acquirens ius patrona. ad finem principaliter vt præsentet filios vel amicos, debet eo priuari, quia committit simoniam mentalem. hoc tamen vltimum non habeo pro expedito propter notata in c. si. de simo. & quando præ-

sumatur præsentatio vel collatio beneficij vel renuntiatio facta ex affectu carnali habetur pulchrè per Abba. post Ioan. 16 de lig. & alios in cap. j. supra de cle. non residen. ¶ Circa aliud de incognito an possit præsentari videtur tex. expressus quod sic in c. monasterium. xvj. quæst. vij. qui text. dicit quod constructor monasterij vel orarorij potest commendare illi presbytero cui voluerit dummodo malus non existat, officium ecclesiæ cum consensu episcopi. & istud etiam videtur probare text. in cap. decernimus. xvj. q. vij. qui tantum videtur requirere qd præsentetur idoneus. Et istam conclusionem videtur sentire Abb. in præallegato consilio. lix. incip. do. lac. de Racha. in ij. volu. in j. col. & clariùs in terminis nostris in c. ea noscitur. in ij. not. de his quæ fi. à præla. sine consensu. capit. & in consilio. lxxvj. incipien. inuocato Christi auxilio. in ij. volumi. in versic. in ij. dubio. Ego credo in hoc puncto esse distinguendum, quod aut est incognitus episcopo & sine dubio potest præsentari quia episcopus poterit illum examinare, nam ad alium finem non fit episcopo præsentatio nisi vt possit præsentatum examinare, an sit approbandus vel reprobandus. quæ examinatio non esset necessaria quando esset notus ipsi episcopo. Ita Abbas in d. consilio lxxvj. Limita tamen istam conclusionem, nisi sit de aliena diocesi ipse præsentatus. quia tunc episcopus non debet eum instituere in beneficio sine literis commendatitijs proprii episcopi. text. est & ibi notant doct. in capitul. fraternitati. supra de cleric. non residen. & est text. & gl. in capitul. hortamur. lxxj. dist. Hæc tamen limitatio non procedit in episcopo habente ius patro. in altera diocesi qui habet priuilegium præsentandi clericum coram episcopo illius diocesis quem voluerit quasi sufficiat eius testimonium. Ita sunt verba Hostiens. hic in summa in versicul. ex quibus proueniat. per text. in capitul. si quis episcoporum. xvi. q. ij. Idem dicit gloss. in d. cap. hortamur. aut verò est incognitus patrono præsentanti. & tunc idem credo dummodo sit idoneus per iura supra allegata. dicit tamen Ioan. Andr. in capit. bone. ij. in ij. column. de postu. præla. quod qui consentit in personam, de qua non habet plenam notitiam non saluat conscientiam per illum text. & idem dicit ibi Abbas in xij. notat. Si autem præsentatus esse minus idoneus vel indignus tunc subdistinguitur. quod aut patronus præsentauit scienter indignum, & est priuatus pro ea vice potestate præsentandi, secus si ignoranter vt quia forte præsentatus erat patrono incognitus. ita concludit Abbas relatis opinionibus doctorum in capitul. cum vos. supra de offic. ordi. post Hostien. & Ioan. de ligna. & idem tenere videtur in capitul. cum propter ibi quarta differentia infra eodem idem tenet Ioan. Andr. in capitul. illud circa medium. infra eodem per text. j. capitul. ij. §. fin. supra de sup. neg. præla. vbi idem concludunt domini de Rota in decisio. nouis sub hoc. eodem titul. decisio. ccxij. incipien. secundum omnes. & in decisione sequenti. & sentit Abbas in capitul. cum in cunctis. §. fin. supra de elect. idem pulchrè concludit domi. Andr. Barba. in consilio suo xxxij. incipien. scripsit psalmista in vj. column. in fin. cum sequenti. in ij. col. idem tenet dominus Felyn. Sandeus. in c. cum Bertol. in v. col. versic. limita. vj. supra de re iudi. Et ista videtur communior opinio quicquid tenuerint aliqui in dictis locis relati. & in cle. j. eod. titul. & Bald. in margarita sua in verbo patronus. versic. primo. distinguentes inter patronum ecclesiasticum & laicum, vt ecclesiasticus sit priuatus, & laicus dummodo iterum præsentet dignum infra quatuor menses. Quis autem dicatur indignus vel minus idoneus, ita vt præsentari non debeat, nec institui, vel ad beneficium ecclesiasticum promoueri, vide magistralem text. in capitul. cum in cunctis. per totum, & quæ ibi notantur. supra de elect. & Panormita. in capitul. graue. column. penult. de præbend. & plenè notata per docto. maximè per domi. Felyn. in capitul. quærelam. supra de iure iurand. & per eundem plenè in capitul. j. supra de rescrip. & aliquid per Panomi. & alios. in capitul. si celebrat. infra de cle. excom. ministrante. & inter cetera nota quod dicit Composte. in capitul. capitulum in versic. sed nunquid collatio supra de rescript. quod non inuenit, quod electio vel collatio facta constituto in crimine non inducent irregularitatem sit nulla. Quæ autem sint crimina inducentia irregularitatem tractant plenè docto. post gloss. in capitul. nisi cum pridem. in principio de renun. & in capitul. fin. de temp. ordin. & plenius tradit domi. Marianus de senis in repet. capitul. ad audientiam. in vij. q. principali. de homici. An autem excommunicatus excommunicatione minori possit præsentari vel institui, vide text. qui probat in simili quod non in capitul. si celebrat. de cleric. excom. ministrante. dic vt ibi not. An autem puer vel pariens defectum ætatis possit præsentari ad capel-

# Tract. de iure Patro.

Jam habentem ordinem sacerdotij annexum, & an presentans sit priuatus pro ea vice potestate presentandi, vide dom. Andr. Barba. qui per plura concludit, quod sic in dicto consi. 27 xxxij. Nota tamen pro condimento predictorum quod presentans presumitur scire conditionem presentati, ita presentatur in simili in l. si patronatus. in fin. ff. de confir. tuto. & ibi no. Ia. de Aret. ita etiam per illum text. & per alia decidit Bald. in dicta margarita sua in verbo electio, in versiculo xij. quod bene not. ad faciendum priuati patronum potestate presentandi pro ea vice. Et premissam decisionem etiam ponit Inno. in capitul. cum terra. de ele. & repetit Bald. vbi supra versicu. fin.

¶ Circa aliud, an possit presentari alias beneficiatus: concludit, quod sic etiam si beneficium quod habet sit curatum, vel dignitas, & etiam secundum id quod presentatur sit huiusmodi. Istam conclusionem satis probat text. in capitul. de multa. supra de prebend. vbi dicitur, quod habens vnum beneficium curatum, vel dignitatem potest aliud, vel aliam acceptare, licet vacet primum vel prima. Sed in terminis ita decidit d. Card. Floren. post Lau. in clemen. & si ab apostolica.

¶ in xv. q. de offic. ordi. ¶ Sed hic suboritur questio accessoria necessaria, an in casu proposito vacet. Primum videtur dicendum, quod non: quia generalis dispositio non trahitur ad beneficia patronalia laicorum, ne retrahantur a fundatione ecclesiarum, vt dicit Lapus in allegatione sua xvij. incipien. beneficia vacantia, & habetur plenè per d. Felyn. in suo tract. quando litera apostolica in princ. contrarium in vno verbo decidit domi. Card. Floren. in d. clemen. si ab apostolica in xv. quæst. Idem sentit Abba. Panor. in d. capitul. de multa. super gloss. iij. in versicul. additur & alius casus. ¶ Et hoc credo verius: quia cessat hoc casu dicta ratio, ne trahantur, & cum patroni ratificatio, vel consensus requiratur ad hoc, quod valeat acceptatio secundi & vacatio primi, vt dicit Abbas vbi supra. Istam etiam conclusionem tenet Gemi. in capitul. licet episcopus. de prebend. libro vi. vbi allegat idem tenere dominos de Rota, & Lapus in allegationibus suis. dicunt etiam prefati doctores, quod ex quo primum beneficium vacat per acceptationem secundi, ipso iure possunt patroni presentare ad primum beneficium vacans non vocato ipso acceptante. argument. d. capitul. licet episcopus. suboritur nunc alia difficultas an reseruatio quam facit Papa de beneficiis vacantibus in casu proposito, trahatur ad beneficia iuris patrona. vide Gemin. in capitul. ij. in iij. column. de prebend. libro vi. & plenè habetur per domin. Fely. in dicto suo tractatu. in versicu. limitatur ij. die vt per eum: quia nihil adderem. An autem reseruatio beneficiorum vacantium in curia trahatur ad beneficia iuris patrona. vide gloss. & docto. in dicto capitul. ij. dicam abundè infra super verbo competens aliquid.

¶ in quæst. xxij. ¶ Circa aliud, an quis possit presentare seipsum breuiter text. est quod non, in capitulo per vestras, infra eodem. & ibi notat omnes. & Specul. per illum textum in hoc eodem titulo circa finem. facit etiam textus in capitulo finali supra de instit. vbi quis non potest conferre beneficium sibi ipsi, seu non potest instituere seipsum: quia vt inquit ibi textus inter dantes & accipientem, debet esse distinctio personalis. Facit etiam quod probat text. in l. si mandauero. §. si tibi centum. ff. manda. vbi qui iussus est dare cui velit, non potest pro se retinere. Item facit quia quis non potest eligere seipsum etiam quod deus sibi potestas eligendi: & etiam dato, quod iurauerit eligere meliorem, & ipse sit melior. glossa quæ assignat rationem in capitul. cum in iure peritus. supra de electioni. & ratio premissæ conclusionis est: quia si quis presentant seipsum videtur facere iudicium de persona sua, & autorizare sibi ipsi. quæ omnia sunt prohibita. argumen. in clemen. ij. de rer. eccles. non alienan. & in capitul. qualiter. de elect. Ita Abbas post alios in dicto capitul. per vestras. Contra tamen istam conclusionem videtur facere regula quæ habet quod prima caritas incipit a seipso. capitul. qui vult ordinare. de poeniten. distinct. iij. l. preses. C. de ser. & aqua. sed responderi potest, quod procedit dicta regula, nisi sequatur inconuenientia, de quibus supra, scilicet, quod quis se ingerat, & autorizet sibi ipsi. & capitul. Ita respondet domi. Card. Floren. in dicto capitul. per vestras. in j. quæstio. Limita nunc hanc conclusionem quæ habet, quod quis non potest seipsum presentare, vt non procedat, quando iam esset presentatus ab alio compatrone: quia posset presentatiioni consentire: & ille consensus computaretur pro vna voce, vbi essent alij patroni qui discordarent. Tunc enim non se ingerit, nec potest reputari ambiciosus. Ita probatur in dicto capitulo cum in iure peritus. Et hoc tenet Specul. in hoc titul. versus finem. vbi dicit, quod tres patroni poterunt presentare vnum

ex se. argumen. l. vt magistratus. ff. de tuto. & cura. da. ab his. hoc etiam clarè probat gloss. in leos. ff. de decurionib. in princip. quæ dicit, quod electus ad aliquam dignitatem sine sui procuratore petens se postea confirmari non incidit in l. Iuliam ambitus. & illam gloss. sequitur Dy. in l. j. C. de confirma. tuto. & eam dicit non esse alibi Bald. in margarita sua. in verbo electio. in v. fe. Et ita est etiam de mente Abba. in dicto capitul. per vestras. & domi. Bartholom. Veronen. in cautelis suis in xij. charta cautela incipiente vidimus. pridie. Et etiam videtur hoc concludere Archidiacon. in capitulo qui episcopatium. in vltimis verbis. viij. quæstio prima. Contrarium tamen consuluit dominus Cardinal. consilio suo vij. in titul. de iure patrona. per d. capitul. per vestras. tamen mihi magis placeat dicta limitatio: quia in ea cessat ratio ambitionis de qua in dicto. capitulo. per vestras. Et hanc opinio. etiam tenet per plura dominus Andreas Barbatius. in consilio suo xxxij. incipien. scripsit Psalmista in penulti. column. in ij. volumi. allegat gloss. in terminis in capitulo consuluit. infra eodem titul. & etiam hoc tenet Abbas in d. capitul. cum in iure. in penul. column. vbi pulchrè explicat istum punctum. & ibidem in vlti. column. declarat qualiter debeat electus, vel presentatus consentire electioni, vel presentatiioni de se factæ. & an talis consensus possit presentari quando cunque: an autem infra tempus datum ad eligendum vel presentandum, dic vt per eum.

¶ Circa aliud an de necessitate presentatus debeat esse sacerdos, vel presbyter: an vero sufficiat, quod sit simplex clericus, vel subdiaconus, vel diaconus: videtur dicendum, quod non requiratur quod sit presbyter per text. in capitul. cum dilectus. infra eod. vbi fuit presentatus quidam subdiaconus. in hoc puncto quotidiano puto distinguendum esse, quod aut in fundatione beneficii fuit ordinatum & dispositum, quod presentari deberet vnus presbyter vel alter. postea id statutum est, vel ex priuilegio, vel consuetudine id caueatur. & tunc talis ordinatio, statutum, vel consuetudo, vel priuilegium est obseruandum. Ita quod si presentetur postea aliquis qui non sit presbyter quod presentatio non valeat. & ratio est, quia requiritur, quod tempore presentatiouis presentatus actu sit presbyter. & sicut beneficium habet ordinem annexum actu. Ita concludit Abbas in capitul. cum in cunctis. §. inferiora. in vlti. column. supra de elec. allegat inter cætera dominos de Rota decisione sua. iij. secundum numerum meum est decisio. j. in titul. de prebendis in nouis decisionibus. Idem dicit gloss. in capitul. si eo tempore. de rescrip. libro vi. & in capitul. j. de filiis presbyte. eod. libro. & idem in terminis concludit domi. Anto. Barb. in consil. suo xxxij. incipien. scripsit psalmista. in iij. & v. column. in ij. volu. Et etiam in vlt. column. vbi melius pro eadem conclusione facit: quia si patronus disponat cum consensu episcopi, quod semper presentetur vnus de domo sua vel de suo genere: si aliqui reperiantur qui velint presbyterari, & sint idonei, valet talis dispositio: ita decidit Gemin. in capitul. cum in ecclesia. per illum text. de prebend. libro vi. in vltimo notabili. Et ita consuluit eleganter domi. Card. Flor. consil. xi. incip. quædam societas. & ita firmat do. Felyn. in d. suo tractatu, quando litera apostolica, & c. in ij. column. versic. corroborari potest. pro predicta etiam conclusione facit text. notabilis in capitulo cum dilectus. supra de consuet. & quod ibi notant domi. Andr. Abbas & Imola. vbi cum consensu episcopi potest patronus disponere circa spiritualia, vbi alias non posset: quod etiam habetur per omnes in capitulo significatum. supra de prebendis. & per dominum Felynum in capitul. cum accessissent. in octaua columna. de consitu. post Abb. ibi & dominum Calde. qui etiam in terminis istis loquuntur: & predicta conclusio est diligenter notanda quia vt plurimum testatores differunt, quod volunt, quod ad capellas vel altaria per eos fundata vel fundanda presententur sacerdotes idonei: vel dicunt quod ad illa presententur capellani, qui celebrent: quia tunc requiritur quod presentandi sint sacerdotes tempore presentatiouis. Si autem ex dispositione testatoris fundatoris vel ex priuilegio vel consuetudine vel ex statuto non requiritur, quod actu quis sit presbyter vel alium ordinem habeat. ¶ Tunc dicendum est, quod sufficit si presentatus habeat ordinem habitum, quem beneficium ipsum requirit. ita concludit in effectu dominus Cardin. in capitulo nobis. §. cæterum. in fine. infra eodem. per text. in capitulo secundo de instit. libro sexto. & ante eum Ioannes Andreas ibidem. & pulchrè Imola in capitulo finali, supra de prebendis. & idem concludit Ludouicus Roman. in consilio suo ccxxv. incipiente, quod ad primam. in princip. vnde si beneficium sit curatum, sufficit quod presentatus habeat etatem sufficientem ad assumendum presbyteria-

byterarum. & sic quod habitu possit esse presbyter. textus est expressus in d. capitulo cum in cunctis. §. inferiora. & ibi pulchre Abbas post alios. nec est necesse, quod sit in sacris constitutus, vt dicit Innocen. ibi. cuius dictum, vt attestatur Pan. ibidem in fin. communiter obseruatur. & idem tenet Panor. post multa in capitulo dudum. elj. supra de electio. & clare probatur in capitulo secundo. de insti. libr. vj. & in capitulo si pro clericis pauperibus. de præbend. eodem libr. & licet capitulum prætere. de ætate & qualita. videatur requirere, quod ille qui promouetur ad curatum saltem debeat esse subdiaconus tempore promotionis, tamen ad illum text. respondetur multipliciter per docto. in dictis locis maxime Panor. in dicto capitulo. dudum. elj. in fin. vide eum & hæc conclusio mihi placet. licet aliqui simpliciter insistant literæ dicti capituli. prætere. vt Ioan. Andr. in gloss. capitul. cum ex eod. in verbo subdiaconatus. de elect. libro vj. & quidam alij relati per Panor. in d. capit. dudum. & præmissam conclusio. nem dicit esse communiorem Cardin. Floren. in d. capitulo prætere. & in d. capit. dudum. contrario xj. tamen necesse, quod postea ad ipsum ordinem requisitum in beneficio beneficiatus se promoueri faciat in tempore à iure expresso, vt in dictis iuribus cauetur. & faciunt notata per Gemin. in capit. canon. & in capit. statutum. de elect. libr. vj. vbi dicit, quod illa iura habent locum etiam in præsentatione. & ad prædicta etiam est bonus text. in capit. primo. & ibi ponderat domi. Anto. in iij. no. supra de æta. & quali. Si autem beneficium sit sine cura, vt puta canonicatus vel alium beneficium simplex, vel ecclesia, vel capella, etiam per se stans potest præsentari etiam non presbyter actu vel habitu & vnusquisque etiam qui non habeat aliquem ordinem sacrum nec de iure tunc sit aptus habere. Ita colligitur ex notatis per Abba. post alios in capit. super inordinata. supra de præbend. & in capit. prætere. supra de æta. & qua. & in d. §. inferiora. vbi concludunt docto. communiter quod in talibus beneficiis sufficit ætas xiiij. annorum. Quinimò in beneficio merè simplici, vel in simili gradus sufficeret, vt dicunt præfati domin. ætas v. annorum. Ad prædicta etiam faciunt quæ dicit domi. Barba. in d. consilio xxxiiij. in vj. column. sed ad ordinem sacrum nemo potest promoueri nisi in xvij. anno. loquendo de primo. sc. de subdiaconatu. quia alij maiorem ætatem exigunt, vt declarat text. in clemen. generalem. de æta. & qualita. Et prædicta conclusio facit quod decidunt Ioan. Andr. Abbas & communiter docto. in capit. nobis. infra eodem. Hosti. Abba. & alij in capit. suggestum. infra eod. Abba. in capit. postulasti. infra eodem & in consilio suo lvij. incipien. ex infra scriptis literis in vltim. column. in j. volumine vbi decidunt, quod patronus in ecclesia collegiata præsentabit rectorem & alios clericos. Et prædictam decisionem dicit esse communem Imo. in capit. fin. in vlti. no. supra de concess. præbend. an autem episcopus possit admittere præsentationem, & dispensare cum his qui non habent ætatem vel ordinem requisitum in beneficio saltem de consensu patroni vel heredis not. in d. clemen. generalem. & in d. capit. prætere. & in capit. vnico de æta. & qua. libr. vj. & per Abba. & alios in capit. cum accessissent de constit. vbi Abba. sentit quod sic. dicit vbi & in aliis locis præallegatis nor. & dicam. infra quæst. xv. super verbo de dicecesani consensu. quæst. xv. an autem illegitimus possit præsentari, vide infra quæstio. ij. super verbo

23 competens alicui. ¶ Quinto quæro an possit patronus præsentare per procuratorem. Breuiter conclusio est, quod sic text. est à contrario sensu in capit. fin. de concess. præbend. supra & ibidem norant omnes. Istud etiam tenet domi. Cardi. in clemen. j. in princip. in quæstio. de iure patrona. Idem sentit domi. Felyn. in capitul. cum venerabilis. in principio. supra de except. in vno verbo. & firmant domini de Rota loquendo in patrono clerico in decisionibus antiquioribus decisione prima circa principium sub hoc eodem titulo. Probatur etiam ista conclusio argumen. text. in capitul. accedens. supra de præbend. vbi absens potest inuestiri de beneficio per procuratorem. Item probatur quia non reperitur prohibitum. ergo censetur permissum ex quo materia est permissua. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. cau. ma. capitul. inter corporalia circa medium vbi pulchra gloss. supra de transla. episcopi. & isto argumen. vtitur Abbas in ista materia constitutionis procuratoris in capitu. constitutus. de appel. supra. facit etiam text. per locum à speciali. & ibidem notat, in capitulo quia propter. §. illud. supra de elect. Ita etiam concludit Lopus in allegationibus suis allegatione viij. incipiente præsentatus. & in allegatione lxxxviij. incipiente in dei nomine in iij. column. subiiciens quod patronus etiam non impeditus

id facere potest. Item etiam tenet in allegatione. xxij. incipian sufficiat. & in allegatione. cxvix. incipiente, factum super quo consilium petitur. in xvij. column. Istam etiam conclusio nem sentit Abbas in capit. ex insinuatione. in fin. infra eodem & pro ea etiam facit, quia electio potest fieri per procuratorem. text. in l. si is qui Stichum. ff. de procur. & in litem eorum. §. primo. ff. quod cuius. vniuer. nomine. & melior in proposito nostro. in capit. penult. de elect. libro vj. Sed hic sub-

24 ritur quæstio accessoria. ¶ Nunquid procurator debeat constitui spiritalis ad præsentandum: an verò sufficiat procurator generalis. dicas quod procurator debet esse specialis. casus est singularis, prout refert domin. Felyn. ibi ponderasse dominum suum in capitul. dilecto. supra de testibus. Et ratio

25 est secundum eum, quia præsentatio est quædam donatio. sed ad donandum requiritur speciale mandatum. capit. fin. de offic. vicar. libro vj. l. contra ius. §. si filius. ff. de pactis. ad eod. quod non sufficeret secundum eum procurator vniuersalis cum libera. pro eadem conclusione ego allego Paul. de castr. pulchre in consilio suo lvij. incipiente venerabilis vir. circa medium. vbi fortius dicit, quod etiam si quis habeat mandatum ad conferendum beneficia, non tamen potest præsentare: quia aliud est conferre aliud præsentare. capitul. cum in illis de præbend. libr. vj. idem etiam tenet Ioan. de Imol. in d. capitul. fin. in princ. contra Ioan. Andr. ibi subiiciens Imo. hanc decisionem non procedere, quando constituens procuratorem haberet foium modo potestatem præsentandi. quia tunc mandatum de conferendo intelligeretur de præsentando: quia aliter intelligi non possit. subiicit etiam Imo. ibi in iij. column. post Ioan. Cald. quod quando in mandato essent expressa aliqua requirentia speciale mandatum adiecta clausula generali tunc comprehenderetur potestas præsentandi iuxta text. & notata ibi in capitulo qui ad agendum. de procu. libro vj. Aduertendum est etiam hanc quæstionem quod sufficit procuratorem esse constitutum ad præsentandum in genere, non autem esset necesse specificare ad tale beneficium: ita concludunt doctores communiter in d. capitul. fin. supra de concess. præbend. & faciunt notata per Abbatem. & docto. in d. capitul. accedens. supra de præbend. vbi concludunt quod sufficit procuratorem esse constitutum ad acceptanda beneficia in genere. Limita modo istam conclusionem, vt procedat quando beneficium vacat: quia tunc potest constitui procurator ad præsentandum: vt supra, sed antequam vacet secus. ita probatur in d. capitulo fin. de concess. præbend. intelligendo tamen & declarando vt plenè per docto. maxime per Imo. ibi super. ij. gloss. & aliquid habetur per Lopus in dicta allegatione cxvix. in xvij. column. & per Lu. Roma. in consi. ccclxv.

26 incipien. in re præfenti. ¶ Secunda quæstio mouetur accessorie ad prædicta, an sufficiat procuratorem præsentasse infra quatuor menses datos laico patrono ad præsentandum si infra illos fidem non faciat de mandato. conclusio est quod non. quia paria sunt non præsentasse vel minus sufficienter præsentasse infra tempus. argumen. l. quoties. ff. qui satisda. cog. ita decidit Lopus allegatione sua xxij. incipien. an sufficiat. Crederem tamen, quod si quis præsentaret nomine alterius tanquam negotiorum gestor, vel procurator generalis, vel tanquam coniuncta persona. si fiat postea ratificatio infra tempus datum ad præsentandum, quod talis præsentatio valeat à tempore ratificationis. gloss. est notabilis in simili in capitulo. quam sit. in verbo peteré. de elect. libr. vj. & optime faciunt notata per docto. in dicto capitulo. accedens. vbi concludunt, quod si quis acceptat beneficium nomine meo possum ratificare. quam conclusionem etiam commemorat & sequitur domin. Felyn. in capitul. nonnulli. §. sunt & alij. in viij. colum. de rescri. quinimò etiam si nomine meo non esset facta præsentatio sufficit postea illam ratam habere intra tempus. ita probatur in capitulo. quod sicut. & ibi noratur. supra de elect. & ita etiam decidit in terminis de præsentatione domin. Bartholomeus bellenci. in apostillis ad Abba. in capitulo. cura. infra eodem per illum text. & si opponatur, quod non potest haberi ratum à me id quod non est gestum nomine meo. responde vt per Abba. in d. capitulo. quod sicut. in iij. column. ¶ Sexto quæro an possit patronus præsentare per literas scribendo episcopo qualiter talem præsentat. breuiter dicendum est quod sic. text. est & ibi not. gloss. & domi. Anto. Imo. Abbas & alij. in capit. ea nofcitur. supra de his que fiunt à præla. sine consensu. capitul. Inferentes per hoc quod potest quis præsentare absentem. Eandem conclusionem tenet Lopus allegatione sua lxxv. incipiente casus talis est. in ante penult. & in penult. col. allegat. inter alia text. clarum & ibi



# Tract. de iure Patro.

gloss. no. in verbo literarum. in clemen. unica. in §. presentatos. de excess. prela. Hic decidit ibi Lopus in contingencia facti, quod videlicet presentatio facta per instrumentum in absentia superioris, si presentatus infra quatuor menses deferat illud instrumentum ad superiorem, & ipsum coram eo presentet. quod quotidie contingit. predictam etiam conclusionem, quod per literas possit quis presentare, firmat Abb. in consil. suo lxxvj. incipiente, innocato Christi auxilio circa medium. & domi. Cardi. in d. §. presentatos. in prima opposi. & in capit. fin. in si. infra eodem ubi dicit ita fuisse obtentum. & ita commuluerunt Ioan. Andr. Lap. Abba. & Lap. de castellano. istud idem tenet domi. Præpo. diui Ambrosij nunc meritisissimus cardinalis in capit. qui in aliquo. l. j. distin. Limita tamen dictam conclusionem, vt procedat, quando presentatus se presentat coram superiore cum literis, vel instrumento vt supra dictum est: quia presentatio est exhibitio facta sensibus corporis superioris. gloss. est in clemen. dudum. in verbo presentari. de sepulturis. Ita Imol. & Abbas in d. capitul. canoscitur. Idem Abba. in capitul. præal. consil. lxxvj. Et subiicit Imo. ubi supra quod non sufficeret dirigere literas episcopo qualiter ipse presentat Titium nisi Titius esset presens episcopo tempore presentationis literarum. quod etiam firmat Abba. in dictis locis & satis est de mente Lapi, & etiam domi. Cardin. in locis supra allegatis. Reperio tamen dominos de Rota in decisionibus suis nouis in titu. de iure patro. decisionem iij. quæ incipit non sufficit: ubi aliter videntur loqui & dicere, quod sufficit literas esse presentatas episcopo & ipsum presentatum se exhibere corporaliter in termino dato ad presentandum. Non autem requirunt quod tempore presentationis literarum presentatus sit presens episcopo, quod dicitur iuri dicum & æquum: & secundum hanc decisionem arbitror esse limitandum id quod dicunt Panor. Imol. & alij supra relati. Aduertetamen, quod ubi presentatus esset notus episcopo tunc indistinctè non esset necesse, quod se corporaliter exhiberet. Ita Abbas in d. capit. canoscitur. & clarius in d. consil. lxxvj. in vlti. column. idem tenet domi. Præpo. diui Ambrosij in capit. de pecoro. xlvij. dist. Et ratio secundum eos, quia non est necesse presentatum exalare, ex quo est notus episcopo. Item aduertet mente Abba. in d. consilio. quod quando episcopus admittet presentationem per literas de eo qui non se corporaliter exhibeat, tunc valeat presentatio quod satis æquum est: & faciunt not. per Abb. & docto. in ca. cum accessissent. supra de consil. ¶ Septimo quæro tan patronus possit presentare plures dicendo episcopo, quod admittat alternativè quem velit. dicas quod sic text. est in clemen. plures eod. titul. ubi probatur iuncta gloss. in verbo plures. quod poterit patronus isto modo presentare quotcumque voluerit. & ita firmant ibi Zen. Marthe. & Lap. quos etiam refert & sequitur Ioan. de Imol. ibi super dicta gloss. Idem domi. Cardi. ibi in §. fin. in princip. secus tamen esset in electione. capitul. ij. de elec. libro vj. ista glo. & docto. in d. clemen. plures. Ioan. Andr. & Gem. id d. capitul. ij. & Lap. allegatione sua. viij. incid. presentatus circa prin. & in allegatione lxxviij. incip. in dei nomine. in v. col. & in d. allegatione viij. plura accumulata in quibus parificantur presentatio & electio. predictam etiam conclusionem facit do. Fely. plura allegando in capitul. inter cetera. in vlt. col. supra de appel. ubi etiam accumulata de validitate aliorum actuum alternativorum ad futuritatem. Au autem hæc conclusio procedat in patrono ecclesiastico, vide infra in q. ix. huius verbi in fin. ¶ Octavo quæro an possit patronus presentare sub conditione. Lap. in d. allega. viij. videtur sentire quod sic dum dicit quod capitul. ij. de elec. l. vj. non habet locum in presentatione. hoc idem videtur sentire Gem. in d. cap. ij. in princ. in verbo oppono secundo. Ego credo contrarium quia patronus debet realiter presentare infra tempus à iure statutum. Ita decidunt Ioan. Andr. & Abb. capitul. si. infra eod. vnde dicunt, quod non sufficeret patrono dicere infra tempus eligo talem presentandum: quia tempus est datum ad presentandum, non autem ad eligendum presentandum. cap. unico. eod. tit. lib. vj. licet etiam in hoc vltimo contrarium teneat Lap. in d. allegatione lxxviij. in v. col. pro dicta conclusione etiam facit, quia conditio nihil ponit in esse. l. j. ff. de cond. & demonst. & declarat gloss. in rubr. illius titul. Item procedit eadem ratio in presentatione quæ in electione igitur, &c. Non obstant modo autoritates præallegate: quia se fundant super clemen. si. de iure patr. in si. quæ non loquitur, quando conditionaliter fit presentatio, sed quando alternativè sed diuersa est ratio igitur, &c. ¶ Nonno quæro an possit patronus variare, seu presentare plures successivè & sic hodie vnum, cras alium. dicas quod sic lo-

quando de patrono laico: quia potest variare accumulando, non autem in totum à primo recedendo in patrono ecclesiastico secus. text. est clarus. & ibi omnes notant in capitul. cum autem infra eodem. notatur etiam in capitul. quod autem. infra eodem & per gloss. & doct. in d. clemen. plures. eod. tit. & ratio diuersitatis inter patronum ecclesiasticum & laicum assignatur per doct. in d. capitul. cum autem. reprobatibus rationibus gloss. ibi. Tamen meliorem rationem puto assignari per gloss. in simili. in capitul. cum vos. supra de officio. ordin. quam videas. & quod dixi de patrono ecclesiastico vt variare non possit, intelligendum est esse verum nisi clericus sit patronus ratione patrimonij sui. probatur in capitul. cum dilectus. infra eodem. nec alibi ita bene probatur secundum Abba. ibi. ita etiam concludunt Abbas & alij in dicto capit. ¶ Sed hic suboritur quæstio accessoria tan si clericus patronus variet, quia pendente presentatione prima aliam facit, an puniatur in hoc, quod ad superiorem deuoluatur dispositio quasi patronus sic variando reddiderit se indignum: concludit quod non, dum tamen non presentauerit indignum. ita decidunt domi. de Rota, in decisionibus antiquioribus deci. prima versus finem sub hoc eodem titulo, ad quod etiam bene facit quod not. in capitul. bonæ. ij. de elect. Nota tamen circa principalem quæstionem, quod cautela est ad impediendam variationem, vt inducatur patronus ad donandum exercitium iuris patronat. scilicet ipsam presentationem: quod potest fieri. ita domin. Anton. in capitulo illud. infra eod. & in capitul. constitutus. de concess. præbend. & faciunt quæ dicam infra super vlti. verbo in ij. quæst. Au tamen sine consensu episcopi fieri possit talis donatio me remitto ad not. in capitul. ex insinuatione. infra eodem & dicitur infra quæstione xij. ¶ Secunda suboritur quæstio accessoria an possit à postulatione variari. concludit breuiter quod sic. text. est & ibi colligit Abbas in xj. notabili in capit. bonæ. ij. de postula. præla. & etiam faciunt nota. in capitul. præcedenti. ¶ Ratio autem est, quia vt dicit Abb. ubi supra postulatio non est acquisitum ius. Et ex hoc potest dari limitatio ad d. capit. cum autem. in quantum prohibet clericum variare à presentatione: quia non prohibebitur variare à postulatione. quod not. & itam etiam sentit gloss. fin. in capitul. causis. de elect. & ibi Abba. attestatur hanc esse communem opi. ¶ Tertia suboritur quæstio accessoria an si patronus ecclesiasticus presentauit ei qui non habet ius instituendi, & sic nulliter, an possit variare, & denuò presentare legitime: concludit quod sic: ita decidit domi. post Gem. reprobatâ opinione Lau. in clemen. j. in ix. q. eodem titul. Idem tenet Ioan. de Imo. ibi in vlti. colum. versic. sed quid si clericus. Et bene probatur secundum domi. Cardi. ubi supra in c. fin. infra eodem prius ergo presentatus habebitur pro non presentato, vt concludunt præfati doct. Idem dicas in patrono laico qui plures presentauit: quia cum potest poenitere & facere aliam presentationem legitimam, & sic in totum poterit recedere à primâ ita probatur argumen. text. in ca. cum laici infra de iureiur. per quem text. ita dicit Panor. in c. j. super gloss. in verbo placere. in princip. de iud. & hæc erit vna alia limitatio ad d. c. cum autem. ubi dicitur quod non potest in totum recedi à primâ presentatione. ¶ Quarta suboritur quæstio accessoria, an abundat si patronus ecclesiasticus possit presentare plures simul iuxta clemen. plures. §. fin. cod. tit. gloss. ibi dicit quod non. & sequitur Gem. pro qua opin. facit quia presentatio patroni ecclesiastici habet vim electionis. ita dicit Inn. & Abb. in ca. cum autem. infra eod. sed plures eligi non possunt ab vno c. ij. iuncta gloss. in verbo alternativæ. de elec. lib. vj. Et hoc etiam videtur tenere Gem. ibi post Ioan. An. Contrarium tamen firmat Stephan. in dicta clementina plures. quem ibi refert & sequitur domin. Cardinal. Florenti. in §. finali in principio motus inter cetera propter indemnitate rationis illius text. idem in effectu sequitur ibi Ioan. de Imol. in penultima columna & hæc opinio etiam mihi placet, & eam tenendo non obstat dicere, quod presentatio patroni ecclesiastici habeat vim electionis. quia illud est verum quantum ad hoc, scilicet, vt non possit a tali presentatione variari, quemadmodum nec ab electione, & ita intelligunt Innocent. & Abbas in dicto capitulo cum autem. sed dato, quod patronus ecclesiasticus presentet plures simul, per hoc non dicitur variare. prout etiam dicit domin. Cardinal. in dicta clementina plures. in paragrapho finali in principio. Au autem à nominatione variari, possit, vide Rota, in antiquis sub titulo de præbend. decisione prima, & dic vt ibi, & in decisione vigesimâ prima in antiquis sub titulo de concess. præben. Au autem si patroni procedunt

per viam scrutiny in presentatione fida & publicetur scrutinyum, an possit variare publicato scrutinyio. concludo, quod sic, ita decidit Ioann. Andre. & Panormitan. in capitu. publicato. de elec. & de ratione quare secus in electione dicat, vide per eos ibi. ¶ Decimo quæro, an possit patronus laicus variare toties quoties voluerit. Ita quæstio est quotidiana, & eam reperio in specie factam per solum Calderin. in consilio suo decimo sexto incipiens. an laicus, in titulo de iure patron. vbi concludit, quod non potest accumulare vltra duos, quia pluralis locutio duorum numero est contenta. capitulo pluralis. de regulis iuris, libro sexto. l. vbi numerus. ff. de testi. sed iura dicunt, quod licitum est plures accumulare, ergo, & cetera. Item secundum eum talis variatio est odiosa, ergo restringenda regula, odia. de regulis iuris libro sexto. Et facit, quia vbi datur potestas variandi datur occasio machinandi dolum & fraudem. capitulo cum in multis. & ita notat. ibi Gemin. de rescript. libro sexto. ergo vbi est permessa variatio debet restringi. Item secundum eum infinitas est euitanda. dicto capitulo. cum in multis. item dicit ipse si videantur iura de ista materia loquentia clare hoc innuunt, quia capitulo. quod autem. infra eodem dicit postmodum aliud. capi. cum dicitur. infra eodem dicit secundum capitulo. pastoralis. dicit alium, & secundo loci. & istam opinionem dicit Calderin. ibi se putare de iure verissimam. ¶ Pro eadem opinione ego adduco regulam quæ habet, quod vbi licita est variatio non permittitur nisi semel. Ita decidit Bald. in authen. habita. in sexta columna. C. ne filius pro patre. allegat. l. si quis iurandum. C. de reb. credit. & istam regulam etiam commemorat domin. Alex. in l. final. ex toto. §. fina. ff. de legat. primo. vbi alias autoritas allegat. Ergo videtur bene probari, quod vbi quis presentauit vnum, alium tantum: & sic secundum possit presentare & per consequens, nisi semel variare. Secundo adduco regulam legis boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatio. vbi simplex sermo verificatur in prima vice. hinc dicimus, quod securitas veniendi data bannito intelligitur pro prima vice ita decidit Barto. in l. prima. ff. ad l. Iulii. maie. quem referunt & sequuntur Abbas & domin. Fel. alias autoritates allegantes in capitulo secundo. de treug. & pac. Facit etiam bene in proposito nostro quia si est data potestas arbitrio in compromisso de prorogando terminum compromissi, & non est dictum semel vel pluries, intelligitur de prima prorogatione & vnica. Ita decidit Speculat. in titulo de arbit. §. excipitur. versic. sed quid si fuerit actum. allegat. d. l. boues. §. hoc sermone. & ita etiam dixit Baldus in capitulo fina. in decima columna ibi dubitabitur in super. supra de consuetudin. & in capitulo olim de rescript. & in l. si vtr proponis. prima. C. quomodo & quando iud. allegat Innocen. in capitulo. veniens. de re iudicat. E hanc decisionem & plurimas alias ad propositum dictæ regulæ accumulatur domin. Felin. in dicto capitulo. secundo. vbi omnino videas. & sic videtur, quod prædicta conclusio. Calderin. sit corroborata bonis fundamentis, & eam reperi tenere domin. Felin. in capitulo. omnes. colum. iij. circa medium. j. distinct. consummatissimum doctorem domin. Andr. Batig. mihi patrem obseruandum auditorem Rotæ apostolicæ dignissimum. in l. quanto. de iudic. Contrariam tamen opin. videtur probare tex. in d. clementi. plures coniungendo gloss. in verbo plures & glo. in verbo presentare. dicit enim gloss. in verbo plures, quod licitum est patrono presentare quotcumque voluerit, & glossa sequens dicit simul vel successiue. Ergo ista decisio videtur clara ad probandum. quod patronus poterit successiue presentare tot quot voluerit, & cum illis gloss. transeunt domin. Cardina. Floren. & alii. d. cum Calde. in dicto consilio respondet ad illam glo. vt intelligitur dicit, quotcumque quando patronus simul presentat. Non autem referatur ad alium casum quando successiue presentat. tamen ista responsio destruit & violat illas gloss. Eandem etiam opinionem. quod liceat sæpe variare, & accumulare, videtur tenere domin. Abb. prout ponderaui, discurrendo verba sua ibi in dicto capitulo quanto. in secunda colum. de iudic. dum dicit hinc est, quod patronus laicus potest variare alium presentando & ex pluribus presentatis poterit episcopus in statuere secundum vel tertium: ergo sentit Abb. quod presentari possit nedom secundus, sed etiam tertius. Eandem etiam opinionem videtur expresse tenere domin. Card. Flor. in ca. pastoralis. in fin. infra eodem. vbi dicit, quod si patronus presentauit duos: quando nullus eorum est institutus, possit presentare tertium, per illum tex. qui tamen nihil probat. Idem etiam presupponit ibi domin. Anto. de Butr. in fin. qui dicit eadem verba. Pro eadem opin. facit quia vtile erit ecclesiæ quanto plures presentabuntur: quia facilius erit episcopo

expluribus eligere vnum idoneum quam si essent pauci presentati. vt de se patet. Et tenedo ista opinionem posse responderi ad argumentum dum dicitur quod varietas est restringenda, nec debet permitti plus quam semel quia in terminis nostris non potest dici proprie varietas, sed est potius accumulatio, vt not. in dicto capitulo. cum autem. infra eodem. Ego tamen credo opinionem Calderi. primo loco relatam esse in puncto iuris veriore per fundamenta supra adducta & etiam quia sapit magnam æquitatem, quia vt dictum est, si liceret sæpe accumulare, vel variare posset procedi in infinitum. & induceretur magna confusio, & si respondeatur ad vnum fundamentum quod vrger in contrarium, cetera facilius recipiunt solutionem. Fundamentum est de clem. plures. cum gloss. ad istud fundamentum potest responderi, quod diuersa ratio format pactum. l. inter posturas. C. de transact. dicamus ergo quod dictus text. debet intelligi, vt dicit Calderin. in dicto consilio septimo in casu quando fieret presentatio de pluribus. simul & ratio sit diuersitatis quando plures simul presentantur non arguit varietas in patrono presentante. Præterea vnus presentatus non potest conueniri, quod presentatio alterius sibi præiudicauerit, cum omnes simul fuerint presentati. cum ergo militet diuersa ratio in dictis casibus. non est aliquo modo dicendum, quod Papa voluerit quod sit eadem iuris dispositio. argumen. l. illud cum vulgaribus. ff. ad l. Aquil. Vnde firma videtur conclusio supra facta. Ad aliud fundamentum, quod vtile esset ecclesiæ, & cetera. Respondetur quod dummodo vnus ex presentatis sit idoneus satis est nec consideratur, quod alter idoneior reperitur, vt dicit glo. communiter approbata in capitulo. tertio. j. eodem & in ca. secundo. de offic. iust. Præterea attento isto fundamento sequetur, quod etiam patronus ecclesiasticus posset variare, quod tamen est falsum. dicit capitulo. cum autem. infra eodem. Ad autoritates supra allegatas responderetur, quod eis non est credendum: quia non sunt roborata aliquo iure, vel ratione & vt dicit Bald. in l. respublica. C. ex quibus. cau. ma. etiam glo. n. h. alleganti non est credendum: nec communis opinio esset attendenda. quando iure non probaretur. ita decidit domin. Ant. de Butr. cuius dictum ibi extollit Abb. alia allegando in capitulo. tua nos. infra de vfuris. Idem dicit Ioan. An. & ibi alii referunt & sequuntur in capitulo. primo. de constitutionibus. ¶ Unde decimo quæro, an si patronus promississet de presentando vnus posset postea variare, & alium presentare. Breuiter do. And. & ibi refert & sequitur Io. de Imo. in prin. in c. si. supra de concess. præben. tenet, quod sic: nam secundum eos hoc probatur argumentum a fortiori nam si vnus presentato licitum est variare, & alium presentare quanto magis licitum erit variare, si sola promissio de presentando præcessit. Ego tamen credo, quod patronus etiam teneatur presentare illum cui promissit licite doct. ibi non dicant. Et ratio est: quia talis promissio de presentando obligat, vt ibi dicunt doct. maxime Imol. in prin. ponderando ibi textum a contrario sensu. dato enim, quod variatio fieri possit: verum est accumulatiue. vt not. in dicto capitulo. cum autem. An autem possit hoc casu patronus cogi præcise: an vero soluendo interesse liberetur, dependet de notatis in l. stipulationes non diuiduntur. versic. Celsus. 37 ff. de verbo. obligat. ¶ Duodecimo quæro quid si patronus presentauerit vnum, & iurauerit de non variando, an possit variare videtur dicendum quod sic. per illud quod decidit glo. in capitulo. final. de procuratoribus libro sexto in verbo reuocari. quam dicit singularem domin. Fel. in capitulo. cum accessissent. in quinta columna de constitutio. dicit enim illa glossa quod si constituo procuratorem & iuro ad eum de non reuocando si postea reuoco valet reuocatio licet sim periurus. & dicit Inno. in capitulo. dilecto. supra de præbend. quod si iuravi non vendere librum, & postea vendo: valet venditio, licet sim periurus. Hinc etiam dicit domin. Anton. de Butr. in capitulo. penulti. ff. de offic. vicar. quod si constituat vicarius ad tempus & iuret de non reuocando ante tempus: si postea reuocetur, valet reuocatio indistincte: licet quando sine causa reuocatur iurans sit periurus. & facit text. in capitulo si cur de sponsali. & notatur per Abba. & doct. in capitulo. in intellectu de iureiuran. & pulchre per Paulum de Castro declarantem istam regulam, & alia multa similia adducentem in consilio suo quinquagesimo sexto. incip. dico non obstant. & cetera. Et istam opinionem in terminis reperio tenuisse domin. Alexand. in consilio suo decimo sexto. incip. ponderatis in tertio volumine. ¶ Contrariam sententiam reperio tenuisse in terminis Pau. de Castro in consilio suo quinquagesimo septimo. incip. venerabilis vir. in secunda col. vbi dicit, quod si quis iurauerit nullum presentare durate arrendamento: si postea vellet

let presentare non deberet audiri, & mouetur, quia in his in quibus debet adiri superior ipse non debet audire venientem contra proprium iuramentum, ne sit author periurij, allegat notata per Ioannem Andr. in capit. quod semel placuit. de regul. iur. in quaestione mercuriali. Et dicit probari in cap. mulieri. de iureiurando, ex quo infert solutionem ad contraria supra adducta. nam dicit ipse quod loquuntur in his casibus in quibus non est necesse adire patrem vel superiorem. Tunc bene quis potest venire contra iuramentum licet sit periurus. ¶ Et eandem declarationem ponit idem Paulus de Castro in consilio precedenti lviij. supra allegato. eandem conclusionem videtur tenuisse in fortioribus terminis Lapus in allegatione sua septuagesimo octava incipien. in dei nomine. in iij. colum. in fine, vbi dicit quod si patroni promiserunt sibi inuicem de habendo & reputando presentatum in rectorem & non alium, quod contra talem promissionem venire non potest. argumen. clem. plures. de iure patrona. & sic loquitur in promissione facta sine iuramento, quod est fortius, & ista sunt in practica menti tenenda in hac materia, nec alibi reperi. ¶ ¶ Deximotertio quæro quid si patronus presentet secundum, nec dicat accumulando: an ista secunda presentatio valebit. Lapus in dicta allegatione septuagesimo octava, in quarta columna. sentit quod non. dicit enim quod quidam patroni, qui primo presentauerant quemdam domi. Matt. & postea presentauerunt vnum alium, non accumulando, sed variando, nihil fecerunt: & propterea presentatio non tenuit. Ego credo contrarium esse verius: quia patronus vel alius presumitur velle id quod iuris est alio non apparente. I. si duo. ff. de acquirend. hered. quam pro ista regula allegat Bald. in l. præcibus. C. de impub. circa decimam quintam column. facit text. & ibi notat. in l. ex facto. in principio. ff. de vulg. & pupillar. & aliquid habetur per dominum Alexand. de Imol. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. in septima. columna & in l. gallus §. primo. in prima columna, ff. de liber. & postu. ergo patronus quando simpliciter presentat secundum videtur velle accumulare, non autem in totum à primo recedere: cum non possit de iure per text. & ibi not. in capitul. cum autem infra eodem. facit regula quia in dubio est fienda interpretatio, vt potius actus valeat quam pereat. capit. abbate. de verborum significatione. l. quoties de rebus dubiis. Posset tamen dici quod Lapus non loquitur, quando pat. simpliciter presentat secundum, sed quando presentat secundum, & dixit se velle variare presentando. quod etiam videtur bene notandum ad infringendas presentationes, & ad intellectum d. capitul. cum autem. quia patronus presentando secundum debet dicere quod id facit accumulando. secundum Lapum vbi supra. vel saltem simpliciter presentare non dicendo quod id facit variando. quia tunc in dubio presumitur velle quod iuris est supra dixi. ¶ ¶ Decimo quarto quæro quid si duo patroni presentent vnum, an poterit alter ex his variare accumulando, & alium presentare. Io. Andr. in reg. in re communi. de reg. iur. libro vi. quem refert & sequitur Abbas in dicto capitulo cum autem tenet quod non. Et concludit quod episcopus non possit instituire secundo presentatum, ex quo primus habet plures voces. & sic fortius ius. & licet Abbas vbi supra loquatur quando alter ex patronis qui primo presentauerunt est clericus: tamen putat idem esse vbi ambo essent laici. quia vtroque casu militat eadem ratio & fundamentum supra factum. Eandem conclusionem tenuit Lapus pulchre in dicta allegatione. lxxvij. in iij. colum. & melius in v. vbi fortius dicit allegando Ioann. Andr. vbi supra quod si omnes patroni vnum presentant, dato quod maior pars postea variet presentatus ab omnibus præferatur. Licet contrarium in simili dixerit. Bald. in l. fin. C. de auth. præstan. Eandem etiam conclusionem tenuit Ioan. Andr. in additionibus Specul. in hoc titu. in additio. magna circa principium. ¶ ¶ Decimo quinto quæro an si patronus presentat successiuè duos quorum alter sit idoneior, episcopus possit instituire quem voluerit, & sic an hoc casu locus sit gratificationi: ista quaestio est dubitabilis valde. Hostien. Ioan. Andr. do. Anto. & Cardin. in dicto capitulo cum autem tenent quod sic. quia non est considerandus excessus idoneitatis, sed satis est quod vterque sit idoneus. Eandem opinionem videtur tenere gl. in capitulo iij. in verbo maioribus. infra eodem. & glo. in simili. in capitulo ij. de offic. custo. & in capitul. monasterium. in dicto tex. xvj. quaestio. vij. & in capitulo licet. vij. quaestio. ij. & in capitul. constitutus. el. iij. vbi etiam domi. Anto. & Abb. supra de app. Idem videtur sentire Specul. in hoc cod. titul. circa fin. vbi dicit sufficere quod presentatus non sit malus.

Idem videtur tenere Federic. de Senis in consilio suo xcv. incipien. super dubitationum articulis in principio. vbi dicit satis esse quod patronus presentet idoneum, dato quod potuerit presentare idoneiorem licet sic faciendo vulneret conscientiam suam. Istam eandem opinionem reperio tenere gloss. in d. capitulo. si plures xvj. quaestio. vij. dum dicit quod si patroni sunt in discordia debet institui qui maioribus iuuatur meritis & sit idoneior. Si autem sint pares, episcopus potest facere gratiam cui vult. Et sic expresse sentit quod hoc vltimo casu, scilicet quando sunt pares voces non attenditur excessus idoneitatis. Istam eandem opinionem videtur tenere Bald. consilio cccxxij. incipien. præmittendum est, in allegationibus ibi insertis post consilium in vltim. colum. in iij. volumin. vbi dicit quod propter discordiam patronorum si sint pares voces ille qui habet ius instituendi potest adherere cui vult & præferri digniori tã presentato quam presentanti. Ergo sentit quod illa qualitas, scilicet quod presentatus sit dignior non habet arcere instituere habentem ad eum instituendum. Istam etiam conclusionem tenere videtur domin. Philip. de Lersiso. in capitulo constitutus. iij. de appella. in principio post gloss. iij. ibi loquentem in simili de electio. Contrariam opinio. tenet Abbas. Panormita. in dicto capitulo cum autem. per text. in capitul. si forte. lxxij. dist. in d. capitul. iij. infra eodem vbi dicitur quod ille præferri debet qui maioribus iuuatur meritis &c. Item mouetur per text. in d. capitul. cum autem, dum ibi dicitur quod patronus presentauit secunda vice æquè idoneum. Ergo videtur inuenire aliter esse si erat magis idoneus. Præterea ille text. dicit quod vbi duo successiuè sunt presentati, est in iudicio episcopi instituere quem velit. Sed verbum iudicium sapit discretionem & arbitrium boni viri. l. fidei commissa. §. quanquam. ff. de lega. iij. cum simi. ¶ Sed bonus vir admittit idoneiorem igitur &c. Istam eandem opinio. reperio tenuisse dictū Card. floren. referentem Pau. de Eleaza. ibi in clemen. plures. §. fin. in j. q. eodem titu. vbi dicit ista verba, si vota sunt paria, distinguenda erunt merita. vel locus erit gratificationi quasi dicat in alternatiuam, vel quod vbi merita distingui non possint: quia etiam essent paria, tunc locus esset gratificationi: alias expresse sentit quod attendantur merita. & sic excessus idoneitatis, & quod ista sit eius intentio patet ex iure per eum allegato. l. ex capitul. penul. de rescript. libro vj. hoc idem clarius tenuit domi. Cardinal. in d. clemen. plures. in princ. in iij. colum. vbi dicit quod si duo patroni presentant duos, admittitur idoneior. Si autem sunt equaliter idonei: locus est gratificationi, allegat notata in capitul. j. infra eodem. Eandem opi. tenet ibi clarè Ioan. de Imol. super gloss. magna in pluribus locis. Et hæc opinio omnibus consideratis etiam mihi placet, quia fundamenta pro ea adducta fortissime stringunt, maxime text. in d. capitul. quod incipit quoniam. infra eodem vbi formaliter dicitur, quod si in plures partes fundatorum se vota diuiserint, ille præficiatur ecclesie, qui maioribus iuuatur meritis &c. & textus in dicto capitul. si forte. lxxij. dist. dicit si vota eligentium in duas se diuiserint partes, is præferatur qui maioribus iuuatur meritis &c. & sic etiam loquitur quando vota sint paria. & ratio illorum iurium militat etiam in casu nostro quando vnus & idem patronus presentat plures. Et pro hac parte ego facio tale fundamentum. Nam secundum Abba. & alios in dicto capitul. cum autem. ¶ ¶ vbi iura non sunt paria non est locus gratificationi, & probatur in illo text. in fin. Sed quando quis est idoneior altero clarè apparet inter eos non esse paritatem, ergo non erit hoc casu locus gratificationi. ¶ Comprobo etiam hanc conclusionem per illud quod dixit dominus Andr. Barbat. in consilio suo. xxxij. vltima columna. j. volumi. vbi dicit quod in beneficiis conferendis est præferendus senior. & incipit, scripsit propheta: quod etiam pulchre & clarè dicit ante eum Bald. in consilio suo clxv. incipiente ordinatio testamenti. in fin. in quarto volumin. vbi ad hoc allegat l. fin. ff. de si. instrument. & ista opinio sapit maximam æquitatem. & maxime procedit in foro conscientie: quia ille vulnerat conscientiam, qui potest eligere idoneiorem, & eligit idoneum vt dicit Federic. in consilio præallegat. & dominus Anton. de Butt. & Abbas in dicto capitulo constitutus. & Abbas in dicto capitulo quoniam, quicquid dixerit dominus Philipp. de Perusio. in capitulo constitutus, & hæc mihi videtur veritas. Crederem tamen hanc conclusionem esse limitandam nisi idoneus habeat plures voces pro se, & idoneior pauciores: quia tunc deberet institui idoneus. ita loquitur glossa in dicto capitulo quoniam. in verbo maioribus. & in dicto capitulo licet. ¶ Et ratio limitationis sit, quia hoc

hoc casu idoneus habet fortius ius. Secundo crederem eam limitandam nisi idoneus esset pauper vel egenus, quia esset preferendus idoneiori non pauperi in simplici beneficio. Ita decidit Hostiens. in capitul. tuam, de eta. & qua. & ibi refert & sequitur domi. Ant. de Butr. in iii. colum. & bene faciunt quæ dicam in quest. iij. sequentis verbi. Et si quis dicat tenendo præmissam conclusionem quid respondebimus ad text. qui allegatur in contrarium in capitul. monasterium. xvj. q. vij. dum dicit quod sufficit quod præsentatus non sit malus, ergo idoneior non præferetur idoneo. Ego respondeo quod ille text. debet intelligi, quando alius melior non est oblati. Et istam solutionem reperio traditam per quosdam relatos per gloss. in d. capitul. licet. quamuis ipsa teneat quod supra dixi. Vel aliter possemus respondere quod quando aliquis habet facere præsentationem sufficit, quod præsentet vnū idoneum, quia absurdum esset dicere, quod deberet perquirere totum mundum, vt inueniret meliorem. & ita procedat d. capitulū monasterium. sed quando episcopo sunt præsentati duo, quorum alter est idoneior cessat dictum absurdum, & instituendo idoneum repulso idoneiori, facit iniuriam ipsi idoneiori, qui etiam habebat ex præsentatione ius petendi institutionem. quæ ratio cessat, vbi quis nondum est præsentatus. & ista solutio rationalis est & solida, vt puto: & comprobatur, quia hoc vltimo casu episcopus est iudex inter ipsos duos super hoc contententes, scilicet quis eorum potius admitti & institui debeat. Ergo iustitiam ministrare debet. Aliter non diceretur iudex. capitul. forus, infra de verbor. signific. sed profecto iustitiam non ministraret, si repelleret idoneiorem admissio idoneo, data paritate in cæteris. & vide quæ dicam, infra in sequenti verbo quest. ij. ¶ Decimosexto quæro

43 circa prædicta de alia questione notabili. ¶ Pone quod maior pars patronorum præsentet vnum indignum, minor pars præsentet dignum, quis istorum præsentatorum instituendus erit, reperio quod text. in capitul. dudum. elemen. j. supra de elect. decidit similem questionem, & ibi docto. notant, maxime d. Abbas in vlti. notab. dicitur enim ibi quod concurrentibus duabus electionibus super eadem dignitate, quarum vna est facta à maiori parte indigno scilicet à minori parte de digno, venit confirmanda electio facta à minori parte de digno. Et propterea idem credo in casu præposito ex identitate rationis, nec mirum, quia præsentatio facta de indigno non tenet, vt concludunt docto. in capitul. cum vos, ex de offic. ord. & alias auctoritates allegavi supra in iij. questio. huius verbi. ¶ Decimosextimo quæro circa materiam præmissam. ¶ Pone quod duo successiuè sint præsentati & sint eque idonei, an debeat episcopus instituere primo præsentatum. Ioan. Andr. in reg. in re communi. in fin. de regul. iur. libro vij. in mercu. decidit quod sic sed credo eum inaduet teneri esse locutum: quia casus est in contrarium in capitul. cum autem, infra eodem vbi ita summant docto. Et concluditur quod duobus præsentatis etiam successiuè locus est gratificationi. ¶ Decimosextimo quæro de questione notabili quam non reperio in specie formata & contingere possit

45 multoties de secundo. ¶ Pone quod duo sint præsentati & sint eque idonei, sed alter ex eis est de sanguine fundatoris, an propter hoc episcopus debeat illum preferre, videri dicendum quod sic, per illud quod dicit text. in simili, in capitul. bonæ. ij. & ibi Abbas in xij. not. supra de postu. præla. vbi dicitur, quod si in loco reperiuntur idonei non debet præfici extraneus & ibi domi. Abbas allegat alium text. pulcherrimum capitul. nullus inuitis. lxj. distinct. vbi episcopus debet eligi de clero ciuitatis & non de aliena ciuitate. Istud idè decidit Abb. in capitul. ad doctorem, in fin. supra de instit. vbi dicit quod geniti in ciuitate si sint idonei non debent postponi propter extraneos. & subiicit quod si sic fieret valde honestum esset & fructuosum, faciunt etiam notata per text. ibi in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & c. lti. Item facit quod decidit Abb. in simili, in capitul. constitutus, in ij. colum. de appel. vbi dicit quod honestius est quod idoneus eligatur de eodem collegio, quam idoneior de alio, bene etiam facit text. in l. in ecclesijs. C. de epi. & cle. vbi dicitur & ita summatur quod ad ecclesiam sunt promouendi illi qui sunt de illa ciuitate vel oppido.

46 Item facit & quia beneficium debet conferri ei qui bene fecit, capitul. cum in officijs, supra de testa. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. her. ¶ Contrarium opinionem videri probare text. in capitul. ad decorum, supra de instit. vbi papa reprehendit patriarcham constantinopolitanum qui alios clericos spernens, Venetos tantum in ecclesijs constantinopolitanis collocabat, subiiciens quod in omni gente qui facit iustitiam acceptus est deo, nec conuenit sanctuarium de iure

hereditario possideri, & propterea videtur quod si illi de sanguine fundatoris deberent semper institui quod denotaretur successio in beneficiis quæ est reprobata vt ibi & in capitulo consuluuit infra eodem & in capitul. j. supra de præben. Item facit quia nec apud deum nec apud ecclesiam habetur acceptio personarum, capitul. nouit, cum si, supra de iudic. ergo non debet fieri differentia inter extraneos & eos qui sunt de sanguine quantum ad propositum nostrum, & istam opinionem videtur tenere Abbas in d. capitul. decorum, vbi dicit quod vnum beneficium non debet semper conferri hominibus vnus cognationis, ne videatur tale beneficium debitum illi cognationi, & hoc plenius explicat in capitul. venerabilem, colum. v. de elec. vbi appellat eos laicos improbos, qui instunt ne aliquod beneficium exeat familiam, per illum text. Comprobatur ista opinio, quia text. de hac materia loquentes solum ponderant quod præsentatus sit idoneus, vt in d. capitulo cum autem, cum similibus: nec faciunt differentiam an sit de sanguine fundatoris an non. Comprobatur etiam hæc opinio, per illud quod dicit Abbas in d. capitulo constitutis el iij. de appellat. vbi inquit quod dummodo quis sit idoneus non est considerandum quod aliæ qualitates desint, puta diuitiæ vel potentia si illis ecclesia non indigeat. & istud idem firmat ibi domin. Phil. de Perusio in iij. colum. qui dicit post Imolan ibi, quod licet ante factum debeant considerari tales qualitates tamen post factum & sic post electionem vel præsentationem non est curandum, quia dummodo vel præsentatio sit facta de idoneo videlicet. Prima opinio est verior & pro ea adduco gloss. in terminis, capitul. neminem, in verbo sine possessionis. lxx. d. quæ dicit formaliter quod potius sunt instituendi illi clerici de quorum bonis est fundata ecclesia, cum qua gloss. transeunt ibi simpliciter Arch. & domi. Præp. diui Ambrosii nunc meritis. Cardinal. Alexandr. & faciunt notata per gloss. & docto. in capitulo si proponente de rescrip. vbi dicunt quod quod si forensis imperat beneficium, & non facit mentionem de loco suæ originis, gratia est surreptitia ¶ quia in dubio papa intendit providere cuiunque in patria sua, & allegat ibi dominus Abbas inter cætera bonum textum in capitul. bonæ. el ij. supra de postu. præla. circa finem ibi, nec vellemus ei præficere alienum, & aliud bonum text. in d. capitul. nullus inuitis lxj. distinct. & etiam text. in capitul. hortamur. lxxj. distinct. quæ allegat gloss. in capitul. si proponente. Et melius facit in proposito nostro gloss. ibi quæ dicit quod laicos non debet præsentare extraneum quia do reperitur idoneus in suo episcopatu. ¶ Et dicit fortius

48 Archi. ibidem ¶ quod episcopus potest repellere talem præsentatum extraneum, quando reperiuntur idonei in illo episcopatu, & sequitur Cardinal. Alex. ibi: & hoc est bene notandum quia volunt hanc decisionem procedere etiam si ille extraneus haberet literas commendatitias proprii episcopi. Pro ista etiam opinio, facit quod gloss. in cle. Plures, in gloss. magna versus fin. eo. titulo, quæ velle videtur, quod vox illius ex patronis præferri debet in præsentando qui plus contulit in constructione vel dote ecclesie. Quod an verum sit, vide quæ dicam infra super verbo & dotauit, in xij. q. Præmissam etiam conclusionem reperio tenere do. Andr. Barba, in consilio suo xxij. incipien. scripsit propheta, in ij. volu. vbi per multa concludit esse regu. quod illi de propria ecclesia vel ciues in beneficio præferri debent peregrinis, si sint idonei, vide cum in vj. & vij. colum. allegat inter cætera no. per gloss. in d. capitul. si proponente. Non obstant modo in contrarium adducta & primo non obstat text. in d. capitulo ad decorum cum similibus, quia respondet gl. in d. capitul. bonæ. de postu. præla. quod ibi erant omnes extranei, ideo qua ratione veneti instituebantur, eadem ratione debebant institui alij. Non etiam obstat dicere quod denotaretur successio in beneficiis quia id negatur cum nō præsupponatur in casu nostro, quod prædecessores instituti in tali beneficio fuerint parentes eius qui nunc præsentatur, Non ob. etiam quod non sit habenda acceptio personarum, quia illa regula procedit vbi militat eadem ratio in personis: sed si diuersa ratio militat diuersum seruatur ius, cap. de multa, in fin. vbi Abb. & cæteri de præben. & etiam no. in d. cap. nouit. & alibi sæpe. Sed in proposito nostro militat diuersa ratio inter dictas personas præsentatas, quia alter ex præsentatis est de sanguine fundatoris, alter non, igitur & c. ¶ Non obstat modo quod dicit Abbas in dicto capitulo, ad decorum & in dicto capitulo, venerabilem, quia potest dici quod per decisionem Abb. in dictis locis limitatur conclusio supra facta, sc. vt tunc procedat, quando prædecessores instituti in illo beneficio etiam erant de familia fundatoris: quia si de nouo præsentetur vnus de illa familia



# Tract. de iure Patro.

familia & etiam presentetur alter æquè idoneus preferendus erit ille alter ne denotetur successio in beneficiis, vt dicit Abbas in dictis locis, & alij docti. ibidem & alibi sæpe. Et ista limitatio est rationabilis, & æqua. Non obstat etiam vltimum, sc. quòd iura non considerent istam qualitatē. sc. quòd sit de sanguine: sed tantummodo considerent quod presentatus sit idoneus, quia istud est falsum, vt probatur per glossam in d. capitul. ne in eum. & per alia de quibus supra. Si quis tamen vellet tenere aliam opinio. sc. quod non sit fienda prædicta differentia inter presentatos. Limitanda esset nisi testator, vel fundator disposuisset cum consensu episcopi quod semper presentetur vnus de domo, vel de sanguine suo, si aliqui sint qui velint presbyterari: quia videtur talis dispositio. & presentetur ille presentatus qui est de domo, ita decidit Gemi. in capitul. dum in ecclesia. in vltimo not. de præbend. libro vj. Et firmat d. Felyn. in suo tract. quando literæ apostolicæ præiudicent iuri patroni. laicorum in ij. column. versicu. corroborari potest. Qui etiam allegat. d. Cardinal. in consilio suo xj. licet falso allegaret. Idem tenet Bald. in consilio suo xxxvj. incipien. voluntas testatoris. in iij. volumi. ¶ De cimo nono quæro, ¶ an clericus diues debeat preferri pauperi in beneficio. Communis opinio. est, quòd quando ecclesia esset onerata debitis præferri debeat. ita Abbas & expressius d. Philip. de Peru. ibi in v. col. in capitul. constitutus. el. iij. de appel. & firmat d. Felyn. in capitul. cum adeo. in vlt. column. de rescrip. & in capitul. postulasti. in ix. colum. co. tit. Aliàs autem crederem quod cæteris paribus preferri debeat pauper. arg. capitul. quia in tantum. supra de præb. & c. non liceat. & c. episcopus. & cap. cum secundum. cum sim. eod. titu. & dicam plenius infra sup. verbo onerosum. q. iij. ¶ Vigesimo quæro, clarum est quod patronus potest variare in presentando iuxta 50 cap. cum autem. infra eod. Pone ¶ quod procurator meus presentauerit vnum, an possim variare, si ego personaliter presentassem. Breuiter dicendum est quod sic. ita concludit in terminis Dominicus de sancto Gemini. in capitul. lex est. iij. dist. subiciens se ita dixisse in facto. & eum refert & sequitur d. Felyn. Sandeus in cap. cum venerabilis. in prin. supra de excep. hanc conclusionem comprobo, quia si licitum est mihi variare quado ego presentauit. Eadem ratione videtur quod possim quado procurator meus presentauit, quia id quod fecit procurator, ego dico fecisse. cap. mulieres. infra de sent. excom. l. j. §. de iuste. cum similibus. ff. de vi & vi arma. & facit hæc decisio ad amplificationem d. ca. cum autem. ¶ Vigesimo septimo quæro, ¶ Pone quod ego constituam procuratorem ad presentandum vnum compatronum meum, & ipse presentauerit vnum nomine proprio, an possit variare, & alium presentare nomine meo. Reperio quod Lopus de Castellano in allegationibus suis alleg. xxij. incip. in satisfaciatur. concludit quod non. dicit enim ibi quod procurator qui habet mandatum ad presentandum à diuersis non potest diuersos presentare. allegat text. in ca. pe. de elect. libro vj. Istud idem tenet d. Fely. Sandeus in ca. cum olim. in ij. colum. de re iud. allegando Lopus vbi supra & aliqua similia ad propositum. Vnum obstat, quia text. in d. ca. pe. allegato per Lopus loquitur in electione in qua quis tenetur preferre idoneiorē. c. constitutus. el. iij. de ap. vnde ea conscientia qua eligi idoneiorē nomine proprio debet etiam eligere nomine alieno. vt dicit glo. in d. c. pe. Sed hæc ratio cessat quando quis tenetur preferre idoneum, quia tunc posset assumere vnum idoneum nomine proprio, & alium idoneum nomine alieno. vt dicit Ab. in c. constitutus. sed in presentatione loquendo sufficit presentasse idoneum secundum communiter omnes in c. iij. §. e. & probatur in c. monasterium. xvj. q. vij. Ergo poterit procurator compatronus presentare vnum idoneum nomine suo, & alium idoneum nomine meo. Tenendo conclusionē Lapi. istud obiectum nō obstat, quia nō est verum, quod quis teneatur de substantia eligere idoneiorē: imo electio facta de idoneiore valet vt tenet gl. & doc. in d. c. constitutus. est verū quod vulnerat conscientiam qui nō eligit idoneiorē. ita Ab. ibi & Fed. in consi. xcvi. incip. super dubitationū articulis. in prin. & propterea Abb. in d. ca. constitutus, dicit, quod eligens debet preferre idoneiorē. dicit verū esse quantum ad conscientiam: secus autem quantum ad validitatē electionis. sed hoc idem in presentatione secundū Fed. vbi §. ergo firma remanet conclusio supra facta. quia quantum ad propositum nostrum non est differentia inter electionē & presentationem, vt patet ex predictis. Limita tamen dictā conclusionem vt nō procedat, quando procurator esset constitutus ad presentandum certam personam in specie, quia tunc posset presentare vnum nomine proprio, alium nomine alieno. text. est in c. pe. & fir-

32 mat de Felyn. vbi §. ¶ Vigesimo secundo quæro, in materia præmissæ variationis, pone quod vnus ex duobus presentatis, vel alius pro impetratione illius beneficii vacantis accedat ad curiam Romanam. interim autem quod accedit patroni variant, vel de nouo presentant & episcopus facit institutionē. iste impetrat literas à summo pontifice non facta mentione de presentatione, vel variatione prædicta, cum illam ignoraret, an tales literæ valeant in præiudicium instituti. concludit quod non: quia surreptio etiam committitur tacendo id quod ignoratur si verisimiliter illud factum potuisset mouere Papam ad aliud faciendum. Ita Abb. per illum text. quem exclamat in cap. constitutus in prin. de rescrip. idem Abb. in cap. ad audientiam. circa finem eod. titul. in proposito ergo nostro, si Papa sciuisset variationem, vel presentationem esse factam verisimiliter non concessisset literas ipsi, à quo variatum est. vel saltem sic de facili non concessisset. igitur ipse literæ non habent præiudicare instituto. ¶ Vigesimo tertio quæro de quotidiana quæstione quam vidi de facto ¶ quo patroni presentant vnus Petrum alter Ioannem. inter istos presentatos oritur lis: quia vnusquisque prætendit se potius esse instituendum & preferendum. dubitatur an hoc casu licita sit variatio iuxta d. capitulū cum autem. & sic quæstio est, an lite pendente inter presentatos sit licita variatio. Reperio quod domin. Caldi. in consil. suo j. sub titul. vt lite pendente. decidit quod non mouetur inter cætera per text. in capitul. vt lite pen. libr. vj. qui text. loquitur in simili. si in electione. & dicit quod si duo sint electi in discordia inter quos lis oriatur pendente lite, non potest alter eligi, etiam quod vnus monatur, vel renuntiet, aut alio modo à persecutione iuris sui excludatur. vnde dicit ipse sicut posse quod habebant olim electores post mortem primi est hodie impeditum per d. capitul. primum propter pendentiā litis, ita & posse patronorum accumulandi erit hodie impeditum propter litis pendentiā. ¶ Pro eadem opinione facit Calde. vbi supra aliud fundamentum. Nam dicit ipse iura quæ faciunt mentionem de variatione & accumulatione loquuntur in casu quando presentatio est facta de vno tantum, sed si plures fuerint à principio presentati qui adinuicem litigant non dant iura potestatem accumulandi. mouetur etiam aliis fundamentis, de quibus per eum retulit ea quæ magis stringere videntur. idem tenet ipse Calde. in consil. suo xvij. incipien. an capitulum sub hoc eodem titul. Istam eandem opinio. tenet Lopus in d. capitul. j. & ibi refert & sequitur Gemi. in prin. Eandem opinio. reperio tenuisse Lopus in allegatione sua xxij. incipien. an sufficiat, qui dicit quod d. cap. primum habet locum in presentationibus. Et quod ita sentit ibi domi. And. Ego aliàs aduocando tenebam contrarium in contingentiā facti. & mouebam primò per generalitatem d. ca. cum autem. Secundo mouebam per illud quod dicit Abb. ibi quod patronus potest presentare in præiudicium presentati: ergo dato quod fiat præiudicium presentatis, quando sit variatio pendente lite, illud non est curandum. Tertio mouebam per illud quod dicit Abb. in capitul. quod autem. in ij. not. infra eodem vbi concludit quod potest patronus variare vsque ad institutionem. ergo etiam quod lis pendeat inter presentatos variare poterit quocumque vsque ad institutionem dummodo tamen id fiat intra tempus datum ad presentandum. Quarto mouebam, quia ratio variationis præmissæ hoc casu est vt patronus possit corrigere errorem si quem commisit secundum domi. Card. in d. cap. cum autem. & Io. And. in cap. vos. in vlt. colum. supra de offic. ordi. sed hæc ratio militat: ita pendente lite sicut non pendente. Et tenendo istam opinio. respondebam ad authoritates supra in contrarium allegatas. quod fundantur super d. ca. primum. quod nihil probare videtur. Nam ille text. loquitur in electione. & vera ratio illius est secundum Cald. in d. consil. quia si lite pendente liceret eligere, lites protraherentur in longum, & ecclesia dispensium pateretur. vt etiam ibi probatur in text. ¶ Sed ista ratio vt dicebam non militat in presentatione. Maxime in casu qui tunc occurrebat: quia plures patroni presentauerant in discordia, vna pars presentauit reuerendum F. Francisc. ex comitibus. Meda. alia pars dicit. Cesarem ex eiusdem comitibus. pendente lite inter dictos presentatos aliqui ex eis qui presentauerant. d. F. Francisc. variarunt accumulando dictū Cesarem. Quo casu apparuit ipsum d. Cesarem habere plures voces. Et propterea ego dicebam quòd hic actus variationis aperuit viam vt lis citius decideretur, quia clarum est quod habens plures voces debet preferri dummodo sit idoneus. vt no. in c. iij. infra eodem. Et sic dicebam quod hoc casu non militabat ratio dict. capitul. primi. vbi enim militaret eadem ratio

ratio in presentatione que in electione, fatebar idem esse dicendum. Et gaudeo postea reperisse quod hanc opinio tenet d. Car. Floren. in capit. pastoralis. in vlti. quart. infra eod. mouetur per illum text. Item mouetur, quia presentati primo loco qui coeperunt litigare debebant prouidere hunc casum euenire posse, scilicet vt alius presentaretur durante termino quatuor mensium. & sic videntur voluntarie subisse expensas vnde non possunt de patrono laico conqueri, ex eo quod variaverit: quia vsus est iure suo. ista sunt verba sua formalia & in practica bene notanda, si casus iterum contingeret. fateatur tamen d. Card. quod episcopus si malitiose instituit tertium: tenetur alteri ex litigantibus qui reportauit sententiam ad interesse actione de dolo vel in factum si sciebat litigium esse inchoatum ante tertiam presentationem. Reperio tamen quod d. Anton. de Butr. ibi in fin. tenet primam partem. & dicit quod etiam patronus tenebitur ad interesse vincens actione de dolo. Maxime considerata equitate canonica. item dicit quod patronus tenebitur crimine stellionatus si tertius instituat omittis primis litigantibus. Et sic ista opinio videtur magis communis. Et tandem in hoc puncto considerant sic posse distinguui. Et predictas opinio. concordari aut enim presentatur tertius lite pendente. Et tunc procedant autoritates que fundantur super d. capitul. j. & sic procedat opinio quam dixi videri magis communem. aut vero presentatur vna ex personis iam presentatis & sic fit variatio circa easdem personas. Exemplum ego presentauit Petrum, tu Ioannem. ego postea vario & presento Ioannem ac cumalando. & tunc procedat alia opinio. sc. quod variatio teneat: quia hoc casu cessat ratio. d. capitul. j. quia. lites per talem variationem factam circa easdem personas etiam lite pendente non magis in longum protrahentur. vt supra declarauit. Et ista mihi videtur veritas. & hæc est opinio mea in hoc puncto quotidiano. ¶ Vigesimoquarto quæro an si longo tempore duret lis inter presentatos episcopus debeat tãdiu tardare ordinationem ecclesie quãdiu durabit lis. Concludo quod sic. tamen deputabit œconomum in ecclesia. Ita pulchre concludit Io. And. in cap. cum vos in princ. supra de offic. ord. idem tenet Io. And. in cap. quoniam. in vers. quicquid prædixerim infra eod. & ibidem d. Card. Flo. in ix. q. Idem tenuit Lap. in allega. sua lxxviii. incip. in dei nomine. in pe. colum. & in dictis locis etiam traditur quid iur. quando lis est inter patronos vel inter episcopum & patronos an possit episcopus ordinare ecclesiam ante litem finitã. die vt ibi habetur. & Pe. de Anc. post Paul. de elec. in cle. plures. in fi. eo. tit. & per Abb. in c. j. in fi. & in c. eam te. in fi. & in ca. cum propter in fra eo. & in d. c. cum vos in fi. & in c. si vero j. eo. Quãdo autẽ pendente lite ecclesia vacaret an posset fieri presentatio. dicã ¶ Vigesimoquinto quæro circa prædicta pone q. nulla sit lis nec respectu iuris pa. nec respectu presentationis vt quia vnus tantum sit presentatus an eps habeat tempus limitatũ ad instituendũ an autẽ possit tardare tantũ quantum vulerit. Abb. in c. iiii. circa fi. de concess. præb. post dominos de Rota dec. ecc. tenet q. sic. dicit enim quod tempus sex mensium datum ad conferendũ per d. c. iij. non habet locum in habente instituere. Et propterea concludit quod tempus erit arbitrarium cum non reperitur à iure limitatum. Et assignat rationem diuersitatis nam habens instituire secundum eum non debet habere tempus ita prolixum sicut is qui habet conferre cum institutio fiat de persona presentata: vnde non habet superior aliud facere nisi illum examinare. Item sequeretur secundum eum quod beneficium posset vacare longo tempore: quia patronus habet quatuor vel sex menses ad presentandum iuxta capitul. vltimum de iure patro. libro vi. vnde si superior haberet alios sex menses ad institutionem, vacet beneficium per annum antequam denudetur potestas ad illum superiorem: quod est contra d. capit. j. & hoc etiam mihi placet per hoc vltimum suũ datũ. tamen sed alia parum valent: quia text. in d. capitulo secundo habet locum in electione vt ibi in gloss. & in capitulo non iis. eod. titul. Item habens conferre etiam non habet aliud facere nisi examinare. vt in tit. de ara. & quali. legitur &c. Et si quis dicat amice si tempus est arbitrarium superiori quomodo succurratur presentato vt cito instituat. respondet Abbas vbi supra quod remedium est vt recurratur ad superiorem qui præfiget terminum debenti instituere & si non inuenit superior ipse supplebit. Illam eandem conclusionem ponit Abbas in capitulo pastoralis. versicul. quid autem infra eodem vbi etiam dat aliud remedium ipsi presentato si episcopus differat ipsum instituere sine legitima causa vt applet à grauamine sibi illato ad quod ponderat. Abb. text. iuncta

gl. ibi. idem tenet Ab. in repeti. §. qui vero in e. extirpada in viii. col. supra de præbend. Eandem conclusionem tenet ipse Abb. in consilio suo xxviii. incipien. omnipotentis dei postulato suffragio in ij. vol. Eandem conclusionem tenent domini de Rota in decisionibus nonis decisione cxxij. incipi. secundum omnes, sub tit. de iure par. & forte est ista decisio quam voluit allegare Abb. in d. c. j. Quomodo autem puniatur episcopus differens instituere si per hoc presentatus aliquod datum patiat, vide de hoc docto. in capitul. cum autem. & melius in capitul. pastoralis. per illum text. infra eod. & Abba. in consil. xci. incipi. quo ad primum in vlti. colum. in j. volumi. ¶ Vigesimo sexto quæro an durante tempore dato ad presentandum à iure possit episcopus ponere œconomum in ecclesia patronata si patronus nolit presentare nisi in fin. illius temporis. concludendum est quod sic. Ita Host. quem refert & sequitur Ioan. Andr. ibi circa medium. & Abba. ibidem in fin. per illum text. in capitul. cum vos supra de offic. or. substituens Abb. idem esse vbi inferior episcopo haberet ius conferendi. quia si vellet differre per tempus à iure statutum. posset episcopus vel superior ibi ponere œconomum per illum text. ne ecclesia staret tanto tempore sine gubernatione. quod bene notandum est. & vide Petr. de Anc. post Pau. de Elea in clemen. plures. circa fin. eod. titul. Abba. tamen videtur aliter loqui in patro. ecclesiastico ex quo ipse habet custodiam ecclesie vacantis in capitul. cum vos. in princ. supra de offic. ord. & bene dicit. ¶ Vigesimo septimo quæro quando incipit currere tempus datum ad presentandum an à die vacationis beneficii an à die notitiæ. breuiter dicendum est quod à die notitiæ. Ita Ioan. An. cuius dictum asserit ibi Abb. singulariter notandum in cap. fin. infra eod. titul. idem sentit Ioan. And. in capitul. ij. de concess. præben. idem Abb. in capit. cum propter infra eod. referens idem tenere Pe. de Sc. in consilio suo cxxiii. & alios de quibus per eum reprobatã op. in. Contrarium tenentis. idem sentit Abb. in capit. quia diuersitatem. in vlt. not. supra de concess. præben. & satis probatur articulus text. vbi tempus præfixum ad conferendum non currit nisi tempore notitiæ. & nota hoc esse verum. etiam si testator mãdasset presentationem esse fiendam infra quatuor menses à die mortis vel vacationis: quia debet intelligi & suppleri & à die notitiæ. ita decidit Abb. in c. nos quidem supra de testa. super gloss. ij. allegat text. in l. statu. liberos. §. si quis heredi. ff. de ita. lib. & rex. iuncta gloss. in l. fin. §. si autem dubius. C. de iure deli. & faciunt nota. per eundem in repeti. capit. cum esses in fin. de testa. & id q. dixit Abb. in d. ca. nos quidem prius. dixit ibi Pe. de Anc. & refert & sequitur Iosol. ibidem in notabilibus. An autem presentatur notitia declarat pulchre Abb. in d. cap. quia diuersitatem. & aliquid habetur per do. Fely. in ca. à nobis. in ij. col. de excep. prædictam etiam conclusionem sentit gl. in d. c. ij. in verbo infra sex. dum dicit q. generaliter non currit tempus nisi à die sciencie. Eandem conclusionem firmant domini de Rota in deci. antiquis deci. cclxj. incip. vtrum vacante. sub hoz. ti. de iure par. Licet contrarium videatur tenuisse in deci. cxxviii. que incipit patrono currit tempus. c. ti. Presentiam et conclusionem tenent prefati domini in decisionibus suis antiquioribus decisione ij. incipi. à quo tpe eo. ti. Et fundamentum huius conclusionis est: quia non volentibus agere non currit tempus. d. c. quia diuersitatem in fi. & l. si. C. de annali. excep. Item nemo debet puniri sine culpa & sine cã. reg. sine culpa. de regu. iur. lib. vi. intellige tamẽ prædictam conclusionem. q. tempus currit à die sciencie & supple vel à die quo scire debuit. Ita concludit prefati domini in dicta decisione cclvj. & in deci. cclxiii. incip. ppter negligentiam in nobis. sub hoc eo. ti. & sequitur d. Fel. San. in c. à nobis in ij. col. ponit Ab. & alij in c. licet de sup. neg. præla. Eandem etiam conclusionem pulchre ponit & declarat Lapis in allegatione sua xxviii. que incipit in dei nomine in vij. col. vers. ad quartam questionem dicens inter cetera q. requiritur scientia vera non interpretatiua. ¶ Vigesimo octavo quæro an patrono impedito presentare currit tempus. An in c. quonia. j. eo. videtur concludere q. sic. per illum text. vbi si patronus impediatur presentare quia litiget super iure pa. tamen currit tempus præfixum ad presentandum. Idem videtur tenere d. Pe. prout ibi refert Ab. in c. c. propter. j. eo. Contrarium tamen firmat Ab. ibi per multa sua iuncta. & allegat idẽ tenere Io. And. in ca. ij. supra de sup. negli. præla. Nec obstat eundem text. in d. capitul. quoniam & in d. capitulo cum propter quia loquuntur in casu. quando non constabat. quia esset patronus. sed super iure patrona. litigabat. sed vbi constaret aliquem esse patronum prout nos presuppouimus. illi text. nihil faciunt. Pro eadem conclusione ego addu-

# Tract. de iure Patro.

co omnia quae adduxi in praecedenti quaestione. Ex quibus probatum fuit quod patrono ignorantem vacationem beneficii non currit tempus. ergo nec impeditio currit ex identitate rationis. Et hanc conclusionem sentit Bal. in consil. cccclxix. incip. sanctissime. in iij. vol. in fin. ubi formaliter dicit, quod tempora quae providentiam ecclesiarum respiciunt quo ad quid, vtilia sunt & impeditis non currunt, pro qua conclusione etiam facit optime quod decidunt domini de Rota in decisionibus antiquioribus. deci. l. j. in fin. eod. tit. ubi dicunt quod excōmunicatio non currit tempus ad praesentandum super quo cogita pro nunc. & vide quae dicam infra super verbo competens alicui. in viij. quaest. in fin. & generaliter an impeditio currat tempus, videatur plenè in locis amplè accumulatis per Felv. Sandem in ca. cum inter. in x. colum. de except. & in 59 cap. extrāmissa, ad finem. de rescrip. ¶ Trigesimo nono quæro quando incipiat currere tempus ad praesentandum in ecclesia nouiter constructa. tunc enim non possumus dicere quod incipiat à die scientiae vacationis beneficii cum nullus iterum fuerit ibi institutus. Lapsus in allegatione sua xcix. incip. quaedam ecclesia, circa medium. decidit quod tempus currere incipit eo ipso quod ecclesia est constructa & completa de consensu episcopi licet nondum sit consecrata. sentit ergo Lapsus quod ante episcopi consensum adhibitum in fundatione ecclesiae non currit tempus ad praesentandum. Et ratio est quia fundans nondum est effectus patronus. ut probatur ex diffinitione iuris patrona. posita per dom. super hac rubrica, & retuli supra in prima quaestione evidentialium & probatur in capitul. nobis. infra eod. & firmat do. Cardi. in pulchro casu in cap. cum seculum. in iij. q. infra eod. Eandem conclusionem firmat Ioan. de Imo. in cap. nos quidem. de testam. in iij. colum. versiculo ulterius quaeritur. dicens quod tempus praesentandi rectorem in ecclesia noua currit patrono à die in qua edificium poterit dici ecclesia: quia tunc & non prius incipit indigere regimine sacerdotis, subiiciens hoc esse momenti tenendum. Ex praedictis inferit quod quis acquirit ius patron. in ecclesia constructa & dotata de consensu episcopi. licet illam non faciat consecrari. nec mirum quia etiam in ecclesia non consecrata possunt celebrari diuina cum altari viatico sine alia sententia episcopi. ita Abb. per illum text. in capitul. fin. infra de consecrat. eccles. vel alta. Idem Abb. & alij in rubrica eiusdem tituli. & pro dicta illatione facit gloss. in capit. pie mentis. xvj. quaest. vij. quae dicit quod ius patro: acquiritur ante consecrationem ecclesie. postea autem non. quia quod humani iuris esse desuit seruitutem non recipit. hoc tamen limitatur & declaratur vt per Abb. in capit. quoniam. ¶ Trigesimo primo quæro an vltima die termini prefixi ad praesentandum possit patronus presentare. videtur dicendum quod non per id quod in simili decidit Rota in antiquis sub hoc eod. tit. dec. vi. ubi dicit. quod vltima die anni prefixi ad promotionem sacerdotis iuxta cap. licet canon. de elect. lib. vi. non potest beneficiatus ipsum beneficium permutare. Contrarium tamen concludunt Ioan. Andr. & alij in c. cum vos. supra de offic. ord. idem pulchre concludit Gem. in cap. vnico. §. j. super gloss. in verbo quadrimestre. eod. tit. lib. vi. mouetur per illum text. ubi datur quadrimestre laico ad praesentandum ergo in quadrimestri includitur vltima dies: vt dicit gloss. in simili in cap. j. in verbo proponitur. de restit. spo. libro sexto. & ista est veritas. quae quid dixerit Pau. de Elea. in clem. i. circa finem eod. tit. qui contrarium tenuit vt refert Gem. ubi supra & Paul. sequitur Pe. de Anc. ibi in fin. Eandem conclusionem reperio tenuisse dominos de Rota in decisio. nouis. deci. cxii. incip. secundum omnes. sub tit. de iure patro. & Berta. in repertorio suo in verbo patronus. versicul. ij. nihil allegat nisi Gem. ubi supra. Et hanc opinio. tenendo non opstat simile dominorum de Rota de quo supra: quia ideo illud est in casu illo: quia ille permutans non poterat illa vltima die promoueri ad sacerdotium. cum ordines non conferantur nisi certis temporibus de quibus in tituli. de tempor. quod obiectum non militat in casu nostro. ¶ Trigesimo primo quæro an patronus qui non praesentauit in tempore possit moram purgare. conclusio de quoniam. quia vltima executio est facta à iure non admittitur purgatio morae. ita not. doct. in l. si insulam ff. de verbo. oblig. glo. & doct. an reg. mora. de reg. iur. lib. vi. sed in casu nostro executio est facta à iure: quia elapso tempore dato ad praesentandum potestas liberè conferendi statim deuoluitur ad inferiorem. ita concludit Abb. in cap. si. ver. sed hic cadit. infra eod. & probat text. in c. vnico. in verbo quadrimestre duntaxat. infra eod. lib. vi. idem sentit Abb. in cap. ij. in vl. q. supra de concess. praeb. Et clarius do. de Rota in decisionibus suis no-

nis decisione cclxij. incip. si propter negligentiam. sub tituli. de iure patro. ubi concludunt quod ab vltima die quadrimestris. tempus statim incipit currere episcopo. Comprobatur etiam ista conclusio per illud quod decidunt in simili Abba. & do. cap. ij. preallegato. & in ca. licet. supra de sup. neg. praeb. ubi concludunt. quod si habentes ius eligendi vel conferendi non eligant vel non conferant in tempore ibidem statuto. non possunt postea purgare moram propter rationem supra allegatam. ¶ Trigesimo secundo quæro quantum tempus detur episcopo ad conferendum quando patronus excluditur à praesentando propter negligentiam vel aliter. Conclude secundum dominos de Rota in decisionibus nouis decisione sua cclxij. incip. si propter negligentiam quod episcopus habet sex menses à die deuolutionis & notitia quomodumodum habet in aliis beneficiis spectantibus ad collationem suam quod etiam firmat Abb. in ca. quia diuersitatem. in fin. textualium. de concess. praeb. idem etiam Abb. in c. fin. in vers. sed hic cadit. infra eod. dicens. quod ista est notabilis quaestio. Et allegat ad hoc Rotam in decisione sua cccxij. idem concludere videtur post multa Ge. in c. vnico. §. j. in princ. eod. tit. lib. vi. & no. quod episcopus conferens iure deuoluto vt supra non poterit aliter conferre quam se habeat institutio & natura beneficii. ita decidunt Cal. Imol. & moder. in ca. cum accessissent. de consil. & bene facit text. in cle. vnica in vers. illa debet de sup. neg. Et hanc conclusionem comprobat auctoritatibus multis & pulchre declarat & limitat d. Felv. San. in d. c. cum accessissent. in vij. col. & sequenti die vt per eum. Quantum autem tempus detur his qui praesentunt se habere ius in collatione ad contradicendum ipsi collationi. dicunt Hosti. & Abb. in ca. ij. de his quae fi. à praeb. quod dantur sex menses. die vt per eos. ¶ Trigesimo tertio quæro de subtili quaestione pone patronus excluditur à praesentando propter negligentiam ad ecclesiam ad quam spectat institutio de iure spirituali inferiori ab episcopo. puta praeposito vel archipresb. Quaritur an hoc casu potestas liberè conferendi deuoluatur ad ipsum inferiorem. an autem ad episcopum cui aliàs de iure communi competit collatio. gl. reputata singularis in cle. vnica in verbo dispositione de sup. negli. praeb. concludit quod collatio deuoluitur ad eum qui habebat instituire siue sit episcopus diocesis siue alius. & ibidem hoc sequitur do. Car. Flo. in vi. q. ubi hanc quaestionem attingit per quatuor columnas plurima argumenta faciendo pro & contra quae videri possunt. subiiciens d. Cardi. quod fuit disputata ista quaestio per quemdam scholarem in Bononiensi studio & quod est quaestio difficilima. subiicit quoque quod dicta conclusio procedit siue inferior habeat ius instituendi ex praescriptione. siue ex privilegio vel ex consuetudine. vel ex alio iure spirituali. idem tenet ipse do. Cardi. quem refert & sequitur Imola ibi in vl. col. subiiciens hanc decisionem esse merito tenendam in c. ij. supra de concess. praeb. Idem tenet ibi d. Ab. Panor. in fi. subiiciens. Nota semper quia subtilis est quaestio & potest de facto venire. idem tenet Ab. in c. illud. circa fin. infra eo. & in c. cū vos. in vl. col. in princ. §. de off. ord. & in c. cū in cunctis. §. si. circa fi. §. de elec. mouetur inter cetera per gl. in d. cle. vnica quae dicit esse singularē & semper menti tenendam. Contraria sententia reperio tenuisse Bal. in repet. l. j. C. de emanci. li. posita post tit. C. de iure delib. pe. co. ubi decidit. Tandem licet multum se inuoluat. quod ad epum spectabit collatio: hoc casu mouetur inter cetera: quia ipse episcopus fuit priuatus iure instituendi tantummodo ex praescriptione vel privilegio. vel ex alio iure specialiter non aut perdidit aliud ius conferendi. sed remansit in calamo secundum eum. Istam etiam opi. post multa tenere videtur Ge. in c. ij. circa fi. de insti. lib. vi. Aliam & tertiam opi. reperio tenere Lapum in allegatione sua. lxxij. inci. quoddam monasterium in vi. col. sub ti. de parochiis allegando ita tenuisse dom. Azo. de Ranugis de cons. do. Ioan. Cal. Nam dicit Lap. quod hoc casu episcopus praesentabit inferiori. Et ipse inferior instituet. & ratio est. ne sine culpa ius praescriptum per inferiorem auferatur ab eo. Et istam opin. etiam refert & sequitur Gem. in d. c. ij. & sic tenentes istam tertiam opin. concludunt quod ad ipsum inferiorem spectabit institutio. & sic in hoc concordant cum i. opinio supra relata: sed discordant dum dicunt quod praesentatio spectabit ipsi episcopo. quasi ad eum sit deuoluta propter negligentiam patroni. Ex ista tertia opinione inferitur quod quandoque ius praesentandi competit ei qui non est patronus. quod an sit verum dicam infra super verbo competens alicui in hoc puncto in tempore tenenda est opinio. primo loco relata. sc. quod ad inferiorem deuoluatur ipsum ius liberè conferendi. potissimum fundamentum est: quia ubi alicui competit potestas limitata.

sublata

sublata limitatione sine facto eius ipse videtur eadem potestate liberè. Casus est singularis. in c. vnico. §. vbi vero. ne sede vacante. libro vi. vbi dicitur quod si ex speciali consuetudine vel statuto competat alicui collatio beneficii. de consil. episcopi. sublato episcopo de medio: ita vt eius consilium non possit haberi, talis potest libere conferre. ergo idem erit in casu nostro vbi potestas instituendi competat inferiori ab episcopo ad presentationem patroni sublato patrono putaper negligentiam ipse inferior liberè instituet: quod etiam comprobatur ratione. supra allegata quia habens ius instituendi non debet sine culpa sua illud amittere. regul. sine culpa. de reg. iur. lib. vi. Absurdum ergo videretur quod propter negligentiam patroni commissam, in non presentando talis inferior ius suum amitteret. ¶ Et istam opinio. etiam expressè tenet d. Felyn. Sandeus in capit. cum venerabilis. in xiii. colum. ver. not. ij. de except. Alia fundamenta videas per domi. Cardinal. plenè in d. clem. vnica. Et istam opi. tenendo dignum est respondere ad alias duas opinio. supra relatas. Quare dicas, quod opi. Bal. supra relata quæ etiam fuit aliorum relatorum per do. Car. in d. clem. vnica non est bona: quia fundatur in debilibus fundamentis. Fundamentum enim potissimum huius opinio. est, quia ius speciale non extenditur. l. ius singulare. & l. quod vero contra. cum similibus. ff. de legibus. Vnde licet episcopus qui habet de iure communem collationem, & institutionem, fuerit priuatus iure instituendi per prescriptionem, vel priuilegium, vel consuetudinem, non tamen fuit priuatus iure conferendi. vt dicit Bald. vbi supra. ad istud fundamentum respondetur secundum d. Car. vbi supra quod non est verum, quod isto casu fiat aliqua extensio: quia ipse inferior non consequitur aliquod ius de nouo, sed volummodo ius quod habebat nõ liberum est factum liberum: vt si quis dissoluat ligatum, & ipse solutus ambulet, certè non ambulat per potestatem nouam sibi quæsitam sed per eandem quam prius habebat. quam solutionem etiam tradit in effectu Abb. in d. cap. ij. in fi. Ad alia fundamenta quæ solent fieri pro ista opinio. respondet sigillatim dictus Car. vbi supra. iij. etiam opin. supra relata non videtur bona, quia dicere, quod patrono negligente presentare ius presentandi deuoluatur ad episcopum, qui presentabit coram inferiore & ipse inferior instituet, est loqui sine lege. Quinimo iura cõtrarium præsupponunt, s. q. patrono excluso amplius non prouideatur ecclesie per viam presentationis, sed per viam liberæ collationis: ita videtur sonare tex. in ca. iij. in ca. si vero. in ca. eam te. & in c. cum propter. j. c. Et ita expressè decidit Gemi. in c. vnico. §. veru. in ij. col. e. tit. li. vj. alleg. tex. in c. ij. de supplen. negl. præla. in fin. qui probat secundum eum, q. patrono negligente presentare vno structu fiat prouisio. Et sic fiat q. amplius non fiet presentatio pro illa vice, possit tamen vnaqueque dictarum opinionum disputatio sustineri. Sed quia prima videtur communior: ab ea in iudicando & consulendo non esset recedendum. Quod autem tempus de tur ipsi inferiori ad conferendum patrono excluso, vide s. in

65 xxvii. q. ¶ Trigesimo quarto quæro, an tempus datum ad presentandum currat diebus feriatis. dicendū est breuiter, q. sic, vt in simili decidit Io. An. Ab. & alij in c. ij. super glo. in verbo lex. s. de concef. præb. vbi dicunt, q. tempus datum ad eligendū, vel conferendū est continuum: quia currit diebus feriatis, vtile tamen est certo respectu, quia non currit tempore impedimenti secundum doc. vbi s. ¶ Trigesimo quinto quæro, an die feriata possit fieri presentatio. arbitror, q. sic & mo neor per simile: quia matrimonium carnale potest contrahi diebus feriatis. ca. capellanus. cū similibus. s. de feriis. Ergo etiam potuerit fieri presentatio quæ est preparatoria ad matrimonium spirituale vt dicunt Abb. & alij in c. quæto. s. de iudi. per tex. not. in c. quod autem. j. eo. ti. Bonū enim est argumētum à matrimonio carnali ad spirituale, & e contra. c. inter corporalia. s. de transla. episco. & ita sepius arguunt doct. in variis locis. Secundò & vltimò moueor, quia actus pij & qui tendunt ad honorem, possunt fieri diebus feriatis. cap. j. & fin. & vtrobiq. not. s. de feriis. l. dies festos. C. eod. tit. Ergo etiam poterit fieri presentatio per quam deuenitur ad prouisionem rectoris, vel clerici in ecclesia. & sic est actus qui tendit ad honorem Dei. Facit etiam simile à fortiori, quia legitimatio potest fieri die feriata, vt dicit Bald. in capitulo. fina. supra. de feriis. & d. Card. Alexan. in rep. cap. venerabilem. colum. lv. infra qui filij sunt legit. ¶ Trigesimo sexto quæro, an presentatio sit statutum tempus ad consentiendum presentationi, & ad institutionem perendum. Breuiter Lapus allegatione sua vij. incipien. presentatus circa medium, dicit quod sic, dicens quod tempus præfixum electo per decretalem quam

fit. de elect. lib. vi. habet locum in presentato: & allegat ita tenere doct. ibi. Idem sentit Cal. in con. suo xvij. sub hoc eodem tit. quod incipit presentato, Not. tamen quod dicit Cardina. Floren. in c. fi. in vlti. colum. infra eo. quod eo ipso quod quis paritur presentare intelligitur consentire. vnde subiicit, quod non expedit presentatum consentire. quia personaliter exhibetur iustitienti, quando presentatur iuxta gloss. in clem. dubium. versic. ac deinde de sepul. & confirmant. supra in vj. q. huius verbi honorificum. & sic istæ opinionis videntur contrarie. Ego dicerem pro concordia, quod decisio Lapi procedit in illis casibus in quibus non est necesse presentatum exhibere, vt quando est cognitus episcopo vt dixi in præ allegata q. vi. Opinio autem Cardin. procedat vbi est incognitus, & sic in casu in quo presentatus exhibetur personaliter: quia tunc ex quo parit se presentari videtur consentire, 68 vt supra dictum est. ¶ Trigesimo septimo quæro, pone q. patronus presentet coram eo qui non habet ius instituendi, & interim labantur quatuor menses, postea intelligit ius instituendi spectare ad alium. & coram illo vult presentare, an possit Lapus in allegatione sua xcv. circa finem decidit quod sic, mouetur, quia talis non fuit negligens cum presentauerit licet minus legitime. allegat text. & ibi Inno. qui in principio hoc videtur sentire in capitul. cum nostris. supra de 69 concef. præbend. ¶ Trigesimo octauo quæro an quemadmodum facta electione proponitur dictum iuxta cap. fin. de elect. lib. vi. ita etiam proponi debeat facta presentatione? Breuiter concludo quod sic, gloss. est in d. cap. fin. in verbo electione quam sequuntur doct. ibi & firmat Lapus in d. allegatione vij. & Abbas dicens hoc singulariter notandum in capit. iij. supra de elect. & doct. alibi sepe. & an presentatus à maiori parte debeat citare presentatum à minori vide Bald. in consil. cclxxxij. incipiente factum sic proponitur, in iij. vol. & faciunt quæ dicit Io. de Imo. in clem. p. ures. in vij. colum. vers. ex prædictis eod. tit. & aduerte quia illud consilium Bal. xxvij. secundum impressionem nouam est consilium xvij. in v. vol. & ibi concludit in quinto dubio q. sic. subiicit tamen quod sufficeret, quod ille presentatus à minori parte esset certus de alia presentatione, quia tunc non esset necesse proponere alium edictum, allegat inter cetera simile. d. l. cessante. C. quomodo & quando iudex. & regu. eum qui certus de regu. iur. libro vi. & multa alia quod diligenter nota ad limitatio nem dicti cap. fin. ¶ An autem sit secundo presentatus sit in cura romana debeat ibi citari vel vbi. Calder. in consilio xvij. incipiente. presentato, concludit, quod sufficeret citationem fieri in ecclesia de qua agitur. vide eum & est sub hoc titulo de iure patro. & plenè loquitur. Idem concludit Cald. consilio suo iij. sub titul. de dila. & incipit an sit presentatus. ¶ Trigesimo nono quæro an si presentatus ante institutionem administraret in beneficio priuaret ipso iure presentatione, quemadmodum electus qui administrat per se vel per alium ante confirmationem siue spiritualia siue temporalia priuaret ipso iure dicta electione & iure sibi quæsit. cap. iij. auaritie de elect. lib. vi. concludo quod sic. Et ita reperio tenere Lapus in dicta allega. vij. mouetur per dicta capitul. auaritie. ex identitate rationis, subiiciens q. ita se habet communis obseruantia, & quod ita consuluerunt Cald. & do. Cantinus de Bononia, & quod ita fuit pronuntiatum. In contrarium tamen videtur virgere reg. vulgata quod in penalibus non sit extensio. capitul. statutum de elect. libro vi. regul. odia. de regul. iur. eodem libro, ergo d. cap. auaritie loquens de elect. non debet trahi ad presentationem. Tenendo dictam conclusionem; ego respondeo prout responderi gloss. in simili in ca. sciant de elect. libro vi. quæ dicit quod prouisio illius capit. licet penalis, quia tamen est fauorabilis ecclesie extenditur de electione ad presentationem, & propterea videmus quod glo. in d. cap. fin. etiam extendit illam dispositionem per contractum loquentem de electione vt habeat locum in presentatione: quia est fauorabilis ecclesie. hinc etiam dicit gloss. quam ibi multum notant do. in authen. sacramenta. C. si aduer. vendit. quod illa dispositio loquens de contractibus extenditur ad quasi contractus & ad iudicia, ratio est quia fauet animæ: & tamen est penal. Stat ergo conclusio quod debet presentatus administrare in ecclesia nec in spiritualibus nec in temporalibus ante institutionem factam. An autem etiam sit necesse quod prius apprehendatur possessio beneficii vel ecclesie me remitto ad ea quæ 72 dixi supra in v. quæst. primi verbi. ¶ Quadragesimo quæro an si clericus habeat duas presentaciones de se factas teneatur eligere quam presentacionem velit. ¶ An autem possit prolequi vtramque: vtilitas huius quæstionis est, quia



quia forte altera ex ipsius præsentationibus erit facta à non patrono vel aliter erit inualida. Conclude secundum Lapum latè in d. allegatione vij. quod tenebitur præsentatus eligere alteram ex dictis præsentationibus. Monetur inter cetera per text. in capit. vt quis duas. de elect. libro sexto. qui text. dicit quòd electus tenetur ex duabus electionibus alteram eligere. nec potest persequi vtraque etiam si protestetur se esse contentum altera, per quam consequi possit suæ intentionis effectum. & licet ille text. loquatur in electione, dicit tamen Lapus per multa fundamenta quod procedit in præsentatione. & ad argumenta quæ possunt fieri in contrarium responderè clarè vt per eum. Eandem conclusionem ponit Banld. in consil. suo xvij. secundum impressionem nouam incipient. factum sic proponitur. in iij. dubio. in v. volumi. ¶ Limita tamen prædictam conclusionem vt procedat quando quis velleit prosequi duas præsentationes agendo: scilicet si excipiendo. argumen. text. quem dicit ibi Abbas. se nescire alibi. in capit. post electionem in iij. not. de concess. præbend. reddens per hoc cautum eum qui dubitat de collatione sibi facta: vt aliam secundam impetret. quia per hoc non censetur renuntiare primæ. & poterit vtrique ad suam defensionem. & idem dicit dicta Cardi. ibi. idem tenent Abb. & ceteri post gloss. ibi in verbo quòd mecum. in fin. in capitul. inter dilectos. de fide instrumen. & ibidem d. Felyn. Sandeus col. 73 xj. alias auctoritates allegat. ¶ Quadragesimo primò quæro. pone quòd patronus dicat eligo talem in præsentandum: an dicatur per hoc facta præsentatio. Io. And. Cardi. Abbas. & alij in cap. h. infra eodem tenent quòd non mouentur. quia tempus est præfixum ad præsentandum. nõ autem ad eligendum præsentandum: vt patet. in capit. vnico. e. tit. libr. vj. Idem tenet Io. And. in addi. Specul. in addi. incip. teneat in hoc eod. titul. Et ista videtur mihi veritas. licet contrarium tenuerit Lap. in alleg. sua lxxvij. incip. in Dei nomine. in v. volum. qui 74 nullo iure nec ratione mouetur. ¶ Quadragesimo secundo quæro. pone quòd patronus eligat præsentandum. iste electus renuntiat antequam præsentetur. quæritur an patronus habeat iterum quatuor mentes ad præsentandum à die renuntiationis illius videtur dicendum quòd sic per capitul. si electio. de elec. libro vj. vbi in simili dicitur quòd electo renuntians. habent electores integrum tempus. In contrarium determinat do. Cardin. Floren. in capitul. fin. in vltimo colum. versic. ij. quæro infra eodem mouetur: quia patronus eligendo præsentandura non fecit quod in eo est. ex quo non præsentauit. vnde dicit. secus esse si præsentauit. quia tunc si præsentatus renuntiat habebit patronus integrum tempus ad præsentandum à die renuntiationis. quod etiam firmat do. de Rota in nouis decisionibus decisionis cclxix. incipien. si aliquis præsentatus. sub hoc titul. de iure patro. An autem talis renuntiationis possit fieri in manibus solius patroni dicam 75 infra. ¶ Quadragesimo tertio quæro. pone quòd patronus dicat confertur huic clerico ecclesiam meam. an dicatur facta præsentatio. text. in capitul. fin. infra eodem videtur decidere quod non. & propterea dicit ibi Vin quem refert Card. ibidem in penulti. colum. quod non potest patronus vti his verbis. concedo. trado. dono ecclesiam. potest tamen dicere firmos concedo vt habeas hanc ecclesiam: quia tunc ponitur concedere pro consentire. hinc etiam dicunt Petr. & Abbas antiquus. que refert. & sequitur ibi Ioannes Andr. quod quòd patronus petit clericum in ecclesia institui per episcopum dicens quod ipse contulit sibi ecclesiam: hoc ipso episcopus potest eum repellere. per illum text. idem etiam tenere videtur Abbas. Panor. ibi in vlti. not. Et propterea dicunt do. ibidem maximè Abbas quòd. practica est vt patronus in præsentationis actu dicat hunc clericum elegi vobis domino episcopo præsentandum. & sic præsentato eum & peto eum per vos institui. Istam conclusionem limita. nisi patronus dicat confertur. & præsentato: quia tunc vtile per inutile non vitiantur. ita Cardinal. in d. capit. fin. in colum. penulti. allegans idem tenere Host. ibid. Limita secundò. nisi ex aliis coniecturis possit percipi quòd mens patroni erat præsentare non autem conferre. quia potius est consideranda mens quam verba. capit. quanto de priu. cap. intelligentia. de verb. signi. vbi gloss. allegatiura concordantia. Aduerte tamen circa prædictam conclusionem quia contra eum. facit text. in capit. fin. de concess. præbend. vbi norant Abb. & Imo. quòd largo modo donatio. vel collatio potest sumi pro præsentatione. ergo videtur quòd si patronus dicat confertur. vel dono ecclesiam. quòd ista verba habeant vim præsentationis. Nescio aliter soluere. nisi quòd consideranda est mens patroni vt supra dixi. Et istam conclusionem videtur firmare do. Andr. Barba.

in consilio suo xxxiij. incipient. scripsit Pfalenista in penulti. colum. in ij. volumi. vbi dicit. quòd si testator dicat volo collationem spectare ad heredes meos. illud verbum collationem. accipitur pro præsentatione. quia secundum eum verba debent intelligi. prout congrunt materiæ & personæ: 76 & faciunt quæ statim dicentur. ¶ Quadragesimo quarto quæro. pone quòd patronus dicat coram episcopo eligo hunc clericum & peto eum institui. an dicatur facta præsentatio: videatur dicendum quòd non per dicta in præcedenti quæstio. Contrarium tamen credo verius. quia largo modo præsentatio dicitur electio. cap. nobis. & capit. ij. infra eodem hinc dicit Abb. in dicto capit. ij. quòd non vitabitur libellus. si dicatur quòd patroni elegerant. dixit etiam Abb. in capit. pro illorum. in j. notabili. supra de præbend. quòd non vitabitur libellus. in quo patronus dicat ecclesiam esse suam: quia potest dici sua ratione iuris. quòd habet in ea. hinc etiam dixit Abbas in capitulo post electionem. super gloss. in verbo institutione. supra de concess. præbend. quòd vitabitur libellus in quo collatio appelletur institutio. Et plura similia accumulata do. Felyn. Sandeus in capitul. examinata in v. colum. de iudic. ¶ Ad dicta in præcedenti quæstione: respondeo quòd loquuntur in eo qui dixit confertur ecclesiam & mentis suæ erat conferre. sic loqui videtur text. ibidem allegatus. & declarauit supra. Nota tamen quòd indubitanter dicta verba vim præsentationis non habent. quando non proferentur coram habente instituire. vel verbo. vel literis: quia vt dictum est suprà præsentatio debet fieri habenti iustitue. prout etiam cantant plurima capitula huius tituli. firmant Abbas & alij in capit. fin. infra eodem. hinc dicit do. Card. Flo. in clem. j. in ix. quæst. e. titul. quòd in præsentationibus actu requiruntur tres personæ. scilicet præsentans. præsentatus. & ille cui fit præsentatio. quarum aliqua deficiente actus non est 77 completus. ¶ Quadragesimo quinto quæro. pone quòd patronus dicat præsentato istum ad ecclesiam concedendo ei patronatum: an per hoc faciat eum patronum. Reperitur quòd domi. Felyn. Sandeus in capit. cum venerabilis. in princ. supra de exec. decidit quòd non. quia per ista verba dat tantummodo ius petendæ institutionis. allegat Gem. in capitul. j. §. j. in fin. de vsur. libr. vj. qui tamen hoc non dicit. Idem dicit do. Fely. in c. examinata. in v. col. de iudicis. Cõprobatur tñ hæc decisio. quia non est in facultate patroni in aliu transferre ius patrona. sine consensu episcopi. nisi transferat in locum religiosum. iuxta text. & ibi plenè not. per Abbas & alios in cap. illud. infra eodem. ergo non est mirum si per dicta verba ius patrona. non transferatur. De modo tamen transferendi ius patrona. de vno in alium. videbimus. infra super verbo vel 78 is à quo causam habuit. ¶ Quadragesimo sexto quæro. pone quòd episcopus dicat non recipio vel non admittio præsentatum. an per hoc videatur ipsum reprobare. conclude quod sic. ita decidit. Domi. in c. per simoniam. per illum text. in iij. no. xl. di. quem refert & sequitur domi. Bartol. Bellen. in capitul. pastoralis. infra eodem. facit quòd decidit Bajd. in l. j. in fin. C. de neg. ge. post gloss. in verbo non admittit. vbi dicit. quòd si iudex dicat non admittit exceptiones: dicitur reicere. Si tamen episcopus admittat præsentationem. per hoc non instituit. ita colligo ex verbis Abb. in cap. ex literis. in vlt. colum. 79 infra eod. & clarè probatur in capit. infra eodem. ¶ Sed hic suboritur quæstio accessoria. pone quòd episcopus admittit clericum ad ordines. & etiam ad beneficia tanquam idoneum. Postea præsentatur ad beneficium iuris patro. an ipse episcopus possit eum repellere tanquam non idoneum vel ex defectu scientiæ vel alio. istam quæstionem plenè attingit Ioan. An. in addi. Spe. in hoc eo. ritu. in addi. magna. dic vt per eum. 80 quia satis plenè loquitur. ¶ Quadragesimo septimo quæro. pone quòd patronus præsentet. sed episcopus non admittat præsentatum an patronus teneatur de nouo alium præsentare. dicas quòd. quia si postea vitabit coram indice appellationis quod præsentatio fuerit legitime facta. ille præsentatus institui debebit. ita pcludunt do. de Rota. in nouis decisionibus. decisionis cccxij. incip. fm omnes sub hoc e. tit. & satis probatur in c. pastoralis. j. e. si tamè patronus aliu præsentaret nõ admissio primo. & secundo præsentatus instituitur. videlicet institutio. tamen episcopus puniet iuxta nobilem dispositionem. d. c. pa 81 pastoralis in fi. ¶ Quadragesimo octauo quæro an præsentatio fiat soli episcopo. ex est in c. nobis. & in c. ex literis. & in multis alijs capitulis huius tituli. & decidit Ab. Pan. in c. cum ecclesia Vulterrana in ij. & iij. col. ex. de elec. sede tamè vacante coram capellano fit præsentatio. ita Io. An. in c. nobis. infra. e. per cap. i. de insti. lib. j. & ipsum capitulum confirmat vel instituit vt etiam clarè dicit Cald. in consil. suo iij. sub hoc eod. titu.

ritu. An autem solus episcopus possit institueret. iura sonant quod sic. & ita videtur tenere Abb. vbi supra dicam super verbo competens alicui. vbi tractabitur cui competat ius presentandi & cui ius instituendi. ¶ Quadragesimo nono quæro an teneatur patronus probare se presentare infra tempus à iure statutum si id negetur. videur quod sic per id quod decidunt domini de Rota in deci. sua ducentesima quinquagesima sexta. inci. vtrum presentatus in antiquis sub hoc eodem titulo quos refert & non improbat d. Felin. Sandeus. in capitulo tertio. in quinta columna. de proba. Aduerte tamen quia Rota ibi supra loquitur. quando talem presentationem non admittit episcopus. quia tunc est presumptio pro facto episcopi contra ipsam presentationem. sed vbi presentatio non esset reiecta contrarium tenet in simili Rota in titulo de concess. præben. in antiquis decisionibus decisione decimatercia. vbi dicit quod si constat de acceptatione beneficii. presumptio est quod quilibet velit sibi acquirere. argum. l. si defunctus. C. arbi. tu. iuncta. l. cum de debito. ff. de proba. præmissam etiam conclusionem tenet Rota in deci. decimanona. in eod. tit. x. incipien. si aliquis. subijciens quod ita seruat domini auditores sacri palatii in deci. liiij. in eodem tit. subijciens quod ita seruat Rota. Idem etiam tenet Ro. in nouis in titu. de concessione præben. decisione tercia. licet prædictas decisiones in contrarium allegauerit corruptè vel inaduertenter domini Felinus Sandeus in capitulo. quod ad consultationem. columna ante penultima. in ver. secunda conclusio. de re iud. multa tamen possent adduci pro prima parte de quibus per præfatos dominos de Rota. & per dom. Felin. vbi supra verum quia facti-  
 83 cili-ter responderi possent non insisto. ¶ Quinquagesimo quarto an presentatio probetur per solam narrationem episcopi factam in literis institutionis. Reperio dominos de Rota in decisionibus suis nouis decisione pen. sub hoc eod. titulo qui decidunt quod sic. mouentur potissime. quia vbi constat de duobus extremis bonis debemus presumere etiam de medio bono. ar. cap. cum dilectus. & c. inquisitioni. & cap. ij. requisiti. de appel. vnde si constat de vacatione beneficii. & de institutione. debemus etiam presumere de medio. sic de presentatione. quod etiam refert & sequitur d. Felin. Sandeus in capitulo post cessionem. in quarta columna. de proba. item dicunt ipsi literis episcoporum creditur in his quæ spectant ad coram officium capitulo post cessionem. de proba. & legitur & notatur per Innocen. in capitulo secundo. de fide instrum. prope finem. Ista etiam conclusionem refert dom. Felin. in capitulo. sicut. columna decima secunda. versi. extrinseca solemnitas. de re iud. & dicit quod eam obseruant præfati domini de Rota. nisi quando agitur de præiudicio alterius quicquid dixerit Ludo. de Roma. in l. sciendum. col. vigesima. versic. ix. quid si constat. ff. de verbo. oblig. qui secundum eum contrarium tenet. An autem ius patronat. probetur per literas antiquas incisas in lapidibus seu in campanili. vide Bald. in consil. ccccxlvi. incip. an patronatus. in liij. volumi. alias est in consil. cccx. in v. volumi. secundum impressionem nouam. & decidit quod sic per plura de quibus per eum. ¶ Quinquagesimo primo quæ-  
 84 ro circa istud verbum honorificum. tan debeat honor patrono. scilicet vt patronus presentatus possit in illius solius manibus renuntiare beneficio. In hoc puncto distingue. aut institutio est facta & non potest. sed est necesse quod renuntiet in manibus episcopi. c. admonet. & ca. quod in dubijs supra. de renunt. requiritur tamen quod talis renuntiatio fiat cum consensu patroni. ita Inn. in cap. fina. supra. de renunt. cuius dictum dicit esse menti tenendum. Abb. in capitulo. significatum. in vltimo notabili supra. de præben. ad limitationem dicti capi. quod in dubijs. facit deci. Calde. in ca. cum accessissent. s. de consuet. & ibi moderni. maxime domi. Felin. multa accumulunt ad illud dictum. & concludunt quod nihil potest fieri in præiudicium iuris patro. sine consensu patroni regulariter loquendo. aut verò institutio nondum est facta. Et tunc licet presentatio sit recepta à superiore valet renuntiatio facta per presentatum coram solo patrono maxime quando ipsi superiori non potest aliquod præiudicium afferri per renuntiationem. ista sunt verba formalia dominorum de Rota in decisionibus antiquis decisione cccxvii. incip. vbi quis est presentatus. sub hoc eod. tit. Mouentur quia per presentationem est solummodo quæstum ius ad rem & non in re. nimirum si de facili potest tali iuri renuntiare. idem tenent præfati domini de Rota. in nouis decisionibus deci. cclxix. incip. si aliquis presentatus. licet loquantur in casu quando episcopus nondum acceptauit presentationem. & allegant inter cætera not. dictum Innoc. in cap. cum venissent. s. de restit. in integr.

super verbo renuntiauit. vbi dicit quod electus ante confirmationem potest renuntiare iuri sibi ex electione quæsto in manibus eligentium etiam si electioni de se factæ consensit. quod etiam firmat Bald. in margarita sua in verbo electio in versi. xxxv. quoniam fortius dicunt præfati domini in loco supra allegato. quod presentatus non ad institutionem poterit renuntiare presentati in manibus cuiuscunque etiam simplicis notarij. ergo non est dubitandum quin possit renuntiare in manibus patroni. subijciens præfati domini quod patronus facta renuntiatione in eius manibus. vt supra poterit iterato presentare. & habebit integrum tempus. quia ex quo primo presentauerat. & per eum non stetit. quominus illa presentatio sit consecuta effectum. non est ei imputandum quod etiam firmat s. in quæstio. xxxviii. Ex prædictis inferitur quod patronus potest presentare nedum quando ecclesia vacat per mortem clerici. sed etiam quando per renuntiationem illius. imò concludendum est quod quomodocunque vacat ecclesia potest patronus presentare. ita firmat Lopus allegat. sua lxxviii. incipien. in dei nomine. ver. ad quartam. in fin. vbi etiam ponit quod si ecclesia vacet vno modo puta per priuationem clerici. & patronus presentet tanquam ad ecclesiam vacantem per mortem. an presentatio valeat. quibus autem modis ecclesia vacet. vide bonam gl. in cap. si propter tuam de-  
 85 bita. in verbo vacabunt. de rescrip. libr. vj. ¶ Quinquagesimo secundo quæro qualiter debeat computari tempus patroni quadrimestre. & an vnusquisque mensis habebit triginta dies. istum punctum tangunt domini de Rota sub hoc titu. in antiquis decisionibus. deci. cccxviii. incip. infra tempus & nihil decidunt. sed se remittunt ad plenissime notata per Hosti. in c. licet de supplen. negli. præla. & per Ioan. And. in cap. quæ sit de ele. lib. vj. Ego concludo quod istud tempus computabit vt in simili dicit gl. in d. c. quam sit. in verbo mensis. quia considerabitur dies in qua vacauit beneficium. & patronus sciat vacationem. & in simili die mensis sequentis erit completus vnus mensis. & ita computabitur totum quadrimestre vel semestre. & illam glo. dicit communiter seruari do. Ant. de But. in c. licet. & dom. Alex. in l. de diuisione. in j. colum. ff. solu. mat. ¶ Quinquagesimo tertio quæro an possit patronus presentare ad beneficium vacans de iure licet non vacet de facto. concludo quod sic. ita probatur in simili in cap. licet episcopus. de præben. lib. vj. vbi beneficium vacat de iure potest conferri. & ita per illum text. & per aliud fundamentum concludunt domini de Rota in antiquis decisionibus deci. cccxlvi. incipiente nūquid pronus. alias est decisio viij. sub hoc titu. de iure pat. Ludo. Ro. in consil. suo cccclxv. incip. in re presentati. Item firmat Gemi. in d. c. licet episcopus. in fi. & facit quod dicit idem Gemi. in c. fundam. s. pen. de elect. lib. vj. & refert & sequitur dom. Fel. Sandeus in cap. cæterum. colum. penult. de rescrip. Quando autem beneficium dicitur vacare & de iure & de facto. vel de iure tantum. vide Abb. & doct. p. illu. text. in c. cum nostris. s. de concess. præb. ad prædicta & vide Lapam allegatione sua cxxvij. incipiente Anastasius. in ver. ad sextam & vltimam. Nota tamen quod si beneficium vacat nullo modo vacare non possit fieri presentatio. & sic non possit fieri presentatio ad beneficium vacaturum. vt sentiunt præfati domini & no. in cap. fin. de concess. præben. & firmat Ludo. Roma. in consil. sup. s. allegato. cccclxv. incip. in presentati. & faciunt quæ dixi s. super verbo honorificum. in quæst. v. in penult. colum. Intellige tamen conclusionem supra in principio huius quæ-  
 87 stionis factam vt in sequenti quæstione dicitur. ¶ Quinquagesimo quarto quæro quid si rector ecclesiæ sit priuatus beneficio ipso iure propter aliquod delictum. an patronus possit statim presentare antequam id sit declaratum. videtur dicendum quod non. quia ista decidit Lopus allegatione sua lxxviii. incipiente in Dei nomine vacante ecclesia. & c. in versi. ad quartam sub hoc eodem titu. & in allegatione cxxvij. incipiente Anastasius. in fine licet ibi paulo ante aliter dicat in eo cui competit ius conferendi. prout etiam aliter dicit Baldus in consilio suo cccclxv. incipiente quæstio. in liij. volumi. Facit doctrina Bal. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. quam referunt & approbat doctores in l. si quis maior. C. de transact. & pro qua allegatur tex. in c. cum secundum. in fin. de hære. lib. vj. & etiam facit gloss. in cle. j. in verbo donec. de decimis. Et præmissam opinionem tenere videtur in simili domi. Andr. Barb. in c. ij. in liij. colum. de feudis. Contrarium tamen decidit Gemi. in capitulo fundamenta. s. penultim. de electio. libro sexto. dicens per illum textum quod vbi quis est priuatus ipso iure potest eligi alius rector absque alia pronuntiatione super priuatione. idem decidere videtur Rot. in consilio suo cccclxi. incip. in re presentati. in fine. vbi for-  
 Tracta. de iure patro. GGG maliter

# Tract. de iure Patro.

maliter dicit, quod casu quo quis esset beneficio ipso iure priuatus licet in possessione beneficii insisteret tamen potest per patronum fieri presentatio. mouetur, quia hoc casu potest collator conferre quod est plus secundum eum. capitulo licet episcopus de prebend. libro sexto. ergo patronus potest presentare quod est minus. Item firmat domin. Felin. in capitulo ceterum. columna penultima in principio. de rescip. & hanc opinio magis mihi placet per fundamentum predictum. Fateor tamen quod non deberet ille priuatus amoueri à possessione nisi citaretur dicto capitulo. licet episcopus. & nisi ferretur sententia declaratoria contra eum per dictam doctrinam

88 Bart. cum aliis vulgaribus. ¶ Quinquagesimo quinto quaeritur circa istud verbum honorificum. quis fungatur maiori prerogatiua presentans an instituens. dicas quod presentans prout concludit dominus Felinus Sandeus pulchre in capitulo cum venerabilis. in decimatercia columna. versiculo considera etiam. de excep. subiciens quod quilibet cui daretur optio magis eligeret facultatem presentandi quam instituendi. Nam ad voluntatem presentantis prouidetur ecclesie. & ipse est qui potest dicere presentato opus manuum mearum tu es. poterat enim presentare quem volebat. sed episcopus non poterat quem forte voluisset instituere. ita domin. Felin. vbi supra. Reperio tamen quod Abbas in capit. in Lateran. supra. de preben. dicit quod pinguius ius habet episcopus in beneficio quam patronus. sed decisio sua potest intelligi alio respectu quam presentationis.

89 ¶ Quinquagesimo sexto quaeritur, an debeat honor patrono, vt non possit vocari in ius per presentatum sine venia. Io. Fab. s. & in cum. institu. de actio. dicit quod satis videretur equum quod deberet peti venia, tamen putat de iure contrarium: quia non reperitur in iure expressum. Istam decisionem Io. Fab. refert & sequitur d. Ale. in generaliter. in vltima columna. ff. de in ius voc. subiciens quod meminit se legisse alibi. Ideo bene notanda est, & sequitur d.

90 Iason p̄ceptor meus ibi. ¶ Quinquagesimo septimo quaeritur, an debeat honor patrono, vt quotidie pro eius anima sit in ecclesia patronata missa specialis celebranda. Ludo. de Ro. in consilio suo ducentesimo trigesimo nono. incip. dictus monachus, &c. concludit quod non, dicens specialiter pro eo: nec, etiam in genere pro mortuis quotidie est missa ibidem celebranda. sed secundum eum sufficit in oratione qua offeritur Deo in missa commemorationem facere defunctorum in genere: quia vt ipse inquit, non minus indulgentie accipit patronus à Deo ex tali commemoratione generaliter facta, quam si pro eo specialiter fieret. allegat tex. qui hoc expresse dicit in capitulo non mediocriter. de consecrat. dist. v. Et propterea superfluum est nomina defunctorum, vel eorum pro quibus celebratur in missa specificè commemorare. rex. in capitulo visum, & in cap. de nominibus. de consecrat. dist. i. prima. Subiicit tamen Ro. quod si sacerdos vellet facere specialem commemorationem potest & pium est sic facere: non vt Deus intelligat, sed vt supplicantium deuotior reddatur affectus. vt dicit gloss. in dicto capitulo de nominibus in fine.

¶ Limita nunc istam conclusionem. vt non procedat quando patronus disposuisset pro eius anima quotidie missam celebrari debere, quia eius voluntas & dispositio esset seruanda cum ius non resistat. I. non aliter. ff. de legat. tertio. Ita per dictam regulam & per alia fundamenta concludit domi. Abb. Panormi. pulchre in consilio suo xcix. incip. quaedam condidit testamentum. in secunda columna. in secundo volumine. vbi fortius sentit, quod ista dispositio patroni valeret etiam sine consensu episcopi. quia in casu in quo ipse consulit, non presupponitur aliquem consensum episcopi interuenisse. Et si quis subtilis opponeret dicto capitulo significatum. supra de preb. vbi non potest instituendus grauari per patronum vel alium ad quotidie celebrandum. vt ibidem etiam notatur. & in capitulo consulisti. infra de celebra. miss. Et de hoc & simi. ius plene dicemus infra. super verbo pro eo quod de diocelani consensu. Respondet Abbas vbi supra, quod ille text. procedit vbi vnus sacerdos grauaretur. sed vbi non est grauatus idem sacerdos sed in genere mandatum est missam quotidie celebrari debere, tunc seruanda est eius voluntas, quia per diuersos sacerdotes celebrari poterunt, quod est bene notandum ad limitationem dicti capitulo significatum.

¶ Aduertendum tamen est, quod ista decisio non procederet in ecclesia patronata, in qua vnus tantum esset instituendus. quia licet valeret dispositio patroni, vt missa defunctorum pro eius anima celebraretur per supra dicta, non tamen valeret vt quotidie instituendus celebraretur per dictum capitulum significatum. & ibi expresse norant Abbas & alij. ¶ Limita secundo quod dictum esse necesse in ecclesia quotidie

missam pro mortuis celebrare, vt non procedat in ecclesia collegiata: quia in illa debent duæ saltem missæ celebrari quotidie, vna de defunctis, alia pro festo. vel feria. textus est in capitulo cum creatura & ibi declaratur. infra, de celebratione missæ. ¶ Quinquagesimo octauo quaeritur clarum est, quod presentatio facta à pluribus valet. capitulo tertio, 91 vbi notat infra eodem. ¶ An sit necesse, quod conueniat maior pars habito respectu ad omnes patronos. An sufficiat maior pars habita comparatione ad minorem partem, exemplum, quatuor sunt patroni, duo presentant vnum, tertius alium: quartus alium: presentatus à duobus non habet maiorem partem omnium, sed habet maiorem partem habito respectu ad alios presentatos. an id sufficiat ad hoc vt preferatur. Io. And. dom. Anto. de Butr. Cardin. Floren. referens Vincen. & Abb. in dicto capitulo. tertio. distinguunt in hoc puncto, quod aut presentatio competit collegio, & tunc requiritur maior pars respectu totius collegij per text. in capitulo ecclesia vestra. j. s. de elect. & rationem pulchre ponit domin. Anto. vbi supra. aut verò presentatio competit personis singularibus, prout communiter competit laicis habentibus ius patronatus de patrimonio, & isto casu sufficit maior pars respectu aliarum partium. & subiicit dom. Cardinal. Florenti. in dicto capitulo tertio. in sexta quaestione. quod ita intrepide est tenendum secundum Vinc. & allegat idem tenere Compustellanum in dicto capitulo ecclesia vestra. Idem in effectu concludit ipse dom. Cardin. in clemen. plures in principio. in quarta columna. in versicul. item per hanc dicta. eodem titulo. & vide que dicam infra super verbo ipse vel is à quo causam habui, in secunda quaestione columna finali. Idem tenet Abbas ibi referens ita tenere communiter doctos. per text. in dicto capitulo. tertio. Et rationem diuersitatis assignat. Idem sentit Lopus in sua allegatione lxxvij. incip. in Dei nomine. in quarta columna. Idem tenet Imol. in dicta clemen. plures. in quinta columna. versiculo & ideo cum in patronis laicis. & in quarta columna. versi. an autem in ipsis. post Paul. ibi allegantem notata per Vin. & Compo. in dicto capitulo ecclesia vestra. & per Ioan. And. in capitulo plures. decimasepta quaestione septima. & per Arch. xxxj. di. in cap. Nicena. Idem etiam tenet reuerendus pater frater Angelus de Clauasio in summa sua angelica in verbo ius patro. versi. vigesimo. ¶ Contra tamen dictam conclusionem vrget regula qua habet, quod habentes rem communem, vt singuli non possunt super illa disponere, nisi omnes consentiant. text. est in l. per fundum. ff. de serui gasti. prædio. gloss. est quam notant ibi doct. pro magistra. in cap. cum omnes. s. de const. cum cõcordantibus ibidem copiose allegatis per domin. Felinum Sandeum. in viij. columna. stante igitur ista regula videtur quod non sufficiat clericum esse presentatum à maiori parte patronorum, nedum comparatione aliorum, sed nec etiam habito respectu ad omnes: quando patroni habent ius patrona. vt singuli. Pro solutione respondeo, quod dicta regula fallit in casu nostro. & ratio fallentis est fauore ecclesiarum. Ita dicunt dom. Cardina. & Imol. in dicto capitulo cum omnes. & ibi refert & sequitur domi. Felin. in ix. colum. qui alias sex fallentias accumulat ad dictam regulam. Retenta igitur dicta conclusione & distinctione, intellige sane, quod dictum est in primo membro. Quod quando ius patronatus competit collegio requiritur maior pars omnium, vt procedat loquendo de maiori parte omnium existentium in collegio: quia ad collegium, vel vniuersitatis constitendam sufficit, quod interueniant duæ partes vniuersitatis, vel collegij. I. nulli. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. l. nominationum. C. de decurionibus. libro x. Et illæ duæ partes representant totam vniuersitatem vel collegium. vt probatur in dictis iuribus. Ergo sufficiet maior pars itarum duarum partium: quia dicitur maior pars totius. ita declarat Abbas in dicto cap. ecclesia vestra. circa finem, & in dicto cap. cum omnes. in vltima colum. vbi dicit hanc esse opinionem canonistarum, & legistarum. & allegat Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & alias autoritates quas vide per eum. Et ad hoc etiam aliquas autoritates allegat Cald. in consilio suo x. incip. si vniuersitas. sub hoc eodem titulo. licet dicat esse æquior opinionem, quod sufficiat, quod maior pars congregetur & præmissam conclusionem clare tenet ipse Cald. in consilio xj. eodem situ. Idem tenet Ioan. de Imo. in capitulo humilis. in iij. col. de maio. & obed. qui dicit hanc esse communem opinionem. licet etiam conetur laboriose ostendere, quod de rigore iuris sufficiat maior pars eorum qui debet vocari, licet non faciat duas partes vocandorum. Prædictam etiam opinionem tenet domi. Alexand. in Liurigentium. s. final. in vltima columna. ff. de pact. Istam etiam opinio. tenet domi

dominus Feli. Sandeus in d. capitulo cum omnes. in penulti. colum. subijciens, quod communiter tenetur. & alias multas autoritates pro hac conclusione accumulat quas vide per cum. & ibidem etiam declarat qui sint vocandi, an residentes tantum, an etiam absentes. dic vt per cum post Abbatem & alios ibi. & in capitulo quod sicut. & in capitulo bonæ memoriæ. ij. de electio. ¶ Quinquagesimononō quæro, an requiratur quod presentatio fiat à maiori, & saniori parte patronorum: an vero sufficiat, quod fiat à maiori, licet non sit sanior. pro parte, quod requiratur etiam sanioritas faciūt multa iura in simili maxime text. in capitulo primo, supra de his quæ s. à ma. par. cap. vbi consequatur effectum quod à maiori & saniori parte capituli fuerit constitutum. & in capitulo ri parte capituli fuerit constitutum. & in capitulo ea noscitur. ibi maioris & sanioris partis. supra de his quæ fiunt à prela. sine consen. cap. & in capitulo quia propter. & ibi maior & sanior pars capituli consentit, supra de ele. & alibi sæpe. & ita per dicta iura generaliter loquendo videtur cōcludere Abb. in capitulo prudentiam. in secunda columna. supra de off. de. lega. & domi. Feli. multa alia allegando in capitulo cum omnes. in decimasecunda columna. de constituto. in versi. decimotertio fallit. dicens, dicens, quod regula quæ habet quicquid facit maior pars valet, intelligitur, quando maior pars est etiā sanior. Secundō pro eadem parte facit quod decidit Bal. per illum tex. in l. j. ff. de senato. vbi dicit, quod si masculus & femina discordant in presentando, debet præferri vox masculi tanquam dignior. quod etiam fuit de mente præfati doctoris in consilio suo centesimo sexagesimo quinto. incipien. ordinatio testamenti in vltimis verbis. in quarto volumine. ergo nedom attenditur numerus vocum, sed etiam aliæ qualitates considerantur. Et etiam facit pro hoc decisio. Bald. in capitulo primo. §. hoc autem, el secundo, quem legit cum §. decidente. in octava columna. de his qui seu. dar. poss. & domin. Florianus in l. per fundum. ff. de seruit. ra. prædi. vbi dicit quod si agatur de faciēda pace ab hæredib. occisi, vox masculi præfertur voci femine. Hanc etiam partem tenere videtur Hostiens. quem ibi refert & sequitur Ioannes Andr. Paul. ante finem in capitulo primo. eodem. dicunt enim præfati docto. attendenda esse merita personarum presentantium sicut in electionibus secundum eos per capitulum dudum. j. supra de elect. sicut etiam in testibus per capitulum in nostra. de testibus & dicit Abbas ibi per illum tex. quod vox nobilis est maioris autoritatis quam illiterati. Pro hac etiam parte facit, quia doctrina communis est quod in actibus ecclesiasticis requiratur etiam sanioritas. licet secus sit in actibus merè prophanis. ita doctores in capitulo ecclesia. primo. & vltimo de electio. dominus Alexand. in l. maiorem. ff. de pact. domin. Felinus in capitulo cum omnes. in decimasecunda columna. de constituto. vbi allegat multa ad hoc. sed presentatio non est actus merè prophanus capitulo quanto & ibi no. de iudiciis. igitur in presentatione attendetur etiam sanioritas. Pro alia parte quod sufficiat maior pars non considerata sanioritate. facit tex. in capitulo tertio. ibi plurimorum electio approbatur assensu. infra eodem. vbi nihil de sanioritate videtur, sed solum de pluralitate vocum. ergo de sanioritate non est curandum & isto argumento in simili vitur dominus Felinus Sandeus in dicto capitulo cum omnes in decimasecunda colum. versicul. modo ad intellectum prædictorum. dum dicit quod in actibus merè prophanis & in electione papæ non curatur sanioritas: quia iura in his tantummodo requirunt maiorem partem. cum ergo tex. in dicto capitul. tertio loquens de presentatione requirat tantummodo pluralitatem vocum, igitur sanioritas non requireretur. Et istam opinionem arbitror veriozem. Et eam etiam sentit Abb. in dicto capitul. tertio in versic. quarto extra gloss. vbi præsupponit valere presentationem factam à pluribus. nec aliquid dicit de sanioritate. Idem sentit dominus Cardinal. Floren. in sexto no. & in sexta questione. & clarius in capitulo primo. in ver. quæro de intellectu literæ. infra eodem. vbi formaliter dicit quod si patroni discordant in presentando statim maiori numero. & in his etiā verbis vitur alij doct. communiter quando loquuntur de hac materia & maxime in dicto capitulo tertio. Idem sentit Fede. de Senis in consilio suo centesimo secundo. incip. nobilis quidam. vbi dicit quod presentatio facta à maiori parte eorum ad quos pertinet, sortitur effectum nec aliquid dicit de sanioritate. Idem Bald. in consilio suo ducentesimo nonagesimo secundo. incip. factum sic proponitur in quarto volum. alia est in consilio decimo septimo. quinto volum. secundum impressionem nouam, vbi dicit in primo dubio, quod presentatio facta à maiori parte parrochianorum prævalet per dictum c.

ij. Et tamen experientia docet quod parrochianorum aliqui sunt saniores alij minus sani. facit etiā pro hac parte quia ius pat. & ius presentandi transit ad eos ad quos transit hæreditas. secundum Inno. super hac rub. & Abb. in capitulo primo. & in cap. cum seculum. & in capi. nobis. infra eodem. Et est communis opinio, vt latius dicam super d. verbo competens alicui ergo si plures sint hæredes, dato quod vnus sit sanior altero, ablutur dum esset dicere quod tantum ius non habeat vnus sicut alter in presentando: cum ita vnus sit hæres sicut alter. quini- mo etiam si vnus ex hæredibus habeat pinguiorē partem hæreditatis, non tamen habeat pinguiorē vocem: quia ius patro. est indiuisibile & est apud quemlibet hæredem insolidum. Ita decidit glo. per illum tex. in capitul. j. infra eodem. Et ita tenet Abb. ibi subijciens, quod ita tenetur communiter per docto. quicquid dixerit Innocent. ibi qui contrarium tenuit. & de hoc plenius dicam infra. in verbo & dotauit. in qō. decimasecunda. Item absurdum esset dicere, quod si duo con- struxissent & dotassent vnam ecclesiam: quorum alter esset sanior, quod propter id vox eius prævaleret. quia priuilegium iuris pat. est datum quibuscunque constructibus fundantibus & dotantibus dicto capitulo tertio. & ibi not. & habetur per Abb. post alios super hac rubrica. Nec dicant docto. quod istud priuilegium magis detur sanioribus quam alijs. Restat nunc ad contraria respondere. non obstant igitur primò iura supra allegata: quia illa iura non loquuntur in materia iuris patrona. dato ergo quod requirant sanioritatem, nihil faciūt ad propositum. & tanto minus: quia iura loquentia de presentatione nihil dicunt de sanioritate vt supra dixi. vel aliter respondeo ex mente Abb. per illum textum in capitulo ecclesia vestra. ij. in vltim. not. §. de elect. quod prædicta iura loquuntur in actibus sciendis per capit. vel collegium. quia secundum eum & in electione & in omnibus alijs dispositionibus sciendis per capitulum non sufficit maior pars, nisi illa sit sanior: quod etiam concludit Abb. in cap. cum in iure. §. de elect. in ij. col. sed in actibus sciendis per singulares personas consideratur solummodo numerus. allegat l. si duo ex tribus. & l. inter pares. ff. de re iudi. quod est notandum. quia ex hoc patet quod non debet considerari nec dignitas nec nobilitas nec alia qualitas in presentante, quando presentatio spectat singularibus personis. & hoc suadet bona ratio. quia non videtur referre qualis sit presentans dummodo presentatus sit idoneus nec in hoc consistit aliquod præiudicium ecclesiæ vt de se patet. ¶ Quæ autem sit ratio diuersitatis an presentatio vel actus spectet singularibus personis an collegio. die vt in dictis locis notatur. & subijcit Abb. in d. c. ecclesia vnum ad quod communiter non aduertitur secundum eum, quod in disponendis per vniuersitatem seu capitulum non debent dari voces per lupi. no. quia tunc non potest apparere quæ pars sit sanior sed solum quæ pars sit maior respectu numeri. & sic cōclusio supra facta quod non requiratur sanioritas, sed tantummodo pluralitas vocum in presentando limitatur per supra dicta. vbi procedat, quando presentatio vel alius actus est sciendus. à collegio vel vniuersitate. tunc enim sanioritas curatur. declarando rationem & intelligendo vt eleganter declarat Abb. post Ioan. And. in dicto capitulo ecclesia vestra. super gloss. fin. vbi etiam declarat in quo consistat ista sanioritas. & per hoc etiā tolluntur seu respondetur ad notata in dicto capitulo dudum. & ad doctrinam do. Alexand. & Felin. supra relatorum. Nota tamen quod vbi est pluralitas vocum etiam præsumitur sanioritas. text. est & ibi ponderat Abb. in ij. not. in dicto capitulo ecclesia vestra. & ita etiam concludit dominus Anto. de Butr. in dicto capitulo. ea noscitur. quem refert & sequitur do. Feli. Sandeus in d. c. cum omnes. in xij. colum. & est glo. tertia. in dicto. cap. j. de his quæ fiunt à ma. par. cap. quam ibi ponderat Io. de Imo. non obstat modo decisio Bald. in d. l. ij. ff. de senato. quia responderi potest quod decisio sua non est tuta. quia nullo iure pbatur. dato enim quod masculus sit dignior femina. vt probatur in d. l. j. per hoc non inferitur, quod si ambo simul habeant ius patronat. & discordant in presentando, quod vox masculi præferatur. quia non reperitur iure cautū quod priuilegium iuris patrona. detur magis masculis quam feminis. vt infra dicam super verbo competens alicui. in j. q. Præterea illa decisio Bald. attendit sequeret quod si duo masculi habeant ius patr. quorum alter sit dignior quod vox illius dignioris præferetur. quod absurdum videtur cum equaliter sint patroni. & quod non præferatur. sed locus sit gratificationi in terminis decidit Bald. in consilio suo cccxxij. incip. præmittendum est in vlti. col. allegationum ibi insertarum. Præterea non sunt regulæ deteriores conditionis femine quam masculi. l. in multis. & ibi notatur. ff. de sta. ho. A regula Tracta. de iure patro. GGGg 2 igitur



# Tract. de iure patro.

igitur non est recedendum in dubio, vt dixit Bal. in c. j. iudices. in titulo de pace iur. fir. & alibi saepe. & est glo. in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. probatur in capitulo secundo de cōiug. lepro. Et est bonum verbum ad hoc Ioan. Andr. quod ibi refert Abb. in c. salubriter de vsuris. Et contra dictam decisionem facit qd dicit dom. And. Barba. in capitulo quanto in fin. de iudi. vbi dicit qd de iure patrona. tantum habet paupercola quantū rex. Notanda est tamen illa decisio Bald. in practica propter autoritatem eius: & frequenter contingit in facto. Et illam refert & sequitur do. Barbellecti. in apostillis ad Abba. in dicto capitulo tertio, in principio. j. eodem. & dom. Feli. Sandeus in capitul. quoniam. in fin. de testi. An autem ex parte presentati requiratur vtrunque, scilicet quod maior numerus eum presentauerit, & quod sit sanior vel idonior ille presentatus dixi supra in questione decima quinta. huius verbi. vide ibi. ¶ Sexagesimo quæro de quotidiana questione. scilicet an patroni debeant simul conuenire in presentatione actu, an autem possit vnusquisque de per se, & singulariter presentare aliis non vocatis. Istam questionem attingit Ioan. Andr. in dicto capitulo tertio, in prima columna. infra eodem in versu. sed incidit dubium. & concludit quod si patroni habent presentare vt collegium debeant omnes vocati conuenire. alias non vocati possent agere de contemptu. Si autem habeant presentare vt singuli. id non est necessē, imō poterit vnusquisque presentare aliis non vocatis. Et hanc suā opinionem refert ipsemet Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in hoc eodem titulo. in addit. incipiente vocare. Eandem opinionem tenet dominus Antonius de Butt. in dicto capitulo tertio. in tertia columna. qui assignat rationem diuersitatis, quare magis vno casu debeant simul conuenire quam alio, & responderet aliquibus in contrarium facientibus. Idem tenet Fede. de Senis in consilio suo centesimo secundo, incipiente nobilis quidam patronus in secunda columna. subijcit tamen quod honestum est & cautum vocem aliorum patronorum requirere. & ita dicit seruare consuetudinem. Idem sentit Cald. in consilio suo ix. incip. populus. & clarius in consilio decimo quinto. incip. duo bis presentant, sub hoc titulo. de iure patrono. Idem pulchre concludit Abb. in consilio suo. lxxvj. incip. inuocato Christi auxilio. in prima columna. in ij. volumi. subijciens quod profecto ista est communis opinio doct. in d. cap. tertio. & quod obseruatur in practica. Idem tenet Pet. de Anchara. in repert. capitulo canonum statuta. in nona chart. in versu. vltimus quæro de constitutis. vbi dicit, quod poterit vnus ex patronis presentare hodie, alter cras. allegat Ioan. And. in nouella in d. cap. iij. idem tenet Bertachinus in repertorio suo in verbo patronus. versu. patroni simul. Contrariam opin. tenuit Abb. sibi contrarius in dicto capitulo tertio. in fin. mouetur per doct. in Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. vbi dicit quod siue à collegio consensus sit explicandus, siue à pluribus. vt singulis: dummodo in actu maior pars præiudicat minori, semper debent isti esse simul. Et ratio est, quia minor pars potuisset trahere maiorem ad suam sententiam: vt in simili dicitur in l. item si vnus. in fi. ff. de ar. eandem opinionem tenuit ipse Abbas in cap. cum omnes. in penultim. colu. supra de constitutis. & in capitulo in genesis. in penultim. columna. versu. ad vnum tamen notabile & singulare dictum aduerte supra de elec. & capitulo venerabilem. in xij. notabili eodem titulo. idem tenuit domin. Feli. in d. capitulo cum omnes. in decima sexta colu. in versu. & ex istis inferitur. subijciens quod ita alias habuit considerere Ferrarise & obtinuit. Eandem opinionem ego reperio tenere dom. Barth. Bellenci. in apostillis ad Abb. in c. cura. infra eodem. vbi dicit, quod si duo ex tribus presentant contempto tertio, presentatio non valet, allegat cap. venerabilem. in argum. supra de elec. subijcit tamen quod presentatio potest ratificari per tertium, per illum text. in dicto cap. cura. & ita dicit se respondiisse, cum esset interrogatus de facto. Eandem opin. ego etiam teneo: quia fundamentum huius opi. est solidissimum, scilicet quod vbi maior pars præiudicat minori debent semper conuenire. & hæc est regula, vt dicit Barrol. in d. l. omnes populi. in quinta columna. & istam regulam approbant ibi doct. & Pet. de Anch. in loco s. allegato. à regula igitur non est discedendum, nisi reperiat fallentia iuxta gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. Et dicit Bald. in c. j. iudices. in iiii. colu. in tit. de pace iura. firmā. in vltibus seu. Moneo te quod in dubio à textu & regulis iuris non recedas. Idem dixit Bald. in l. j. in ij. col. C. de sac. san. eccl. & in l. si tutor. C. de seruo pigno. da. ma. & firmat Paul. de Ca. consil. suo cxxij. incipien. dubia de quibus quaeritur in ij. colu. Est optimus rex. qui non solet allegari in cap. ij. in fine. de cōiugio lepro. & in c. san. versu. finem xv. q. ij. hinc dixit Abb.

post Ioan. And. in c. salubriter. in v. q. de vsuris. quod vbi est regula pro aliquo volens dicere contrarium debet allegare causam expressam. & ista opinio est honesta, vt dixit Feder. in d. 95 consilio cij. & eam comprobo tali ratione. ¶ Nam duo specialia non debent cōcurrere circa idem l. j. cum gl. & ibi summat Bartol. C. de dotis promiss. sed in casu nostro vnum speciale inducitur contra regulas iuris, vt quando ius patrona compete pluribus vt singulis non requiratur omnium consensus ad presentandum, sed sufficiat maior pars, vt declarauit in questione quinquagesima octaua. ergo non debet aliud speciale concurrere contra regulam præallegatam vt non patroni simul conuenire in presentatione actu, cum simus in casu in quo maior pars præiudicat minori. Pro hac etiam conclusione allego decisionem d. Alexan. per tex. ibi in l. iustitiam §. fin. ff. de pact. vbi alias autoritates allegat. Idem etiam reperio tenere reuerendum patrem fratrem Angelum de Caluasio in summa sua angelica in verbo ius pat. versu. xxj. Quis autem modus sit seruandus in congregatione ipsorum patronorum, & an maior pars possit facere citari minorem & restringere terminum presentandi à iure præfixum. dic vt not. plene in c. cum nobis. de elec. per Abb. maxime columna penultima. & vltima. & dixi s. in quæst. ij. huius verbi. Limita tamen prædictam conclusionem vt non procedat quando aliter se haberet consuetudo. vt dicit Abb. in d. consil. lxxvj. & quod in hoc sit attendenda consuetudo etiam firmat Feder. in dicto consilio centesimo secundo. & faciunt notata in d. c. cū nobis. ¶ Sed hic suboritur quæstio accessoria. pone quod vnus ex patronis presentet singulariter & de per se. postea cōgregantur simul & semel prout debet, an ille qui presentauit singulariter sit priuatus pro alia vice potestate dandi vocem. Conclude quod non glo. est no. in cap. si. j. eodem. in gl. magna. in fi. & assignat rationem. quia talis poena non debet imponi nisi reperiat à iure expressum. Et cum illa gl. transeūt communiter doct. & eam etiam allegant Panorm. & moder. in c. quarelam. de iure iurand. in simili materia, & ibidem Fel. alia vulgata adducit. Idem firmat gl. in simili in capitulo bona. ij. in prima gloss. in fine. de elec. & ita firmant ibi communiter doct. prout etiam attestatur ibidem Abb. Panorm. in secunda columna. qui allegat d. glo. in capitulo. fina. & alia de quibus per eum. Et respōdet ad obiecta quæ fieri possent in contrarium. ¶ Sexagesimo primo quæro circa prædicta. pone quod duo habeant ius instituti in solidum. vnus presentatur coram vno: alter & secundo loco coram alio. an primò presentatus debeat obtinere. vide Lapum in saepe allegata allegatione septuagesima octaua. incip. in Dei nomine. in sexta 98 colu. & concludit vt per eum. ¶ Sexagesimo secundo quæro circa istud verbum honorificum. an debeat honorari patrono vt possit saltem ex consuetudine concedere ecclesiam patronatam absque episcopo. Et sic quæstio est, an ex consuetudine possit habere patronus ius conferendi. Conclude qd non. secundum Ioan. Andr. in capitulo. fin. de quodam. l. br. vj. quem refert & sequitur Abbas in capitulo. quod autem. in fin. infra eodem. & facit capitulo. sacrosancta. & capitulo. massana. supra de elec. vbi dicitur quod laicus non potest eligere. Et pro prædicta conclusione est melior text. in capitulo. causam. supra de præscrip. & in capitulo quanto. s. de iudic. & vtrouque notatur. ¶ Sexagesimo tertio quæro. quia diximus ad 99 turitatem de honore presentationis. an alius honor debeat patrono ex iure patrona. quam presentatio. Innocen. hic dicit quod patronus habet alium honorem: quia honorificè tius recipitur, & studiosè ei seruitur, & in processione præ aliis honoratur. quod declarat Abb. hic & clarius in capitulo no. bis in vltimo notabili. infra eodem die vt ibi habetur per eum & alios. Et ista quæ competunt patrono includuntur secundum Hostien. hic in summa in versu. quid competat. in his versibus. Patrono debetur honor, onus, emolumentum. Presentat. præsit, defendat, alatur egenus. Quos versus etiam refert domin. Cardinal. Floren. in dicto capitulo. nobis. in fi. principii. Et sub verbo honor comprehenditur etiam vt puto ex 100 ratio rationis de temporalibus ecclesie loquendo in patrono ecclesiastico, ¶ Patronus enim ecclesiasticus potest exigere rationem de temporalibus ecclesie. capitulo cum & plantare. §. in ecclesijs. infra de priuileg. & melius probatur in capitulo ex literis. infra eodem. & firmat Abbas in capitulo de monachis. in secunda columna. supra de præbend. & in dicto capitulo cum & plantare. & in dicto capitulo ex literis. & plenius in capitulo in Lateranensi. supra de præbend. Et in dictis locis maxime in dicto capitulo cum & plantare declarat doctores. quod talis patronus non potest exigere rationem minutatim, scilicet quid expendatur singulis diebus in carnibus vel

vel piscibus. ¶ Sed quomodo regantur possessiones & quomodo modo proventus expendatur. ¶ Et nota quod istam rationem etiam potest exigere episcopus vt determinat Abbas in dicto capitulo in Lateranensi. An autem laicus patronus exigere possit dictam rationem dicam infra super verbo & vtile. questione secunda in fine. Comprehenendi etiam potest sub dicto verbo honor custodia ecclesie vacantis. quam habet patroni ecclesie sicut secundum Abb. in dicto capitulo de monachis & plenius in capitulo bonae super glo. secunda. supra de appell. & in capitulo cum vos. in prima columna. supra de offi. iudicis. & istam custodiam. necnon etiam exactionem rationis habent patroni laici. vt no. in dictis locis vbi doct. assignant rationem diuersitatis. Nota etiam circa praedicta. quod dicit Inao. in c. quibus clericis. §. eo. q. patroni secundum diuersas consuetudines plus & minus habet honoris & oneris & per hoc fit expeditum commentum huius secundi verbi diffinitionis. capio tertium scilicet onerosum.

- 1 Verbum onerosum quid importet.
- 2 Onus in iure patronatus in quo consistat.
- 3 Patronus negligens priuandus est iure patronatus.
- 4 Ius publicum an consistat in rebus sacris.
- 5 Patronus an habeat onus presentandi idoneiorem.
- 6 Patronus an habeat onus presentandi pauperem quam diuitem.
- 7 Patronus an debeat contribuere cum rectoribus ecclesie ad onera illi incumbentia.
- 8 Collectis separatim episcopis vel ecclesiis. &c. impositis. an teneantur ecclesie subiectae ad talem collectam.
- 9 Patronus ecclesie sicut an habeat onus assignandi clerico certam partem reddituum ecclesie.

**Nerosum** ¶ istud verbū importat. vt de se patet. quod ex iure patronatus nedum prouenit honor. sed etiam onus. sed vt hoc plenē intelligatur. ¶ Quæro primò in quo consistat istud onus. Innocen. Abbas & alij hic in dicto capitulo. nobis dicunt. quod consistit in hoc: quia patronus tenetur defendere ecclesiam ne bona indebitè dilapidentur. & potest denuntiare episcopo presbyterum si est dilapidator vel alias inhonestus. allegant cap. filius decimasexta questione septima. cogita super ista decisione communi: quia text. per doct. allegatus non dicit quod patronus teneatur defendere ecclesiam. sed bene dicit. quod licitum est. vnde non est bona consequentia. potest ergo teneri. nō quicquid ff. de iudi. & per verbum potest. loquuntur omnes doct. in locis infra allegandis. potest tamen dici quod text. in dicto capitulo filii. versus finem. videtur probare praedictam conclusionem. & ita summatur. & per hac parte facit text. in capitulo sicut dignum §. illi. infra de homicidio. vbi probatur quod est in culpa qui non obuiat crimini. & noratur in capitulo primo. supra de officio deleg. ¶ Fateor tamen. quod si patronus negligat denuntiare rectorem dilapidantem. vel ei non obuiat per hoc priuatur iure patronatus. quia per negligentiam non priuatur quis iure. quod defertur per successionem. gloss. est in capitulo grandi. in verbo regis de supplend. negligens. prelatorum. libro sexto. quam refert. pro singulari. & eam sequitur domin. Francisc. Areti. in capitulo illa. circa princ. de accusa. Et eam etiam sequitur d. Felin. Sandeus. in capitulo primo in secunda columna. de treuga & pace. vbi multa accumulatur de negligentibus. Et etiam multa dicit in capitulo inrefragabili. de officio ordinis. Et praemissa conclusio. quod patronus teneatur ad denuntiandum. vt supra etiam est de mente abbatis in capitulo nouit. in decimasecunda columna cum sequenti de iudi. vbi tamen refert doct. varios in hoc puncto. & quod teneatur est bona gloss. in capitulo illa. de accusa. in verbo dicere. & clarè etiam probatur ex significatione huius verbi onerosum. positum in diffinitione iuris patronatus. Si autem dilapidet bona ecclesie iniungitur sibi poenitentia iuxta dictum capitulum filii. in fine. Et ita dicit Hostiensis in summa de poenitentia & remiss. in §. quae poenitentia. versiculo. vt autem sacerdos. qui enumerat illum textum pro vno canone poenitentiali. An autem alienatio rerum ecclesie facta sine consensu patroni sit nulla. vide Innocentium & alios maxime Ioannem de Imola. & Abbatem in capitulo. vniuerso. vt ecclesie beneficia sine di. conferant. & Petr. de Anchara. consilio suo centesimoquingentesimo primo. incipien. ex narratis. & Felinum Sandeum in capitulo cum accessissent. in septima columna. de constituti. & communiter concludit. quod non sit necessarius consensus patroni. licet de honestate requiri debeat. In quantum tamen conclusum est supra. quod patronus denuntiare teneatur clericum dilapidantem bona

ecclesie. Limita vt non procedat quantum ad accusandum seu quantum ad procedendum criminaliter contra presbyterum. quia patronus & multominus alias laicus hoc non potest. scilicet quantum ad procedendum civiliter de crimine etiam ad priuationem beneficii. gloss. est in summa. secunda questione septima. & declarat Abbas post alios in capitulo cum P. Manconela. infra de accusatio. & in capitulo illa. eodem titulo & in capitulo ex parte. ad supra de testibus. in v. columna. vbi etiam late attingunt doct. an & quando alij laici. qui non sunt patroni possint accusare. vel denuntiare clericos. vel contra eos testificari. dic vt ibi habetur. & in capitulo de cetero. de testi. Aduerte tamen circa praedicta de presbytero dilapidante bona ecclesie quod in hoc casu nedum patronus. vel parochianus admittetur ad denuntiandum. sed etiam quilibet alius laicus in subsidium. ita firmat dominus Abbas in capitulo ex parte ada. in quinta columna. de testibus. & ibi refert & sequitur dominus Felinus Sandeus ibi in quarta columna. in versiculo fallit tertio. Idem tenet domi Andr. Barba. clarè in capitulo si quis presbyterum. in vltima columna. de rebus ecclesie. non alien. subijciens se ita tenuisse Ferrariae. in consilio magnorum virorum. & alias autoritates ad hoc allegat domin. Felin. vbi supra. Et in istam conclusionem etiam inclinat dominus Franciscus de Areti. in capitulo illa. in secunda columna. de accusa. Licet in contrarium arguat. & fundamentum huius conclusionis est vt tradunt praerogati doct. ¶ quia ius publicum consistit in rebus sacris. capitulo ius publicum. prima distinctione. ergo quicumque admittitur. ista tamen ratio non videtur bona: quia etiam fauor publicus est. quod delicta puniantur. capitulo vt fame. de sentent. excommunicata. l. ita vulneratus. ff. ad legem. Aquil. Et tamen laici non admittuntur ad denuntiandum. vel ad accusandum clericos. capitulo cum P. Manconella infra eodem. Et quod etiam hoc casu patroni. & parochiani tantum admittantur. tenet gloss. expressè in capitulo Maximianus. lxxxj. distinctione. & bene probatur in dicto capitulo filii. a contrario sensu: nisi forte dicas. quod praecedens conclusio loquitur. vt admittantur alij laici in subsidium. Tamen eo casu etiam in alijs criminibus loquendo forte admittentur iuxta theoreticam. Abbatis in capitulo de cetero. supra de testibus. vnde in crimine dilapidationis nihil esset speciale iurare. cogita. ¶ Secundò quæro. an patronus habeat onus presentandi idoneiorem. dicas quod sic quantum ad forum conscientiae. ita Federic. de Senis in consilio suo nonagesimo quinto. incip. super dubitationum articulis. in principio. & ita etiam tenent domin. Anto. & Abb. in capitulo constitutus. iij. supra de appellatio. & Abbas in capitulo tertio. infra eodem. super gloss. in verbo maioribus. Quantum autem ad validitatem presentationis sufficit presentare idoneum: dato. quod potest presentari idoneior. vt dicunt praefati doct. & est gloss. in dicto capitulo tertio. & probatur in capitulo monasterii. decimasexta questione septima. & plura dixi supra super praecedenti verbo in decima quinta questione. & ita etiam dicit Ioan. And. & domi. Anton. in fin. in capitulo tuam de ara. & quali. & Bald. in simili. in l. in ecclesijs. C. de episcop. & cleric. ¶ Tertio quæro. an patronus habeat onus presentandi pauperem potius quam diuitem concludit quod sic: ita dicit Hostiensis. in summa huius tituli. §. in quibus differant. vers. sed nunquid. facit simile quia in elemosina facienda quis debet deferre magis indigentem gloss. est in capitulo. si quis nonagesima distinctione. facit text. in capitulo pascere fame morientem. lxxxvj. distinctione facit etiam simile de capitulo secundum. & de capitulo. episcopus. cum concordantibus de praebend. facit etiam optimè quod dicit Hostiensis. & ibi domi. Anton. in tertia columna. in capitulo tuam. de ara. & qualitate. vbi dicunt. quod episcopus potest preferre pauperem idoneum idoneiori. Etiam dato. quod ille idoneus sit consanguineus suus. dummodo secundum eos beneficium sit simplex. Credo tamen. quod quandoque sit preferendus diues. scilicet vbi ecclesia indiget diuitiis. vel potentia. ita concludit Abb. in capitulo constitutus. tertio. de appel. & idem domi. Phil. de Peruiso in tertia columna. ¶ Est rationabilis decisio. & firma. §. super verbo honorificum. Quid autem si sint duo presentati: quorum vnus semper fuit bonus. alter autem fuit deuius: sed postmodum est rediit ad frugem melioris vitae. dicas quod debet preferri ille qui semper fuit bonus. ita probatur in capitulo consuetudinem. quod dicitur. dicitur. & ibi no. Archi. & firmat domi. Cardinal. Alexand. in capitulo. fidelior. quinquagesima distinctione. ita declarat gloss. ibi. quae videbatur contrarium dicere. Reperit tamen quod Roma. in singulari suo incip. sunt electi duo rectores. charta xx. col. iij. Traeta. de iure parro. GGG 3 sequi

# Tract. de iure patrona.

sequitur gloss. in dicto capitulo fidelior. contra Archidiacono. in dicto capitulo illud. Et prædictam gloss. etiam sequitur Panorm. in cap. at si clericus. §. de adul. in fin. de iudi. & etiam sequi videtur in capitulo dudum. el secundo. super gloss. in verbo electionis tempore. in fin. de elect. Mihi magis placet opi. præcedens per tex. in dicto capitulo nos consuetudinem. & est magis æqua. Vel dic. quod veritas huius puncti dependet ab his quæ dicta sunt super dicto verbo honorificum quod. decima quinta. videlicet an sit locus gratificationi. quando ambo sunt idonei. licet alter magis sit idoneus. dic. ut ibi dixi.

¶ Quarto quæro circa istud verbum onerosum an patronus debeat contribuere cum rectore ecclesie ad onera illi in cumbentia domi. Anto. de Butr. in capitulo proposuisti. infra de consue. ecclesie vel alta. sentit quod sic. dum concludit quod si ecclesia sit reconcilianda propter delictum ibidem perpetratum. & non reperitur delinquens. nec aliter de consuetudine obseruetur. patroni contribuent cum rectore in procuratione episcopi allegat capitulum primū. de eccles. ad fi. ego credo contrarium. & me mouet quia text. præallegatus non probat quod dicit dominus. Anto. est verum quod dicit quod in oneribus ecclesie puta in reparatione debent contribuere omnes beneficiati in ipsa ecclesia. Et sic potius probat contrarium eius ad quod allegatur. quia patroni non sunt beneficia tunc ex eo quod habeant ius patronat. ergo non debent contribuere. Et istud est rationabile & equitatis consonum. ex quo patroni nullam commoditatem habent ex ecclesia patronata. nisi quando ad inopiam deuenirent. ut dicitur in sequenti verbo. vel nisi tempore foundationis sibi aliquos fructus referuissent. ut etiam in sequenti verbo declarabitur hoc enim casu bene faceret. quod patronus teneretur contribuere pro rata commodi sui iuxta regulam qui sentit. de regulis iuris lib. sexto. posset tamen saluari opinio domini Antonij loquendo de patronis clericis vel religiosi. quibus subiecta est ecclesia quantum ad temporalia propter eorum paupertatem. tunc enim sunt patroni illius ecclesie iuxta text. & ibi notata in c. de monachis. supra de præbendis in clementina prima. de iure patrona. Tales enim ex quo habent partem fructuum vel reddituum ecclesie sibi subiecte iuxta notata in dictis locis. æquum est quod dicitur teneantur contribuere. ar. dict. capitulum primi. de eccles. ad fi. & probatur in dicto capitulo qui sentit.

¶ Quinto quæro pone. quod Papa imponat collectam episcopo separatim. & ecclesie quæ habeant ius patrona. vel clericis patronis aliarum ecclesiarum similiter separatim. an ecclesie subiecte. seu clericis præsentati contribuent cum episcopo suo. an potius cum patronis. dicas. quod contribuent cum patronis. ita dicit Innocen. cum quo transeunt alij. in capitulo cum & plantare. de privilegijs. ¶ Sexto quæro an patronus habeat onus assignandi clerico certam partem reddituum ecclesie loquor de patrono ecclesiastico cui subest ecclesia ratione temporalium. quia patronus laicus omnes redditus dimittit clerico præsentato. nec potest se intromittere de temporalibus ecclesie. capitulo nouerint. decima questione prima. nisi à principio aliquid sibi referuauerit cum consensu episcopi. ut dicunt doctores per illum textum in capitulo. præterea. infra eodem. c. secundo. & plenius dicam in sequenti verbo. concludo. quod talis patronus ecclesiasticus tenetur assignare congruam portionem reddituum præsentato ex qua possit congruam sustentationem habere. & iura episcopalia persoluere. dict. capitulo. de monachis. supra de præbendis. & ibi declarant doctores. text. est etiam in clementina prima de iure patronat. & in capitulo primo de præbendis. libro sexto. quiloquitur etiam in patronis exemptis. Nota tamen. quod talis patronus ecclesiasticus de quo supra. non habet temporalia ecclesie sibi subiecte ratione iuris patrona. sed quia ipsa temporalia sibi fuerunt concessa. forte propter paupertatem. Item notatur in dictis locis maxime per gloss. in dicto capitulo. monachis. in ver. quandoque monachi. & glo. in dicta clem. prima in verbo ius præsentandi. An autem ipsum ius præsentandi habeant ratione iuris patronatus an ratione subiectiōnis. dicam infra super verbo competens alicui. questione vigesima quinta. ubi omnino videas. sequitur verbum & utile.

1. Utilitas que sequitur ex iure patronatus in quo consistat.
2. Ecclesia an teneatur in casu indigentie alere patronum in domo propria. Et an possit rector ecclesie dicere patrono venias ad manducandum mecum.
3. Plures si sint patroni indigentes an debeat omnibus subueniri.
4. Alimenta an debeant præstari pariformiter patrono rustico sicut nobili.
5. Punitas si sit patrona & deueniant aliqui ad inopiam. an omnes erunt

- alendi ab ecclesia patronata.
6. Patronus an possit aliquid exigere annualim ab ecclesia patronata in recognitionem iuris patronatus.
7. Rector ecclesie patronata non potest se obligare ad soluendum censum vel augendum solitum etiam in vita sua.
8. Patronus non potest exigere a rectore vel clerico rationem de temporaliibus vel fructibus beneficii.
9. Patronus an possit recipere pecuniam pro presentatione. & an recipiendo capmittat simoniam.
10. Pecuniam non licet dare pro præambulo ad beneficium consequendum.
11. Taciturnitas non obest ei qui non potest probare.

**U**tile. Circa istud verbum quæro primò in quo consistat utilitas. quæ prouenit ex iure patronat. Innocen. & alij docto. hic & in capitulo nobis per illum textum infra eodem dicunt quod consistit in hoc. quia si patronus deueniret ad inopiam teneat ecclesia patronata ex rebus. ultra necessaria remanentibus. alere patronum pinguius quam alios pauperes. c. quicquid secundo iuncta gloss. decimasexta questione septima. Et habebit hoc casu patronus actionem contra ecclesiam secundum Ioan. Andr. in dicto capitulo nobis in ultimo notabili. Et ponderat bene quod dixi ultra necessaria. quia idem etiam tenet Barro. post Dyn. in l. si quis à liberis. §. de alimentis. ff. de liber. agno. Et nota quod tale ius alimentorum non poterit patronus retento iure patronat. alienare ita Abbas Panorm. in capitulo præterea. in fine. infra eodem. Item nota quod dicit Ioan. Andr. in capitulo cum & plantare. in vltima columna. infra de privilegijs. & ibi etiam Innocen. quod non debet presbyter subuenire patrono in necessitatibus nisi cum consensu episcopi. allegat Ioan. Andr. notata in dicto capitulo nobis. §. si. Et forte voluit ponderare tex. ibi in verbo modestè. quasi velit tex. quod non sit in facultate presbyteri subuenire patrono in quantitate quam voluerit. allegat etiam alia ut per cum. Cogita tamen super ista decisione quia videtur dura. præsupponendo quod presbyter subueniat patrono de fructibus tantum. ¶ Sed hic accessorie queritur an teneatur ecclesia in casu indigentie alere patronum in domo propria ipsius patroni. an possit rector ecclesie dicere patrono venias ad manducandum mecum. Concludendum videtur secundum Abbas antiquum quem refert & sequitur Ioan. Andr. in dicto capitulo nobis. in vltima columna. quod patrono debet subueniri in domo propria per l. plenum. §. pomis. ff. de usu & habi. nisi ipse esset contentus alimentari in ecclesia. Et subiicit Ioan. Andr. ubi supra quod est expertus aliquos nolle alimentari in ecclesia. ne videantur conuersi. vel dicas secundum Panormita. in dicto capitulo nobis in repeti. quam refert & sequitur domin. Cardinal. Floren. ibidem in §. fin. in tertia questione. Quod considerabitur persona patroni & eius indigentia & conditio ecclesie. quibus attentis aletur in ecclesia vel extra. allegat Specula. in titulo qui filij. sint legitimi. versicul. sed pone petebat. ¶ Secundo accessorie queritur. an si plures sint patroni indigentes omnibus debeat subueniri. Concludo quod sic declarando ut supra. debet tamen magis subueniri ei. qui plus contulit in fundando vel dotando ecclesiam licet ius patronatus ad singulos pertineat in solidum. ita dicit Hostiensis in summa huius tituli. §. qualiter transferantur. quem refert & sequitur dominus Bartholomeus Bellencinus in apostillis ad Abba. in capitulo primo infra eodem. De hoc tamen dic. ut dicam infra super verbo & dorauit. ita decima questione. ¶ Tertio accessorie quæro circa hanc primam principalem questionem an alimenta debeant præstari pariformiter patrono rustico sicut nobili. Concludo quod erunt præstanda secundum qualitatem patroni tam in vestibus. quam in cibis. ita dominus Antonius in dicto capitulo nobis. quem refert & sequitur dominus Felinus alias auctoritates allegando in capitulo cum omnes in decima octaua vltima columna. de constitut. & faciunt quæ supra paulo ante dicta sunt allegando Paul. & domin. Cardinal. in dicto capitulo nobis. ¶ Quarto accessorie queritur circa prædicta an si vniuersitas sit patrona & deueniat aliqui ad inopiam. an omnes erunt alendi ab ecclesia patronata. concludo quod non. ita dominus Bartholomeus Bellencinus in apostillis ad Abba. in capitulo nobis infra eodem. allegat Archidia. in capitulo. si plures. decimasexta questione septima. circa principium. per text. in argumentum in capitulo qui manumittitur. decimasexta questione secunda. Et firmat Gemin. in capitulo unico. in principio. columna secunda. eodem titulo libro sexto & ratio est. quia ipsa vniuersitas est patrona. non autem singulares persone. dicto capitulo qui manumittitur. Quali-

Qualiter autem ageat debeat patronus vergens ad inopiam con-ra ecclesiam. vide Specul. in titulo de officio omnium iudicium. §. secundo, versiculo si verò cum sequentibus & in hoc eodem titulo in versiculo portò. ¶ Secundo principaliter quæro circa istud verbum & vtile. an possit patronus aliquid annuatim exigere ab ecclesia patronata in recognitionem iuris patronatus. conclude quòd sic. dummodo tempore foundationis illud disposuerit cum consensu episcopi. alias secus. text. & ibi notat Abbas in capitul. præterea. secundo. infra eodem titul. subijciens quòd per illum textum alias consuluit, quòd quidam populus qui habebat ius patronat. non poterat exigere à presbytero certos cereos in recognitionem iuris patronat. ex quo illud, non fuit sibi reseruatum tempore foundationis. & allegat bonum textum in capitulo cum dilectus. de consuetudi. & notata per Innocen. in capitu. quoniam, infra ne prælati vices suas. & facit text. in capitulo nouerint decima quæstione prima. & in capitulo tua nos. de iureiurando vbi Abbas notat ex illo text. quòd rector ecclesie patronatæ non potest se obligare ad soluendum censum vel ad augendum solitum etiam in vita sua. Quinimo secundum cum non potest patrono etiam sponte soluere nomine census. idem decidit Abbas in capitul. primo. in secunda columna. infra de immunita. eccles. in capitu. cum olim. primo in tertio notabili per illum textum de restitutio. spoliatorum. Idem Bald. in consilio suo trecentesimo decimo octauo. incipiente nunc venio, in tertio volumine. Amplia nuuc istam conclusionem scilicet quòd nedum patronus potest disponere tempore foundationis vt certum quid annuatim ipsi patrono vel successoribus suis soluatur, sed etiam potest disponere vt soluatur tertio. textus est & ibi colligit Abbas in primo notabili, in capitulo quanto. infra de censibus. Secundo amplia vt etiam possit patronus tempore foundationis disponere, quod fructus ecclesie quando contigerit illam vacare sibi spectet. gloss. est in capitulo generali. in verbo fundatione. de electio. libro sexto. Limita nuuc istam conclusionem, vt non procedat quando patronus assignasset solummodo dotem necessariam ecclesie. tunc enim non potest aliquid sibi reseruare etiam cum consensu episcopi. quia iura mandat integram & necessariam dotem esse assignandam ecclesie. textus est in capitulo primo infra de censibus. & in capitulo cum sicut. infra de consecratio. eccles. vel alta. Ita limitat & declarat Abbas in dicto capitulo primo infra de censibus. Pro qua declaratione & limitatione ego allego gloss. in capitulo si quis Basilicam de consecratio. distin. prima. ¶ Ex prædictis ego infero quòd non possit patronus exigere à rectore vel clerico rationem de temporalibus vel fructibus beneficij. quòd optime probatur in dicto capitulo nouerint. decima quæstione. hoc tamen fallit in patrono ecclesiastico. ita probatur clare in capitulo cum & plantare. §. in ecclesijs. de priuilegijs & vtrunque prædictorum decidunt dominus Antonius & Abbas in capitulo cum propter. infra eodem titulo. An autem alij prælati vel clerici teneantur reddere rationem administratorum superioribus suis, vide text. in capitulo qualiter el secundo. & Abbatem ibi in tertio notabili, & eundem. & alios ibidem super gloss. in verbo reddere rationem. de accusa. vide etiam clemen. quia contingit. & illi docto. ibidem. de religio. do. & Bald. in l. orphanotrophos. C. de episcopo. & clerico. & text. in capitulo primo. §. quòd si de aliquibus. in dicto. §. præcedenti. de censib. libro sexto. ¶ Tertio quæro an possit patronus pecuniam recipere pro presentatione: & an recipiendo committat simoniam. Breuiter dicendum est, quòd vitium simoniæ incurritur: & per consequens quòd non possit aliquid pro presentatione recipi. Et moueor, quia simonia committitur ita in annexis spiritualibus sicut in ipsis spiritualibus text. est in capitulo ex insinuatione. & in capitulo de iure, & vtrouque hoc firmat Abbas infra eodem. & clare probatur hæc conclusio in capitu. quæstrum. infra de rerum permutatio. & colligitur ex diffinitione simoniæ posita per docto. in rubric. infra de de simonia. hinc dicit text. in capitulo præterea primò, supra de transact. quòd non valet transactio super iure presentandi. sed presentatio ipsa est annexa spiritualitati: sicut & ipsum ius patronat. vt probatur in dicto capitulo præterea. secundum quòd intelligit ibi Abb. in j. notabili. & firmat idem Abb. in capitulo quanto in secunda columna. supra. de indi. vbi dicit quòd presentatio ideo dicitur annexa spiritualitati: quia est præparamentum ad institutionem: & sic ad ius spirituale obrinendum. text. est in cap. quòd autem. in verbo inchoatum. infra eodem titulo. ergo bene concluditur quòd non erit licitum presentare propter pecuniam. ¶ Secundo pro eadem conclusione adduco text. opti-

imum in simili in capitulo si quis basilicam. de conse. prima. vbi dicitur quod si quis ædificat basilicam ad istum finem vt lucretur partem oblationum, nullatenus debet episcopus illam basilicam consecrare. Et propterea dicit ibi gloss. collige argumentum quòd patroni non debent exigere exenia vel huiusmodi ab ecclesia. ¶ Tertio adduco text. in capitulo de hoc. infra de simo. qui text. in fine dicit quòd quidam reges & principes qui acceperunt pecuniam vt consentirent electioni episcopi Exoniensis: debet illam pecuniam sine diminutione restituere ipsi ecclesie. & secundum vnum in tellectum loquitur ille text. de patronis. & dicunt ibi Abbas & Ioan. de Ana. illum text. esse bene notandum in practica & quòd confessores principum vel ignorantia ducti vel vt applaudant ipsis principibus negligunt eos ad poenitentiam inducere de similibus. Et quòd multi sunt tales de quorum salute est diffitendum cum decedant cum tali peccato. Quinimò fortius probatur ille text. secundum alium intellectum, quem ibi refert Ioan. de Ana. quòd nedum accipientes pecuniam vt consentiant electioni teneantur ad restitutionem vt ibi, sed etiam procurantes cum electoribus vt eligant: quia si ex illa procuracione aliquid acceperint, illud restituere teneantur. Tales enim etiam simoniaci sunt. capitu. de simoniac. & ibi notat infra de simo. capitulo cum super, supra de conse. ad quòd etiam multi non aduertunt. ¶ Quarto pro ista conclusione facit optimè quòd decidit Ioan. de Ana. in capitulo secundo. penultim. notabili per illum textum. infra de simonia. ¶ Vbi dicit quòd sicut non licet dare pecuniam pro beneficio consequendo immediate, ita non licet dare pro præambulo ad beneficium consequendum per l. oratio cum similibus. ff. de sponsa. sed presentatio est præambulum seu præparamentum, vt supra dictum est. igitur, &c. ¶ Quinto pro dicta conclusione est text. in capitulo tua nos primo. de iureiurand. vbi fortius dicitur, quòd non valet promissio facta per presentatum presentari etiam cum iuramento. ¶ Sexto pro dicta conclusione est etiam text. clarus & ibi notat Abb. in capitulo. veniens primo supra de testibus. Quòd autem pecunia ipsa debeat restitui ecclesie, cui iniuria simoniaca est irrogata tenet etiam gloss. in capitulo quia clerici. infra eodem. & clare probatur in dicto capitulo. de hoc. vbi notant Abb. & alij. infra de simo. hoc tamen declaratur & limitatur vt per glo. magnam. & docto. ibidem. Quam autem poenam pari debeat clericus qui pecuniam dedit vt ad beneficium promoueretur. vide extrauagantem vnicam sub titulo de simo. quæ incipit Paulus. & dicit quòd acquisitio beneficij per quancunque dispositionem simoniacam est nulla ipso iure, ita quòd aliter acquiris beneficium, tenetur ad omnium fructuum quos percepit restitutionem. Item talis & etiam mediatores sententiam excommunicationis incurrit: à qua solus pontifex absoluit præterquam in articulo mortis. Item per eandem extrauagantem tenentur illi, qui sciunt aliquos esse simoniacos, vel mediatores simoniz in ordine vel in beneficio reuelare quantò citius possunt. Et si simonia esset commissã pro aliqua iustitia, vel gratia apud sedem apostolicam obtinenda etiam scientes & non reuelantes infra triduum ipso iure sunt excommunicati: & absolui non possunt, nisi à papa præterquam in mortis articulo. ita disponit extraguas Bonifacij sub titulo de sententia excommunicationis. est enim hic casus de reseruat. papæ: vt etiam exponitur in extraguas Pauli sub rubrica de poenit. & remissio. quæ incipit & dominici regis. Aduertendum tamen est circa illud quòd dixi de scientibus, vt reuelare teneantur. quòd id intelligitur si scientes id probare possunt. ita concludit in simili Angelus Aretinus in libro maleficiorum in verbo che hai tradito in quinta columna, versicul. quòd crimen lese maiestatis vbi dicit, quòd posito, quòd sciens crimen lese maiestatis ab alio committendum illud reuelare teneatur, intelligitur, si illud probare potest. & allegat Bald. vt per eum. & in terminis nostris ita decidit dominus Sandeus in capitulo de cætero in fine, de re iudicata. subijciens quòd ita audiuit fuisse conclusum à quodam poenitentiario papali. & vltra eum bene facit text. in capitu. plerunque. secunda quæstione septima. vbi expresse ¶ gloss. notat quòd taciturnitas non obest ei qui non potest probare. vide etiam omnino reueredum fratrem Angelum de Clauasio in summa sua angelica in verbo denuntiatio. vers. si. An autem aliam poenam patiantur simoniaci. dic vt dicitur in dicto capitulo de hoc. & in dicto capitulo cum super. de confessis. & per gloss. & doctores prima quæstione prima in summa. & pulchre per Ioan. de Ana. in rubric. j. de simonia. in vltima columna. in princip. ex cuius verbis etiam intelliges, an recipientes pecuniam vt presentent, puniantur alia poena



# Tract. de iure Patro.

quam ad restitutionem ipsius pecunie & nota quod nedum simonia committeretur in accipiendo actualiter pecuniam vel quid temporale pro spirituali, sed etiam recipiendo promissionem vel obligationem pecunie vel temporalitatis. textus est & ibi colligit Abbas in primo notabili in dicto capitulo cum super. & idem voluit Abbas in dicto capitulo veniens primo in ultimo notabili: quod diligenter nota. Idem esset si remitteretur aliquod debitum text. est in dicto capitulo veniens. quia remittere est dare, vt ibi in gloss. quæ allegat iura concordantia hæc tamen regula ibi pulchre declaratur per dominum Felianum Sandeum in quarto notabil. vide eum: quia non est mareria nostra. Item nota pro intelligentia prædictorum, quod dato quod plures sint patroni, ita quod vox recipientis pecuniam non esset sufficiens ad effectuale præsentationem & institutionem, tamē ex tali receptione committitur simonia perinde ac si ipse solus esset patronus. ita probatur in simili in dicto capitulo cum super. & ibi notat Abbas in tertio notabili. idem concludunt domi. Anton. de Butrio. Abbas & Io. de Ana. per illum textum, in capitulo mattheus. infra de simon. vbi dicunt quod receptio pecunie pro danda voce etiam non necessaria inducit simoniam. ¶ Quarto & ultimo quæro circa hoc verbum & vile. an patronus habeat hanc utilitatem ex iure patrona. vt possit seipsum præsentare vel filios. dixit supra in verbo honorificum. quæst. iij. & sic sum expeditus de verbo & vile. Catio nunc verbum competens alicui.

- 1 Ius patronatus an competat ita femina sicut masculo.
- 2 Femine an admittantur ad dandam vocem quando ius patronatus competit illis de parentela.
- 3 Femina meretrix an possit esse patrona.
- 4 Excommunicatus non debet admitti ad fundandam ecclesiam. si tamen admittitur, acquirit ius patronat. licet non habeat exercitium.
- 5 Meretrices repelluntur ab actibus legitimis in tantum quod licet in illo casu habitarentur generaliter criminosi non censerentur habitare meretrices. nisi de eis fieret specialis mentio.
- 6 Ius patronatus an competat illegitimè natis.
- 7 Patronum ecclesia esse est quedam prærogativa & præeminentia & honor.
- 8 Legitimatus per imperatorem an sit capax iuris patronatus.
- 9 Illegitimus est capax iuris patronatus nedum in consequentiam, sed etiam principaliter.
- 10 Ius patronatus principaliter conceditur laicis in favorem ecclesiarum.
- 11 Illegitimus an possit presentari ad ecclesiam vel capellam iuris patronatus.
- 12 Ius patronatus an competat pupillo vel infanti.
- 13 Auctoritas tutoris vel curatoris quando sit necessaria ad hoc, & maior infante possit presentare.
- 14 Pupillus non potest eligere.
- 15 Ius patronatus si competat vniuersitati in qua sint pupilli, an ipsi pupilli erunt vocandi ad præsentationem.
- 16 Vniuersitates plures si habeant ius patronatus, an qualibet vniuersitas habeatur pro vna voce, aut sint voces quot sint persona.
- 17 Ius patronatus quando competat vniuersitati, an singulares persona illius de vniuersitate sint patrona.
- 18 Filius familias an habeat vocem in presentando, quando ius patronatus competit vniuersitati, puta populo.
- 19 Natura iuris patronatus est, vt viuente patre filius nullam potestatem habeat.
- 20 Excommunicatio an competat ius patronatus.
- 21 Excommunicatus potest licite ingredi ecclesiam ad audiendum verbum Dei.
- 22 Instructio facta per episcopum de presentato à patrono excommunicato an valeat.
- 23 Tempus datum ad presentandum an currat patrono excommunicato.
- 24 Impedimentum quando causatur interesse, ex culpa & non directe prodesse potest culposo.
- 25 Infidelis an possit competere ius patronatus.
- 26 Hæretico qui sit baptizatus an possit competere ius patronatus.
- 27 Hæreticus reuerfus ad fidem recuperat ius patronatus, quando sententia contra eum lata non erat de amissione iuris patronatus.
- 28 Ius patronatus quando competit collegio vel monasterio, an solus prelatus possit presentare.
- 29 Conuersi an habent vocem, quando ius patronatus competit conuentui vel capitulo.
- 30 Capellani non vocantur ad communes, nec sunt de corpore collegij canonicorum.
- 31 Filius familias si sit patronus, an pater habeat ius presentandi an ipse filius.
- 32 Ius presentandi an competat ei qui est in quasi possessione iuris patronatus.

- 33 Fructus iuris patronatus est presentatio & spectat ad possessorem.
- 34 Quasi possessionem iuris patronatus quando quis dicatur habere.
- 35 Bona fides qualiter probetur.
- 36 Instructio facta sequitur quasi possessio non ante.
- 37 Instructus habetur tanquam rector vel capellanus in possessione rectoria vel capella.
- 38 Incorporalia quando vacant non est necesse habere scientiam, vel patientiam alicuius in acquisitione quasi possessionis illorum.
- 39 Quasi possessio an acquiratur per exercitium alterius actus competentis patrono.
- 40 Titius presentauit pluribus vicibus rectorem ad ecclesiam. ultimo loco Sempronius presentauit. quis istorum dicatur in quasi possessione: & quis erit potior in presentatione de nouo facienda.
- 41 Electores vt dicantur constituti in quasi possessione eligendi quid requiratur.
- 42 Patronus ex pluribus vnus presentat. alij sunt negligetes: an propter hoc sint privati quasi possessione.
- 43 Heredes si sint plures qui habeant bona communia & vnus ipsorum administrat & fructus percipit, dicuntur alij possidere.
- 44 Quasi possessio iuris pat. quibus modis amittatur.
- 45 Existens in quasi possessione iuris patronatus si presentet vnum: & verus patronus presentat alium, quis ex istis presentatis erit preferendus.
- 46 Proprietas absorbet causam possessionis.
- 47 Patronus verus si presentet, & tamen nec ipse nec alius sit in quasi possessione, an presentatio sit nulla tanquam facta à non possessore.
- 48 Duo sint quasi possess. iuris patronatus vnus est verus patronus, alius est putatiuus: verus patronus presentat vnum, putatiuus alium quis preferri debeat.
- 49 Presentatio facta per patronum putatiuum, vbi talis non esset in quasi possessione nihil valet in diuinitate.
- 50 Duo sint quasi possessores iuris patronatus, vnus bonæ fidei, alter malæ fidei: vnus presentat vnum, alius alium: episcopus instituit presentatum à malæ fidei possessore, an talis institutus debeat remoueri.
- 51 Instructio facta ab episcopo ad petitionem eius qui asserit se patronum emisso edito publico an valeat.
- 52 Ius presentandi an competat ei, cui mouetur questio super iure patronatus vel super quasi possessione illius.
- 53 Presentatio non potest fieri per possessorem, quando lis mouetur super iure seu possessione iuris presentandi, & lis esset contestata.
- 54 Possessor si succumbat tenetur restituere omnes fructus quos percipit post litem contestatam.
- 55 Presentatio quando est facta à patrono vel à bonæ fidei possessore ante litem motam, debet fieri confirmatio, licet ante confirmationem sit mota lis super iure seu proprietate iuris eligendi.
- 56 Presentatio an competat patr. ad beneficium vacans in curia Rom.
- 57 Ius presentandi rectorem ad ecclesiam an competat aliquo casu ei, qui non est patronus nec in quasi possessione iuris pat. nec etiam se asserat patronum.
- 58 Presentare an quis possit rectorem vel clericum ad ecclesiam alia ratione quam iuris pa.
- 59 Ius presentandi rectorem vel clericum perpetuum non potest competere alij quam patrono.
- 60 Presentatio aliquando competit via simplicis petitionis.
- 61 Rector ecclesie patronat & presentauit clericum ordinandum ad tit. beneficium sui: an ipso rectore mortuo patronus teneatur illum clericum presentare in rectorem.
- 62 Patroni duo: quorum vnus presentat vnum qui fuerat intitulatus in ecclesia: alter presentat alium: an intitulatus data paritate in reliquis debeat preferri.
- 63 Patronus an possit promittere de presentando antequam vacet ecclesia.
- 64 Instructio quibus competere dicatur.
- 65 Instructio an competat soli episcopo an episcopo & capitulo simul.
- 66 Vicarius gener. episcopi an possit ex suo officio instituere presentatum.
- 67 Actus presentandi non competit vicario sine expresso mandato domini.
- 68 Ius instituendi an competat capitulo sede vacante.
- 69 Capitulum an possit conferre sede vacante.
- 70 Instituere quis possit.
- 71 Episcopus an possit instituere presentatum extra territorium suum.
- 72 Ius instituendi an competat abbati in ecclesiis sibi subiectis.



**Competens alicui.** Super isto verbo videbim<sup>9</sup> qui possint esse patroni, & qui possint presentare, & etiam accessorie videbimus q. possint instituere. ¶ Primo igitur quæro, an ius patronat. competat ita femine sicut masculo. Conclude breuiter quod sic. ratio est: quia iura concedunt ius patronatus constructoribus, fundatoribus, & dota

& dotatoribus ecclesiarum. capi. filiis. xvj. quæstio. vij. capitu. quoniam & capit. nobis. cum similibus. infra eodem. Et licet videantur loqui per verba masculini generis, tamen masculinum comprehendit foemininum. l. si ita scriptum. §. si sub cōditione. ff. de lega. secundo. l. prima. ff. de verborum. significa. capitu. si quis suadente diabolo. decima septima quæstione. quarta. coniuncto capitu. mulieres. de sentent. excommunicata. & ista regula procedit nedom in l. humana, sed etiam in l. diuina. textus est in capitu. maiores. & ibi Abbas in secunda columna dicit esse menti tenendum, infra de baptismo. ¶ Secūdo probatur hæc conclusio per capitu. fina. supra de concessio. præbend. vbi text. loquitur de quadam comitissa quæ habebat ius patronatus. & licet ille textus loquatur in foemina constituta in dignitate, tamen dicatur ibi domin. Anton. de Butr. Imola & Abbas Panormita. quod procedit etiam in alia foemina priuata. & subiicit dominus Anton. quod ita feruatur quotidie. & allegat idem tenere Dominos de Rota in decisione sua decima nona. Ego reperi in decisione cccxxij. incipiente fuit dubitatum, vtrum valeret consuetudo in pous decisionibus. sub hoc titulo de iure patronatus. ¶ Tertio probatur hæc conclusio, quia vt infra dicitur etiam pupillus potest præsentare, vt etiam habetur in dicto capitulo fina. ergo à fortiori poterit foemina præsentare. Et istam conclusionem tenet etiam gloss. in capitu. quoniam inuestituræ. decima sexta. quæstio. septima. Idem concludit Ioan. Andre. Abbas & alii in capitu. nobis, infra eodem. & in consilio suo liiij. in fin. incipiente Christi. in primo volumin. Idem tenet dom. Cardina. Florenti. in clementi. fin. in sexta quæstio. eodem titu. & dixit Andre. Barba. in capitu. quanto. in fin. de iudiciis. quod de iure patronat. tantum habet paupercula quantum rex. Et præmissam etiam conclusionem tenet Calderi. in cōsilio suo quarto vbi format pulchram quæstionem: & decidit quod relicto iure patronatus fratribus suis hæredibus, & aliis eorum descendens masculis quibus deficientibus ipsum ius patronatus deveniat ad episcopum: quod si ipsi hæredes moriantur ante testatorem qui postea decedat relicta filia, quod ipsa filia succedat in iure patronatus, & est illud consilium sub hoc eodem titu. nec aliquem reperi contrariū tenentem. Quintimo dixit Innocen. in capitu. cum ex iniuncto in fin. de no. oper. nunciatio. Quod etiam si ius patronatus competat vniuersitati, foemina, virgines, & vidue sunt vocandæ. & licet non loquatur in specie in iure patronatus tamen hunc casum includit dum dicit, quod tales personæ sunt vocandæ in gerendis per vniuersitatem. subiicit tamen Innocen. quod consuetudo tales non admittit. attendenda ergo esset consuetudo in hoc vt ipse sentit. quod est diligenter notandum. Faciunt etiam ad præmissam quæstionem quæ infra dicam super verbo ipse, vel is à quo, sexta quæstio. prin.

2 ¶ An autem quando ius patronatus competere illis de parentela, vt multoties vidit foemina admittantur ad vocem, dandam in præsentatione. ergo arbitror, quod si foemina non sunt nuptæ extra parentelam, quod vocem habeant. & pari modo si nondum sunt nuptæ quia nihil est quod obest, si autem sunt nuptæ extra parentelam hoc dependet à quæstione an foemina nupta dicatur de dcmo vel de parentela patris sui. de qua habetur per Barto. in l. quoniam. C. de priuile. scho. l. libro duodecimo. & aliquid per Bald. in l. voluntas. C. de si de commif. & per domin. Felin. Sandeum plene in capitulo super eodem, el secundo in prima columna de testibus, & per moderniores in l. j. C. vnde vir & vxor. dic vt in dictis locis concluditur. Consideranda tamen est hæc consuetudo vt supra ad aliud propositum dixi. Item considerandum esset in primis fundatoris mens per iura vulgaria. ¶ Sed hic suboriatur quæstio accessoria quid si foemina esset meretrix an possit esse patrona. Istam quæstionem videtur decidere gloss. in capitu. non est putanda. in verbo ex illicitis. in quæst. prima. quæ dicit, qd si de illicite acquisitis. puta de pecunia simonica ecclesia fundata est, non debet ipsa ecclesia demoliri. & dicit ibi Archid. circa finem, quod licet de turpi quæstio non sint oblationes faciendæ, possunt tamen inde fieri alia ecclesiar. & adducit simile, quia non licuit triginta denarios pro quibus fuit venditus Christus mittere in corbanam quia pretium sanguinis erat, sed licuit agrum figuli emere in sepulturam peregrinorum, & sic videtur quod licet meretrix ecclesiam fundauerit de meretrice, quod licite fundauerit. & per consequens quod sit patrona. Et illam glossam sequitur etiam Abbas in capitulo ex transmissa. de decimis. ¶ Secundo pro hac conclusione facit, quia vt infra dicitur ¶ excommunicatus non debet admitti ad fundandam ecclesiam. si tamen admittatur, acquirit ius patronat. licet non habeat exercitium,

ita decidunt Ioan. Andre. Abbas & alii in capitulo nobis in fra eodem. sed si excommunicatus potest esse patronus, à fortiori poterit meretrix. ¶ Tertio & ultimo pro dicta conclusione facit text. in capitu. pie mentis. in fin. ibi omni Christiano debetur. & in capitu. frigentius. in fine ibi christianis omnibus & c. decima sexta. quæstione septima. vbi probatur, quod quilibet christianus est capax iuris patronat. Sed si meretrix est christiana igitur & c. & isto argumento in simili de excommunicato vtitur Ioan. Andre. in dicto capitu. nobis. vbi dicit, quod ille qui profiteretur religionem & matrimoniū potest contrahere, & similia facere potest etiam esse patronus. & subiicit ibi dominus Anton. de Butr. in secunda columna. quod ille qui potest audire in ecclesia verbum Dei & orare, per consequens potest etiam ecclesiam construere, & sic concluditur quod ius patronat. etiam meretrici competere potest. Licet hæc conclusio sit fauorabilis ecclesijs, vt sic vnusquisque, etiam meretrix inuitetur ad fundandam ecclesiam. In contrarium tamen fortiter stringit, quia ius patronat. conceditur laicis ex priuilegio, capitu. quoniam. & ibi notatur infra eodem. Sed tales personæ propter earum vilitatē non merentur gaudere priuilegio, vt in simili de aliis viliibus personis, dicit glossa. notabilis in capitulo primo. in verbo ignominiosam. de vita & honest. cleric. libro sexto per l. quæ adulterium. C. de adulter. & alibi dixit glossa. notabilis in capitulo primo. supra de locatio. quod illi qui commorantur cū scholaribus gaudent priuilegio scholarium, nisi sint meretrices. Et facit quod dixit Abbas per illum tex. in capitu. tanta. infra de simon. vbi inquit ¶ meretrices repelluntur ab omnibus actibus legitimis, in tantum quod licet illo casu habitentur generaliter criminosi, non tamen censentur habitari meretrices: nisi de eis fieret specialis mentio. Et faciunt quæ dicentur in sequenti quæstione: vbi probabitur, quod ius patronat. est honor & prærogatiua. Ergo non debet posse competere meretricibus. Tenendo tamen conclusionem præmissam credo ad prædicta vno verbo responderi posse. & dico quod ius patronatus non est concessum, propter fauorem laicorum, sed propter fauorem ecclesiarum vt inuitentur laici ad illarum fundandam. vt notat. in capitulo quoniam, infra eodem. Licet contrarium dixerit Abb. vt arbitror in aduertēt in capitulo ad apostolicam. infra de simon. & dixi supra super verbo ius, in secunda quæstione. Cum ergo fauore ecclesiarum principaliter ius patronatus introductum sit, non curabitur, quod persona quæ ecclesiā cōstruit sit meretrix vel excommunicata. vt supra dixi. argumento text. & ibi notatorum in l. qui exceptionem. in principio. ff. de condition. indebit. & faciunt quæ supra dixi allegando Ioann. Andre. & domin. Anton. in dicto capitulo nobis. & facit l. si quis nec causam. cū ibi plene notatis per modernos maxime. ff. si certum petatur. & vide quæ dicam in quæstione sequenti. ¶ Secundo principaliter quæro, an ius patronatus copeat: illegitime natis. pro patre affirmatiua facit: quia iura generaliter loquuntur & concedunt ius patronat. fundatoribus ecclesiarum, capitulo filiis. decima sexta quæstione septima. capitulo quoniam. & capitulo nobis infra eodem. & per consequens in videtur concedere illegitime natis sicut alijs. ¶ Secundo facit quia iura concedunt ius patronat. omnibus christianis, vt etiam dictum est in præcedenti quæstione per capitulum pie mentis. & capitulo frigentius. decima sexta quæstione septima. Ergo videtur quod si illegitimus sit christianus quod nihil obstat quin possit esse patronus. ¶ Tertio pro ista parte, facit, quia si tales illegitimi non possint esse patroni ecclesiarum per eos fundatarum retraherentur à fundandam ipsarum ecclesiarum. & propterea hoc non est dicendum, vt in simili decidit glossa in capitulo cum dilectus. in verbo præsentare. infra eodem. ¶ Quarto facit, quia si excommunicatus est capax iuris patronatus, vt dictum est in præcedenti quæstione, & dicitur in fra. ergo à fortiori debet esse capax illegitimus. ¶ Quinto facit, quia vt conclusum est in quæstione præcedenti, etiam meretrix est capax iuris patronat. ergo videtur quod etiam illegitimus sit capax. pro parte negatiua facit, quia illi qui patiuntur defectum natalium non videntur capaces spiritualium. capitulo primo de filiis presbyter. libro sexto. capitulo primo. & secundo eodem titulo in antiquis. capitulo cum in cunctis. in principio cum glossa & capitulo innotuit. supra de elect. ergo nec etiam erunt capaces conexorum, prout est ius patronatus. capitulo quanto. de iudiciis. ¶ Tales enim sunt odibiles legibus & canonibus capitulo nisi cum pridem §. non tamen. de renuntiatio. l. vulgo. ff. de statu. homin. cum similibus. & melius probatur in capitulo si geus Angelo.

gelorum. lxi. distinctio. vbi dicitur, quod tales non sunt in bello fortes nec in fide stabiles, nec honorabiles hominibus, nec deo amabiles. ¶ Secundo pro ista parte facit, quia esse patronum ecclesie est quedam prerogativa, & preeminetia, & honor. vt probatur in distinctioe iuris patrona. in verbo honorificum. Et firmat Bald. in consilio suo. cccxxij. incipiente premittendum est in tertio volumine. vnde spiritus vel illegitime natis non debet congruere. quia vt inquit Bal. vbi supra turpe est in ecclesia dei habere talem supra vertice, & in loco honesto in honestas auocare personas. l. si qua in publicis. C. de spectaculis. libro vndecimo. & istis fundamentis videtur ¶ quod etiam legitimatus per Imperatorem non sit capax iuris patronatus & sic videtur, quod licet succedat in aliis bonis, non tamen succedit in iure patronatus. quia Imperator non legitimat in causis spiritualibus vel annexis. arguuntur capit. per venerabilem. infra qui filii sint legitimi. & ibi Abba. in sexta colum. dicit quod hoc est indubitatum. & gloss. in capitulo lege. x. dist. Et firmat Bartol. & communiter alii in authentica ex complexu. C. de incepu. nup. vbi Cy. dicit quod Imperator non legitimat in spiritualibus nec apponit manum ad plaustrum alienum: & quod legitimatio Imperatoris non trahatur ad ius patronatus tenere videtur Gemian. in dicto capitulo. lege. ¶ Tertio pro ista parte facit decisio gloss. in clementi. prima de baptismo. in verbo liberi. quae dicit quod illegitime nati non includuntur in dispositione legali, quantum ad commodum & honores. Ergo licet canones concedant laicis ius patronatus, non tamen videntur includere illegitimos: cum ius patronatus sit honor vt supra dictum est. ¶ Quarto pro hac parte facit simile, quia naturales etiam legitimi non succedunt in feudo. tex. est in capitulo naturales. in titu. si de feud. fuer. controuer. in libro feudorum. Et ratio est quia feudum est beneficium & honor. ista sunt verba Bald. in l. generaliter. §. cum autem. C. de institutio. & substitutione. ergo idem dicemus de iure patronatus. Item facit aliud simile, quia tales non succedunt in emphyteusi ecclesiastica, etiam quod sint legitimi. Ita dicit Bald. in dicto. §. cum autem. Et ratio est secundum eum: quia tales non sunt vere legitimi. Idem concludit Bald. me lius quam alibi in capitulo quae in ecclesiis. in decima octaua columna & sequenti. supra de constitutio. & ab ista conclusionem nemo discrepat, vt attestatur famosus lason in dicto. §. cum autem in vltima columna, vbi alias auctoritates allegat: quas etiam accumulatur domin. Alexand. in l. ex facto. §. si quis rogatus in duodecima columna. ff. ad Trebellian. & sequitur idem domin. Alexand. in l. & si pepererit. in secunda columna. ff. de liber. & posthumis. vbi dicit allegado Bal. in die. §. cum autem. quod nati ex minus legitimo matrimonio, etiam quod sint legitimi adhuc dicuntur infames in familia facti. sed si tales non succedunt in emphyteusi ecclesiastica, videtur, quod multominus succedant in iure patronatus, quod spiritualibus magis videtur annexum. in hoc puncto reperio quod Bald. in consilio suo cccxxij. incipiente premittendum est. in vltima columna allegationum ibi in fertarum post. multa concludit, quod illegitimatus est capax iuris patronatus. in quandam consequentiam, vt si instituat in aliqua hereditate a transuersalibus vel extraneis, & ibi sit ius patronatus. tunc ex quo succedit in hereditate, succedat etiam in iure patronatus. & propterea concludit ibidem quod quia tales non possunt institui a patre, nec illi succedere in hereditate, non etiam succedent in iure patronatus. in ea existente, sed si sint legitimi, ex quo succedunt in hereditate succedent etiam in iure patronatus. Et si dicatur legitimatio non trahitur ad ius patronatus. annexum spirituali vt supra. Respondet Baldus ibi quod ius patronatus est potius annexum hereditati. Vel aliter respondeo quod talis legitimatus non succedit in iure patronatus. ex eo quia legitimatio ad illud trahitur, sed ex eo, quia succedit in hereditate: & illud venit in consequentiam hereditatis Adduco simile ius patronatus. non potest per se vendi: quia committeretur simonia. capit. de iure. & capit. quia clerici. infra eodem. si tamen vendat hereditatem vel aliam vniuersitatem ius patronatus transit: non quia sit venditum, sed quia est accessorium rei venditae. capit. ex literis. & ibi notatur infra eodem. sentit ergo Bald. in dicto consilio, quod illegitimatus vel etiam legitimatus ab Imperatore non sit capax iuris patronatus principaliter & per se sed in consequentiam hereditatis vel alterius vniuersitatis sic. Eandem conclusionem videtur tenere Bald. in consilio precedente cccxxij. quod incipit dominus Ambrosius. Ista eandem conclusionem tenet dominus Praepositus diui Ambrosii nunc benemerito Cardinalis Alexandrinus in ca-

pitulo lege. in penultim. column. decima distinctio. referens Gemian. ibi qui in hoc puncto firmat pedes: & mouetur eodem fundamento: quia ius patronatus transit cum hereditate vel vniuersitate. Item mouetur, quia ad ius patronatus. quilibet laicus admittitur. dict. capit. quoniam. Tamen in isto fundamento vltimo videtur sentire, quod indistincte illegitimatus admittatur ad ius patronatus. siue sit legitimatus, siue non & siue principaliter siue in consequentiam vniuersitatis: & hoc etiam videtur voluisse Bald. in l. eam quam, in fin. C. de fideicommiss. vbi videtur dicere, quod naturalis est ita patronus ecclesie: sicut legitimus. Et istam decisionem refert dominus Alexand. in l. vt iureiurandi. §. si liberi. in secunda columna. ff. de oper. liberto. potest tamen illa decisio Bald. intelligi, vt tantummodo voluerit dicere, quod ius patronatus ecclesie sit indiuiduum, prout videtur verba sua sonare: reperio tandem in hoc puncto domin. Antonium. de Butri. in consilio suo vigesimo nono quod incipit Iesu Christi & cetera. visis punctis & cetera. vbi tangit an legitimatus natus ex matre illegitima succedat in iure patronatus. aut materni, cum fuerit ab ipso auctore materno institutus. Et concludit quod sic: & potissime ex eo, quia macula matris non debet nocere filio legitimo. ergo sentit dominus Antonius quod macula ipsa bene nocuisset dictae matri illegitimae: vt non potuisset dictum ius patronatus habere. Non loquitur tamen dominus Antonius quando ipsa mater fuisset legitima. & eisdem verbis quibus videtur dominus Antonius reperio etiam quod videtur Petr. de Anchara. in consilio suo trecentesimo quinquagesimo octauo, incipiente in nomine Iesu Christi, visis puncto & cetera. & credo quod ambo consulerint eodem casu: quia ambo attingunt tria eadem puncta. Ex praedictis videre potes rem esse valde dubiam. Cum tamen casus anno superiore de facto euenisset in legitimo qui succedit in hereditate, iudicatum fuit ipsum esse capacem. Et potuisset dare vocem in fauorem domini Caesaris ex comitibus contraria respondebatur vt per doctores in dictis locis maxime per Bald. in dicto consilio trecentesimo decimo tertio. & supra retuli. Ego in hoc puncto diu anceps fui propter fundamenta hinc inde vrgentia. Tamen omnibus recte consideratis mihi videtur dicendum ¶ quod illegitimatus sit capax iuris patronatus. nedum in consequentiam, scilicet quando succedit in hereditate vel alia vniuersitate, sed etiam principaliter, scilicet quando ei donaretur vel legaretur ius patronatus. vel ipse ecclesiam vel capellam fundaret: & nedum quia eo est legitimatus, sed etiam si non sit legitimatus, & me maxime mouet text. in dicto capitulo pie mentis. & in dicto capitulo frigentius vbi dicitur quod omni christiano ius patronatus. competere potest. ergo illegitimi si erant christiani capaces erant iuris patronatus. ¶ Secundo me mouet id quod dicit Ioannes Andreas. in capitulo nobis infra eodem. vbi inquit quod ille qui profretur religionem & matrimonium potest contrahere & similia facere: potest etiam esse patronus. Et subiicit ibi domin. Andre. de Butri. in secunda columna, quod ille qui potest audire in ecclesia verbum dei & orare: per consequens potest etiam ecclesiam construere. Nam secundum eum laudabile est construere domum dei: ergo videtur quod illegitimatus possit construere ecclesiam, & sic effici patronus. ¶ Tertio me mouet decisio Bald. in dicta l. eam quam in fin. ¶ Quarto me mouet quod dicit dominus Praepositus supra relatus. in dicto capitulo lege, dum inquit quod quilibet laicus admittitur ad ius patronatus. ¶ Vltimo me mouet, qui etiam meretrix est capax iuris patronatus. vt conclusi in praecedenti quaestione. Item etiam excommunicatus est capax, vt concludit Ioan. Andre. dominus Antoni. Abbas & ceteri in dicto capitulo nobis. ergo etiam illegitimatus erit capax. Et tenendo istam conclusionem ad contraria vno verbo responderi posset, vt in praecedenti quaestione respondi 10 ad contraria facta contra meretricem, scilicet ¶ quod ius patronatus principaliter conceditur laicis in fauorem ecclesiarum, scilicet vt ecclesie fundentur & construuntur, vel vt ipsi laici saltem praetextu ipsius patronatus facilius inducantur ad ipsarum ecclesiarum foundationem. vt ibi probaui, & satis de se patet. Non curatur ergo quod persona quae acquirit vult acquirere ius patronatus. ut illegitime nata, vel alias visis, dummodo sit christiana. & si dicatur amice spiritualia sunt principaliter in fauorem & honorem diuini cultus introducta, & tamen illegitimatus est incapax illorum, vt supra probatum est. Ego respondeo quod non est bona consequentia. quis est incapax spiritualium, ergo est incapax iuris patronatus. vt nota. is. c. quanto. j. de iudiciis. & probatur in hoc toto ti. Vel aliter

aliter dico quod diuersa ratio reformat pactum: rationes enim quare illegitimus repellitur à spiritualibus, scilicet ab ordinibus & beneficiis quæ referuntur per dominum Anto. de Butr. in capitu. presentium. & in capitu. literas. de filiis presbyt. non militant in iure patrona. Præterea & tertio non est fauor ecclesiarum vel honor diuini cultus, quod beneficia conferantur illegitimis, vel quod illegitimi ordinentur, sed bene est fauor & honor quod ecclesiæ construantur, vt de se patet. Et per hoc etiam tolluntur alia fundamenta, scilicet dum dicebatur, quod illegitimus non succedit in feudo. Item quod non succedit in emphyteusi ecclesiastica: quia per hoc non diminuitur fauor ecclesiarum, sed bene diminueretur, quando aliquæ persone; puta illegitimi retraherentur à fundatione ecclesiarum, argumento eius quod dicit glossa magna in fine, in capitu. cum dilectus, infra eodem & prope reca tex. in dic. capitu. piz mentis. dixit, quod omni christiano ius patronat. competere potest. Et ista opinio est fauorabilis ecclesiis ergo tenenda, argum. l. sunt persone. ff. de religio. & sumpt. func. hanc tamen conclusionem limitarem, vt nō procedat quando ius patrona. ex sui natura vel institutione competet solum illis de parentela, runc enim non competeret bastardis vel illegitimè natis, quia tales non sunt de parentela, vt concludit domin. Anton. de Butr. in capitu. per venerabilem, qui filii sint legitimi, quem refert & sequitur alias auctoritates allegando domin. Alexand. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in fin. ff. ad Trebellian. & dicit Bald. in l. fina. C. de verborum signification. quod tales non dicuntur de domo vel de casata nec etiam discrepat Barto. ibi licet dicat communē

11 vsum loquendi esse in contrarium. ¶ An autem illegitimus possit presentari ad ecclesiam vel ad capellam iuris patrona. Breuiter concludo quod non, quia talis non admittat ad beneficia ecclesiastica sine dispensatione vt supra dixi, & probatur in capitulo literas & in capitu. fina. & totum titulum. supra de filiis presbytero. in antiquis, & etiam sexto & quis possit dispensare. notatur plene in dicto capitulo literas. & in dicto capitu. fina. ¶ Tertio quæro circa istud verbum competentis alicui ¶ an ius patronatus competat pupillo vel infanti. Istam questionem attingit Archidiacon. in capitu. decernimus. in principio. decimasexta quæstio. septima. & concludit quod sic. fatetur tamen, quod infans qui nondum habet septem annos presentare non poterit. presentabit ergo isto casu eius tutor. Idem concludit Abb. in capitu. fina. in fine. de concessio. præbend. Idem sentit ipse Abbas in capitu. primo. infra eodem. & Ioan. Andre. in capitu. ex eod. de electio. libro sexto. Idem consuluit domin. Anto. de Butr. in consil. suo trigessimono. incipiente visis puncto & quæstis in fi. Idem tenet Lopus in sua allegatione viij. incipien. presentatus. in princip. & allegatione sua lxxv. incipiente casus talis. in penulti. columna. Idem Bald. in consil. clxv. incipiente ordinatio testamenti in quarto volumine. subici tamen ibi, quod licet ius patronat. hospitalis competat impuberibus & pupillis, tamen secus est in regimine ipsius hospitalis: quia non committitur nisi discretis & idoneis. Et quia hæc conclusio non habet dubitationem, vltimus nō insisto & satis etiam declarabitur in sequentibus quæstionibus. ¶ Quarto quæro postea quod maior infans possit presentare, an sit necessaria tutoris auctoritas vel curatoris si sit adultus. Istam questionem attingit domin. Anton. de Butr. in præallegato consilio. trigessimono. & concludit quod non: mouetur, quia talis potest contrahere sponsalia, de desponsa. impub. per totum. Itē potest ad beneficium ecclesiasticum assumi sine tutore vel curatore. allegat not. in capitulo si eo tempore. de rescrip. libro sexto. & mouetur aliis fundamentis, quæ possunt per eū videri. Idem concludit Petrus de Ancharan in consilio suo trecentesimoquinquagesimo sexto incipien. in nomine Iesu christi, visis puncto, &c. in fine. Idem tenet glossa magna Ioan. Andre. in dicto capitu. ex eo. de election. lib. sexto. vbi concludit quod si pupillus presentat vnum, & tutor alium quod præferetur presentatus à pupillo, si pupillus est maior vij. annis. licet Abb. firmare non videatur in dict. capit. fin. de concessio. præbend. Idem concludit expressè Archidia. qui alias auctoritates allegat in dicto capitu. decernimus. in principi. Et ratio est secundum eum: quia pupillus dominus est istius patronatus. Idem in simili decidunt domini de Rota in decisionibus nouis deci. incipiente non fuit dubitatum vtrum valeat, &c. sub hoc eodem titulo. vbi dicunt, quod si vxor dedit in dotem hæreditatem vel vniuersitatem, in qua sit ius patronat. & maritus presentet vnum, & vxor alium, præferetur presentatus ab vxore. allegant notata per Ioan. Andre. in dic. capitu. ex eo. in quæstione de tutore & pupillo presentati-

bus. Vtrum tamen sit vera conclusio, quod data vniuersitate in dotem, in qua sit ius patronat. marito competat ius presentandi. Abbas plene attingit in dicto capitu. fina. de concessio. præbend. Ego dicam infra super verbo diffinitionis vel is à quo causam habuit vbi melius cadit. Præmissam etiam conclusionem quod præferatur presentatus à pupillo tenet Geminian. in dicto capitu. ex eo. in fi. principii. vbi plene istius punctum attingit. Idem etiam reperio tenere. Calde. in consil. suis consil. nono incipien. populus. sub hoc eodem titulo. & dominos de Rota in antiquis decision. incipiente nota. eod. titulo. ¶ Aduerte tamen quod licet pupillus possit presentare quod non potest eligere. text. est in dic. capitu. ex eod. Et ratio est, licet possit contrahere sponsalia, non tamen potest contrahere matrimonium sed per electionem contrahitur matrimonium spirituale. capitu. inter spiritali. de translat. epif. non sic per presentationem. vt declarat Abba. in capitu. quato. de iudic. & probatur in capitu. quod autem. in verbo inchoatum. infra eodem. ergo, &c. Et istam rationem diuersitatis ponit Lopus in allegationibus relatis in precedenti quæstione & doctor. in dicto capitu. ex eod. vbi Gemin. alias rationes refert. vide per eum. ¶ Quinto quæro circa prædicta: postea quod pupillus possit presentare, quando habet ius patronatus iure singulari, quid si ius patronat. competat vniuersitati in qua sint pupilli, an ipsi pupilli erunt vocandi ad presentationem. istam questionem attingit Calde. in consil. allegat in precedenti quæstione. & incipit populus. & dicit quod sic: quia tales bene presentare possunt vt supra dictum est. Nam secundum eum cum sint de vniuersitate dicti pupilli, & sentiant onera ipsius, per consequens debet sentire commoda. capitu. qui sentit de regu. iuris libro sexto. & quod tales habeant vocari tanquam sint de vniuersitate allegat not. per Innocen. & Hostien. in capitu. cum ex iniuncto. de oper. nou. nunciatio. & per archi. in cap. si plures. decimasexta. quæstio. septima. Et alia fundamenta facit Calde. & responde ad contraria vt per eum. ¶ Contrariam sententiam tenet Lopus quem refert & sequitur Geminian. in dic. capit. ex eod. in fine principii, dicunt enim præfati doct. quod est in facultate vniuersitatis pupillos admittere: verum est secundum eos, quod si admittantur, computabuntur illorum voces. Prima opinio verior mihi videtur: vt pote melioribus fundamentis roborata: & potissime eo fundamento ab omnibus approbato: quod vbi supra, competit pupillo iure singulari, ipse potest dare vocem. ergo idem erit, vbi competit ius patron. vniuersitati: cum ipse pupillus sit de vniuersitate, nec aliqua ratio diuersitatis assignatur per Gemin. vbi supra. Actus enim presentandi non tendit ad regimen ciuitatis, nimirum si pupillus eo casu debet vocari: sed Calde. in dicto consilio. & ista conclusio maxime procederet secundum eum, quando pupillus presentare vellet cum auctoritate tutoris. Quomodo autem fiat vocatio, vel citatio illorum de vniuersitate ad presentationem sciendam, habetur pulchre per Calde. in consil. suo x. incip. si vniuersitas. sub hoc eod. tit. Et generaliter quomodo citetur vniuersitas habetur per Innocen. & alios in c. humilis. §. de maior. & obedi. & in aliis locis accumulatis per domin. Alex. in l. non potest. ff. de reg. iur. ¶ Sexto quæro, circa prædicta: quia præsupponitur supra in precedenti quæstione, quod vniuersitati competat ius patrona. pone quod plures vniuersitates habeant ius patronat. an qualibet vniuersitas habeatur pro vna voce, an vero tot sint voces quot personæ. do. Cardi. Floren. in clemen. fin. §. fin. in tertia. q. eo. tit. dicit post Lopus in quadam additione, quod hoc casu quælibet vniuersitas habeatur loco vnius singularis personæ. allegat capitu. ea noscitur. de his quæ fiunt à prela. idem in effectu concludit domin. Abbas in septimo consilio suo lvij. incipien. ex infra scriptis. in primo dubio, in primo volumine, & de hoc adduco tex. quem ibi gloss. & doctores ponderant in capitu. pastoralis. in principio de rescrip. Attenditur tamē maior pars vniuersitatis ad vocem perficiendam. dic. capitu. ea noscitur. Et est gloss. quam ibi extollunt domi. Anton. de Butr. Imol. Abbas, & dom. Fel. in d. capitu. pastoralis. in principio. in verbo plures declarates, vt per eos & habetur per Abbat. in dicto consilio. ¶ Suboritur nunc quæstio accessoria ad prædicta, an vbi vniuersitati competat ius patronat. singulares personæ de illa vniuersitate sint patronæ. concludo quod non argu. text. in capitu. qui manumittitur. duodecima quæstio. secunda, & ita decidit Archid. in cap. si plures. xvi. quæstio. septima. quæ refert & sequitur Gemin. in cap. vnico in prin. in ij. co. eod. §. l. b. vj. & do. Barto. Bellenci. in apofillis ad Abb. in cap. nobis. §. eod. & vide quod dixi. §. in verbo & vtile. in j. quæst. in fi. ¶ Septimo quæro circa istud verbum competentis alicui



# Tract. de iure Patro.

28 cui. de notabili quaestione quam vidi de facto. † An quando ius patronat. competit vniuersitati puta populo. filiisfam. habeant vocem in presentando. In hoc puncto reperio quod Federic. de Senis in terminis in consilio suo xxx. incipien. quaestio talis est. in septima colum. dicit quod si parochiani ecclesiae sint patroni. tunc pater & filius eligunt. Et istam partem probat etiam decisio Specu. in titu. de syndico in §. qd. de syndico a castro. vel villa constituto. vbi dicit. qd. in constitutione syndici facta ab vniuersitate filiisfamil. interuenire debent. subiicit tamen. quod consuetudo eos non vocat. In contrarium facit. quia pater & filius pro vno capite computantur. vt notat glossa in l. secunda. C. qui aetate. libro decimo. quam ita pro notabili allegat Baldus in l. etiam. in penultima columna. C. de execu. rei iudic. & in l. finali. C. de impuber. vbi etiam textus id probat. & multa alia ad hoc allegat d. Alexand. in consilio suo xlv. iij. incipien. vifis & oportu ne digestis. in prima columna. in primo volumine. Ergo arbitror in hac quaestione distinguendum esse quod si filiisfamil. habeant domicilium in domo patris. eis no. competat ius presentandi. vel vocem dandi. secus si habeant domicilium alibi. Istam distinctionem probat per theoricam Innocen. in capitulo cum ex iniuncto. in fine infra. de oper. nou. nuntiatio. vbi formaliter dicit generaliter loquendo. quod in gerendis ab vniuersitate filiisfamilis sunt vocandi. si alibi quam in domo patris habent domicilium. sed vbi cum patre domicilium habent. pater tantum vocandus est. & cum illa doctrina transeunt alii ibi. & eam refert. & sequitur domin. Alexand. de Imol. in l. illud. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. Et ista distinctio est equa & rationalis. Indubitatum tamen est qd. vbi ius patronat. non competit vniuersitati. sed singularibus personis. quod filii non habent ius. vel vocem viuente patre patrono. ita colligo ex verbis domin. Cardina. Florent. in clementi. plures. in octaua quaestione. eodem titu. Ex hoc expresse dicit domin. Cardina. in consilio suo decimonono. incipiente. concessum sub hoc eodem titu. in fin. dicit enim

19 domin. Cardina. ibi † quod natura iuris patronat. est vt viuente patre filius nullam potestatem habeat. subiiciens quod ita voluit omnia iura de iure patronat. loquentia. & maxime clementina secunda eodem titu. An autem quando ius patr. competit vniuersitati. foeminae virgines & viduae admittantur. dic vt per Innocen. in dic. capitu. cum ex iniuncto. & dixi

20 supra in prima quaestio. huius verbi. † † Octauo quaero. an excommunicato competat ius patronat. Ioan. Andre. do. Anto. Abb. & ceteri communiter in capitu. nobis. infra eodem. dicunt quod episcopus male facit illum admittendo. sed sed si cum suo consensu fiat patronus erit patronus. sed ex eisdem non habebit ante absolutionem. Non enim excommunicatus secundum praefatos docto. maxime Ioan. An. religionem proficatur & matrimonium contrahat & alia faciat quae ipsemet Ioan. Andre. colligit super reg. dolo facit de regul. iur. libro sexto. ergo secundum eos poterit effici patronus. Item secundum praefatos docto. † excommunicato. licet ecclesiam ingredi ad audiendum verbum Dei. capitu. reponso. infra de senten. excommunicata. item ad orandum. vt not. in capitu. nuper. eodem tit. Ergo talis ecclesiam construere poterit. & per consequens acquirere ius patronat. Istam eandem conclusionem videtur tenere Gem. in cap. vnico. §. fin. in penult. eolum. eodem titu. libro sexto. dum dicit allegando Specu. quod ille qui emit villam a patrono excommunicato. statim poterit presentare. ergo sentit. quod excommunicatus potest esse patronus. & transmittere ius patronat. ad alium licet ipse non possit presentare. idem Gemini. post Archidiao. ibi in capitu. pia. §. secundo in quarta col. de excep. lib. sexto. eandem conclusionem tenet dominus de Rota in suis antiquis decisionibus. decisione incipiente patronus excommunicatus. sub hoc eodem tit. Licet aliqui quod ipsi referunt ibi. & in decisionibus antiquioribus. decisione ij. incip. patronus excommunicatus. eod. titu. tenuerunt in patrono laico maxime quod ipse possit presentare. licet sit excommunicatus. Pro qua opi. facit. quia actus facti non sunt excommunicato interditi. vt concludit Abb. per multa in cap. veritatis. in pen. col. supra. de dolo & contru. subiiciens. quod istud non habet dubium. sed presentare quid facti videtur vt de se patet. igitur. &c. Praecedens tamen opinio magis placet. & vltra praedicta. quia excommunicatus non potest eligere. vt decidit Innocen. & alii sequuntur in d. capit. veritatis maxime Abb. ibi in fin. ergo videtur in simili quod non possit presentare. quod etiam tenuit Lap. allegatione sua viij. incip. presentans circa medium. vbi ibi dicit quod si presentans. vel presentatus est excommunicatus. presentatio est inualida. Et te-

nendo hanc conclusionem non obstat dicere. quod presentatio sit actus facti. quia respondeo quod actus presentandi bene est facti. sed ipsa presentatio est iuris. quia dicitur ius annexum spiritualitati. idest institutio. vt declarat Abb. in capitu. quanto. in secunda columna. de iudi. & declarauit super verbo ius. in quarta quaestio. Et eadem conclusio videtur posse teneri in bannito. In hoc tamen dicas vt per Gem. plene in d. capitu. vnico. in penult. eolum. post alios ibidem & in aliis locis ibi per eum allegatis. † Suboritur nunc quaestio accessoria circa praedicta posita † quod excommunicatus non possit presentare. an institutio facta per episcopum de presentato a patrono excommunicato valeat. Istam quaestionem attingunt domi. de Rota in dic. decis. secunda. in antiquioribus & referunt varias inter eos fuisse opiniones. tandem concludunt secundum opinio. plurium & maiorem. quod institutio facta de presentato clerico excommunicato non valet. secus si a patrono laico. & ratio diuersitatis est vt ipsi sentiunt. quia patronus laicus nihil vel parum iuris habet circa dispositionem beneficij. nisi de quadam gratia iuxta notata in capitulo. quoniam. infra eodem. vnde totalis dispositio potius censetur dependere a potestate episcopi. & per consequens institutio episcopi tanquam sola ius in beneficio tribuens potius erit attendenda quam presentatio patroni laici excommunicati. sed in patrono clerico loquendo eius presentatio habet vim electionis. capitu. cum autem. & ibi notatur. infra. eodem. & per consequens ex tali presentatione transferuntur ius. vnde hoc casu totale ius non transferuntur in beneficium per institutionem episcopi. & sic cum reperitur actus factus partim a persona inhabili. scilicet a patrono clerico excommunicato. non potuit pro alia parte valere. secundum eos. quae conclusio est satis rationalis. & idem in effectu concludere videtur Rota sub titu. de institutionibus decisione vnica in antiquis. † Secunda suboritur quaestio accessoria

23 † an patrono excommunicato currat tempus datum ad presentandum. domini de Rota in praallegata decisione secunda in fine. dicunt sub dubio forsan. quod si excommunicatus volens presentare. repellatur ab episcopo praetextu excommunicationis. quod posset sustineri. vt ei non currat tempus. argument. capitu. quia diuersitatem. supra de concessio. praebend. vbi dicit quod tempus datum ad eligendum vel conferendum non currat suspensio. etiam quod fuerit suspensus ex culpa sua & rationem ponunt ibi dominus Anton. Imol. Abbas. & alii quia impedimentum quo detinetur suspensus vt non possit conferre. non causatur immediatè ex culpa sed ex suspensione. vnde secundum eos debet inspicere causa immediata non autem mediata. capit. de occidendis. vigesima tertia. quaestione quinta capitu. de cetero. cum gloss. infra de homicidio. Et propterea dicunt † quod vbi impedimentum causatur indirectè ex culpa non autem directè illud impedimentum prodest culposo. quod est bene notandum. hinc dicit dominus Antonius de Butriga. ibi circa finem. quod vbi suspensus non faceret se absolui quando posset. tunc sibi imputaretur & curreret sibi tempus & ratio est secundum eum. quia impedimentum eo casu procederet immediatè & directè ex culpa commissa in non petendo absolutionem. quod est etiam notatu dignum in proposito nostro. & praemissam conclusionem. quam dixi tenere Rotam. etiam tenet ipsa Rota in antiquis sub titulo de institutionibus. decisione vnica. Et ista etiam nota pro intelligentia eorum quae dicta sunt supra in quaestione vigesima octaua. verbi honorificum. vbi tetigi. an impedito presentare currat tempus.

25 † Nono quaero an ius patronat. competere possit iudaeo vel infideli Ioan. Andre. & ceteri omnes in capitu. nobis. infra. eodem. decidunt quod non per tex. in capitu. frigentius. ibi. christianis omnibus. & in capitu. pia. mentis. ibi omnibus christianis. xvj. q. vij. & ita etiam expresse. decidit gl. in d. capitu. frigentius. & etiam probatur in capitu. quicumque. el secundo. eadem causa & quaestione. facit capitulo gaude demus. de diuor. vbi dicitur nihil ad nos de his quae fo. sunt Non sunt ergo inclusi Iudaei & infideles in dispositione canonis concedentis ius patronat. laicis per dictum tex. & ita etiam reperio tenere Bal. in consilio suo tredecimouigesimo tertio. incipiente praemittendum est. circa finem. Idem tenet dominus Andreas Barbat. in capitu. quanto. in fin. de iudiciis.

28 † Decimo quaero an heretico qui tamen sit baptizatus competere possit ius patronat. videtur dicendum quod sic. quia christianus appellatur in dicto. capitulo frigentius & dicto capitulo pia. mentis. In contrarium tamen concludunt Ioan. Andre. & alii in dicto capitulo nobis. & mouetur quia haereticus nihil habet cum omnia bona eius ipso iure

iure sine confiscato. capitu. cum secundum leges de hereticis. lib. sexto. Et propterea dicunt quod etiam si præsupponatur ipsum hereticum acquirere ius patronat. tamen illud esset confiscatum statim. De hoc tamen an ius patronat. transeat in confiscatione bonorum. in casu prædicto non est dubium. quia confiscatio fit à iure canonico. sed quando confiscatio fieret per iudicem laicum vel per ius civile. dic vt dicam. infra. super verbo vel is à quo causam habuit vbi melius cadit. Prædictam etiam conclusionem tenet Archi. in capitulo quicumque fidelium. xv. q. septima vbi dicit qd si patro. labatur in hæresim amittit ius patron. Subiicit tamen quod si redeat ad fidem illud recuperat. Circa tamē istud vltimum aliter loquitur gloss. in capitu. maximum prima qd. septima. quæ dicit quod hereticus reuersus ad fidem recuperat ius patronat. quando sententia contra eum lata non erat de amissione iuris pat. secus si sententia contra eū lata erat. Quæ conclusionem tenet etiam Archi. quem ibi refert & sequitur Gemi. in secunda colum. in c. vnico eo. tit. lib. sexto. Aliter etiam in hoc loquitur. obstat Abb. Pa. in c. quia diligentia. in fi. 3. de elect. Et dicit in distincte qd imo hereticus reuersus ad fidem non recuperat ius pa. nec alia bona. Et ratio est secundum eum. quia vbi præcessit bonorum publicatio ab homine vel à iure. non recuperat quis bona per poenitentiam: quæ semel commissum non retractatur: sed bona heretici ipso iure & facta à lege sunt publicata. dicto capitulo. secundum leges. & firmat Abb. in capitu. vergentis infra de hæreti. Adeo vt dicat tex. in capitu. secundo in fi. de præf. rip. libro sexto. Quod etiā si hereticus reputetur catholicus in vita sua quædonduncque detegatur hæresis post eius mortem poterunt illius bona per se cum ab hæredibus auocari. nisi ipsi hæredes illa per quadraginta annos bona fide possederint. vnde opin. Panormita. verior videtur per prædicta. ¶ Undecimo quæro an quando ius patronat. competi collegio vel monasterio solus prælatus præsentare possit. tex. in capitu. ex literis. infra eod. quem ibi ponderat Abb. probat quod sic quia præsupponitur ibi præsentationem factam per solam abbatissam valuisse. in contrarium tamen est veritas: vnde dicas qd præsentatio debet fieri à prælato cum capitulo vel maiori parte capituli. text. est in c. ea noscitur. supra de his quæ fi. à p. lat. sine consensu capitu. & ibi notant omnes. Hoc tamen limitatur nisi aliter consuetudine vel priuilegio caueatur vt ibidem probatur. Istam etiam conclusionem probō per tex. quem ibi legendo ponderaui in capitu. illud. in fi. ibi sine præsentatione fratrum. infra eod. Et firmat Rota in antiquis sub ritu. de præbend. decisioe xix. incipien. vbi præsentatio. Aduerte tamen quod Abb. vel prælatus tanquam caput collegii faciat talem præsentationem secundum Inno. in d. cap. ea noscitur. & Rota vbi supra. intelligo tamen quod consensu capituli seu maioris partis eam faciat per iura supra allegata. Non obstat nunc tex. in d. ca. ex literis. quia dum ibi dicitur qd abbatissa præsentauit. debet intelligi quod illam præsentationem fecit cum consensu capituli vel maioris partis. vel qd sola habebat ius præsentandi ex consuetudine vel priuilegio vt sic concordat cum d. ca. ea noscitur. Conuenit enim iura iuribus concordare. c. cum expediat. de elec. lib. vj. cum vulgari bus. An autem si prælatus præsentauerit nomine conuentus vel capituli præsumendum sit consensum ipsius capituli vel conuentus interuenisse. dic vt no. i. d. ca. ea noscitur & per Archi. & do. Præpositum diui Amb. in c. diaconi. lo vlti. xliij. di. & facit qd dicit Rota in præallegata decisioe. & habetur de hoc clarius per Rotam in antiquis decisioe prima sub ritu. de

29 his quæ sunt à prælato. ¶ Duodecimo quæro an & quando ius pa. competi conuentui vel capitulo. conuersi & nouitij vel non professi habeant vocem. Abb. in c. j. in fi. de proci. videtur concludere qd non. dicit enim qd tales conuersi laici indubitanter in spiritualibus non admittuntur cum aliis clericis. puta in electione prælati per c. ex eo. in fi. de elec. lib. sexto vbi tex. clare dicit. qd non professi. nec conuersi habent vocē in electione. in temporalibus etiam nō admittuntur: quia appellatione capituli non comprehenduntur conuersi. text. est in c. & si Christus in fi. iuncta superscriptione. 3. de iure iur. vbi etiam Abb. id notat. Pro qua conclusionem in simili facit qd decidit glo. approbata in c. penul. supra de cleri. non residen.

30 in verbo Assisios. quæ dicit quod cappellani & alii beneficiati in ecclesijs collegiatis non vocantur ad communes tractatus. nec sunt de corpore collegii canonicorum. Prædicta etiam conclusionem tenet Ang. in §. hoc etiam in ij. co. in au. th. de alie. & emphyteo. ¶ Decimotertio quæro super hoc

31 verbo competens alicuius filius familias sit patronus vt qui el donetur ius patronat. vel aliter legitime concedatur.

pater habeat ius præsentandi. an vero ipse filius. videtur qd pater quia ad eum spectant fructus bonorum aduentitiorum filii. cum oportet. C. de bonis quæ liber. l. fina. eodem titulo. cum similibus. Contrarium concludere quia in spiritualibus vel quasi filius non acquirit patri nec curatur de patria potestate. capitu. si annum. de iudi. libro sexto. & ita in simili decidit Abb. in capitu. consuluit. infra eod. ¶ Decimo quarto quæro an ius præsentandi competat ei qui est in quasi possessione iuris patronat. licet non appareat quod sit patronus. breuiter concludit quod sic. casus est in capitu. consultationibus. infra eod. & in simili in c. querelam. supra. de elect. & vtrouque no. probatur etiam in capitu. ex literis. infra eod. & alibi sæpe. hinc dicit dominus Cardina. Flo. in consilio suo lxxix. incipien. vacante quadam parochiali ecclesia. in secunda. colum. in princip. Quod quantum ad effectum præsentandi non refert an quis sit patronus vel in quasi possessione iuris patrona. Ratio huius conclusionis est secundum doctor. in prædictis locis. ¶ quia præsentatio est fructus iuris patron. fructus autem spectant ad possessorem. §. si quis à non domi. no. in fi. de rerum diuis. no. in c. grauis. de restitutio. spoliato. igitur &c. Comprobatur per simile de eo qui est in quasi possessione eligendi: quia potest dare vocem in electione. licet aliter de iure suo non appareat & sic de similibus de quibus per Abba. Panormita. in d. capitu. quærelam. hanc etiam conclusionem firmant domini de Rota in antiquis decisioe. sub eod. tit. de præbendis decisioe quinta. quæ incipit qui dam. & domi. Alexander. de Imo. in consilio suo lxxxv. incipien. visis. in quarto volum. in penul. colum. & nemo discrepat. Sed pro intelligentia pleniori huius questionis suboritur alia quæstio accessoria & necessaria. scilicet quando dicitur quis esse in quasi possessione iuris patrona. seu quæ requirantur in acquisitione quasi possessionis iuris patrona. in hoc puncto doct. in dic. capitu. consultationibus. maxime Abbas Panormita. ibi in vltimo notabili. & in vericulo ex his inferunt. videntur concludere. quod ille dicatur constitutus in quasi possessione iuris patrona. qui semel præsentauit cum bona fide. scilicet credendo se esse patronum. vnde si postea talis secundo loco præsentet. præsentatio ista dicitur facta à quasi possessore iuris patron. vos autem dicite quod plura requiruntur quæ enumerat Caldei. in consilio suo xij. incipiente quæ requirantur. sub hoc eod. titu. Primo enim requiritur. quod præsentatio fuerit facta cum bona fide. quod etiam tenet doct. præallegati. ¶ Quomodo autem probetur ipsa bona fides declarat Inn. & alii in ca. secundo. de integ. restitut. Caldei. in consilio suo xij. incip. an requiratur sub hoc eod. tit. Abbas Panormi. & alii. in capitu. cum ecclesia de causa possessio. & proprietate. & pulchre dominus Alexander. in præallegato consilio lxxv. in vltima columna. & pondera. quia in isto primo requisito sentit etiam Calder. qd vnica præsentatio sufficiat. quod etiam sentit glossa. & ibi Abbas Panormita. in capitu. si vero infra eodem. & clare Abbas in capitu. primo versu. & hæc faciunt. supra de relig. do. firmat etiam dominus Car. Flor. in d. ca. ex literis. in secunda. colum. in secunda oppositione infra eod. & Bald. pulchre in consilio suo xxij. incipiente quidam nobilis. in fine. in tertio volumi. facit etiam gloss. in d. ca. pitu. cum in ecclesia. in verbo in trium. supra de causa possessio. & proprietate. quæ dicit quod ad acquirendam quasi possessionem eligendi sufficit datio vocis in vna ecclesia. & ita transeunt ibi Innoc. Abb. & alii. idem dicit Innoc. in d. ca. secundo. de re. in integr. in secunda columna. & ibi Abb. in fi. idem firmat do. Alex. in consilio suo lxxij. incipien. viso puncto. in tertia columna in quarto volum. & probatur ex doctrina Bar. in l. j. ff. de itin. acti. que priua. & Bal. pulchre in l. j. in j. col. C. de seruiciti. vbi dicunt quod in his quæ non solent concedi ratione familiaritatis vel amicitie: sed tantummodo permittuntur his qd habent ius id faciendi. vnicus actus sufficit ad acquirendam possessionem vel quasi. Exemplificatur autē vt per eos ibi. & per Bar. in l. sicui. §. si quærat. ff. de ser. vendic. vbi eandē do. ar nam ponit. & idem vult Car. in consi. suo. ij. sub titulo. de causa possessio. & proprie. ¶ Secundo requiritur vt dicit eod. Cal. in d. consi. xij. quod præsentatio fuerit admittita & confirmata. & sic quod secuta fuerit institutio. Istud etiam firmat domin. Cardina. in d. capitu. ex literis. in ij. opp. & Ab. Panormita. in consilio suo lxxij. incipien. casus contingente. circa principium. in primo volumine. & allegat multa iura. & idem concludit in consilio cvj. incipien. casus in peculsi. colum. in secundo volumi. vbi dicit quod quando secuta est institutio: ex tunc quis dicitur in quasi possessione & nō prius: & firmat Bal. in consilio supra allegato. vbi dicit qd si qs

# Tract. de iure patrona.

non est admissus neque repulsus vel est apposita conditio, de cuius veritate incerti sumus, quod per talē presentationē non dicitur quis possidere. Et idem dicunt domi. in dicto capitulo cum ecclesia. & in aliis locis supra allegatis: in quibus loquuntur de quasi possessione electionis, quia intelligunt acquisitam quasi possessionem electionis, quando electio est confirmata & non prius. Idem in effectu tenet dominus Anton. de Butt. in repetit. capitulo. fina. in vltima columna. de causa possessio. & proprie. Ego fortius dico quod etiam est necesse quod institutio vel confirmatio sit secuta effectum, vnde secus esset si ab institutione esset appellatum, & in causa appellationis fuisset cassata ipsa institutio vel confirmatio, quia tunc institutio vel confirmatio nullum produceret effectum. argumen. capitulo. quod autem. in fine. infra eodem. vnde de hoc casu perinde esset ac si ipsa institutio facta non fuisset. Et per pulchra reperio decidere domin. Calde. in consilio. suo xiiij. supra ad aliud propositum allegato. & satis est de mente domin. Alexand. in preallegato consilio. ¶ Tertio 37 requiritur secundum domin. Calde. vbi supra ¶ quod institutus habitus fuerit tamen rector vel capellanus in possessione rectorie vel capelle: & ad hoc requisitum: & etiam ad alia supra enumerata: allegat notata per Innocen. & Hostien. in d. capitulo. secundo. de restitutio. in integrum & per loā. Andre. in d. capitulo. consultationibus. Hoc tamen requisitum videtur in effectu idem cum precedente in quo dictum est quod effectus institutionis debet esse securus. ¶ Quarto & vltimo requiritur secundum Calde. in loco preallegato quod ille in cuius preiudicium quasi possessio iuris patrona. acquiratur hoc sciat & patiat. Et ad hoc allegat notata per Ioan. Andre. in capitulo. bonę. ij. de postula. prelato. & in capitulo. conquentes. de offic. ordina. & in capitulo. cum ecclesia. de causa posses. & propria. tu vide etiam Innocen. & ibi Abb. in fin. in d. capitulo. secundo. de in integrum restit. & hoc est regulare in acquisitione quasi possessionis iurium in corporalium. licet secus sit in reb. i. fina. & ibi not. C. de prescrip. long. tempo. & pulchre declarat Bald. in l. prima & secunda. in prima colum. versicu. quarto oppono. C. de seruitutibus & Barto. in l. prima. §. ij. in tertia. colum. ff. de iti. actus; priua. Quomodo autem probetur scientia & patetia illius de cuius preiudicio tractatur, vide Abb. in dicto capitulo. cum ecclesia. in quinta. colum. aduertendum tamen est circa prædicta ¶ quod si in corporalia vacant: quia nullus illa possideat, tunc non est necesse habere scientiam vel patetiam alicuius in acquisitione quasi possessionis illorum. ita cōcludit Abb. in dicto capitulo. in literis. in octaua. colum. supra. de restit. spoliato. Et allegat Innocen. in dicto capitulo. bonę. & hoc satis de se patet. Et sic habemus declaratum quomodo acquiratur quasi possessio iuris patro. & per consequens etiam possimus cognoscere quomodo amittatur ipsa quasi possessio. quod etiam decidit Calde. in consilio suo xiiij. incipiente cassatur presentatio. & in consilio sequenti sub hoc eodem titulo. & tradunt doct. in dicto capitulo. in literis. & faciunt notata per Abba. in dicto capitulo. cum ecclesia. in prima. colū. in fine per illum tex. supra de causa posses. & proprie. & aliquid videbimus infra in quæ. xvj. & plenius in 18. Quomodo autem conferatur quasi possessio iuris patro. dato quod nulla fiat presentatio, videbimus infra in quæ. xvij. ¶ Decimo quinto quæro circa prædicta: quia cōclusum est, quod ex vnica presentatione cōcurrentibus aliis de quibus supra acquireretur quasi possessio iuris patrona. ¶ an per exercitium alterius actus competentis patrono acquiratur dicta quasi possessio. vt puta quia honoratur quis in ecclesia & tractatur vt patronus. iuxta text. & ibi nota. in capitulo. nobis. infra eodem. Ista quæstio est notabilis, & de facto plerumque contingere solet. Ego reperio quod Federic. de Senis in consilio suo cccxiiiij. incipiente super primo puncto. in penultima columna in fine, decidit quod sic & mouetur: quia isti sunt actus: vt cui datur vnus datur & reliquis: quia ex eodē fonte, procedunt. vnde cōcludit quod ille, qui in aliis actibus competentibus patrono, fuit in quasi possessione; etiam presumitur esse in quasi possessione presentandi. Preter nullam etiam conclusionem clare firmat Ioan. Andre. in capitulo. quod alicui gratiose. in fine de regulis iuris. libro vj. in mercurialibus. vbi formaliter dicit, quod per exercitium vnus actus competentis patrono erit quis possessor iuris patrona. Ista eandem cōclusionem aperte tenet Abb. per illum textum. in capitulo. primo. versicu. & hæc faciunt supra de relig. domi. vbi dicit quod quando non constat, quod ius patronatus pertinet ad alium. presumendum est, quod pertinet ad illum qui exercuit vnus competentis patro-

no tantum. & ibidem in vltimo notabili. in principio, dicit esse menti tenendum, & satis notandum, quod per exercitium vnus iuris seu articuli comprehensū sub vniverso, infertur ad possessionem iuris vniversalis. Contrarium tamen tenet Ludouic. Roman. in consilio suo cccxviij. incipiente presentens consultatio. sed precedens opinio magis placet. pro qua etiam ipse Ludouic. aliqua ex prædictis fundamentis adducit. Et quibus postea tenendo contrarium illius respondeat, tamen illæ responsiones non tollunt ipsa fundamenta vt in proposito nostro. Sentiunt tamen præfati doct. maxime. Federic. in dicto consilio quod vbi apparet alium presentasse, & sic esse in quasi possessione illius actus non procederet prædicta decisio, quod est satis rationabile. & ad hoc faciunt plura similia quæ accumulata dict. Felin. in capitulo. auditis. columna octaua, de præscript. in versicu. secunda. declaratio. Et ratio potest esse. quia tunc cessat presumptio, quæ oriebatur in fauorem illius qui est in quasi possessione aliorum actuum vel alterius actus quam presentationis. Limita etiam prædictam conclusionem, vt non procedat quādo quis probaret quasi possessionem circa primordia actus: quia tunc non diceretur probasse quasi possessionem actus rex. est & ibi Abbas in septimo notabili declarat in capitulo. cum ana. §. de electio quandoque tamen secus est vt est text. in l. si patrem. in principio. ff. quemadmodum. seruitur. amittat. quæ nota domi. Franc. de Are. in l. tertia in princip. ff. de acquirend. possession. Et ad præmissam quæstionem vide omnino domin. Anton. de Butt. in repetitio. capitulo. fina. colum. decimana. & sequenti de causa possessio. & propria. & conclude vt per eum. quia plenè loquitur post alios per eum relatos. ¶ Decimo sexto quæro circa prædicta de quæstione 40 sæpe occurrenti ¶ pone quod Titus presentauerit pluribus vicibus rectorem ad ecclesiam: vltimo loco Sempronius presentauit quis istorum dicatur in quasi possessione. & sic quis erit potior in presentatione de nouo fienda. istam quæstionem tangit Federic. de Senis in dicto consilio cccxiiiij. in penultima colum. & decidit quod in possessione obtinebit ille qui vltimo loco presentauit. allegat text. in capitulo. cum ecclesia sutrina. ibi vltimo & immediate supra. de causa possession. & proprie. & alia de quibus per eum. Idem pulchre decidit Oldrad. in consilio suo cccxij. incipien. thēma quæstionis. circa finem Eandem conclusionem tenet dominus Cardina. Floren. in capitulo. ex lireris. in secunda oppositio. in fra. eodem. tenet Ioan. An. & ibi Abbas refert & sequitur in septima colum. in dicto capitulo. cum ecclesia sutrina. vbi dicunt, quod non est necesse, quod electus vixerit per tempus 41 xl. annorum, ad hoc ¶ quod electores dicantur constitui in quasi possessione eligendi: sed sufficit vnus actus & vltimus: & sic vnica electio, & vltima. Eandem conclusionem faciunt do. Felin. Sadeus in capitulo cum accessissent. ante penultim. colum. supra de constituto. & allegat Federic. in d. consilio ducentesimo trigesimo quarto. dicunt tamen Federic. & domin. Felin. in dictis locis secus esse, vbi ageretur petitorio quia possessio non præscripta legitimo tempore non tolleret precedentem præscriptam. allegant notata in capitulo. cum de beneficio. de præbend. libro sexto. Eandem conclusionem tenet Barto. in l. prima. §. secundo. de iti. actusque priua. vbi dicit quod si dubitetur an aliquis habeat ius eligendi sufficit probare quod dederit vocem in proxima precedente electione. Contra tamen prædictam conclusionem facit regula quæ habet quod iunior possessio presumitur clandestina. capitulo. licet causam. vbi Innocen. & alii notant: maxime Abbas in decim. nota. supra. de probatio. & dicit Barro. in l. Celsus. in quinta colum. ff. de vsucap. quod vbi possessio antiquior appareat nouus possessor presumitur in mala fide. & quod probans de antiquiori possessione vincere debeat. Firmat etiam Barto. in l. si duo. in princip. in penult. colum. ff. vt poss. Ergo videtur quod ille qui prius fuit constitutus in quasi possessione presentandi præferatur posteriori in presentatione de nouo fienda. Retenta prædicta conclusione ad istud fundamentum potest responderi, quod dicta regula non procedit in istis incorporalibus. ita Ioan. Andre. licet Abbas. ibi contradicat in dicto capitulo. licet causam. allegat Ioan. Andre. not. in capitulo. primo infra. eodē vbi dicitur quod ius patron. & alia iura incorporalia sunt apud plures in solidum. hoc etiam in proposito tenet Barto. in dicta. l. Celsus. in quinta columna ergo quasi possessio iuris patrona. poterit esse licitè apud eum, qui vltimo loco presentauit. vel aliter dicamus, quod in terminis nostris quasi possessio iunior præfertur: quia antiquior possessio fuit priuatus quasi possessione sua patiendo & non cōradicendo 40 vlti

do ultimo presentanti iuxta notata per Innocen. in dicto. c. ij. de in integ. restitu. in sua gl. magna. & clarius per Bald. in l. j. in vlti. colum. versi. tamen ad intelligentiam horum. C. de serui. & aqua. & per do. Card. Flor. in c. ex literis. in secundo contrario. nisi enim scientia & patientia primi possessoris in teruenisset. vltimus scientans non acquisiisset possessionem. vt dicunt presentati docto. & supra plenius dictum est. & firmat Cardina. in consi. suo xv. incip. duo bis presentant. sub hoc eodem tit. ¶ Vel aliter & tertio dicamus. quod vera est dicta regula. s. quod iunior possessio presumitur clandestina. Sed presumptio ipsa tollitur. quia in casu nostro presupponimus. qd vltimus presentator fuerit in bona fide. & quod eius presentatio fuerit confirmata per iudicem. ad quem spectat confirmatio. vel institutio. & quod alia concurrerint necessaria ad legitime acquirendum ipsam quasi possessionem. quae s. enumerata sunt. xliij. q. in ver. sed pro intelligentia. De materia tamen dictae regule. qd possessio iunior presumitur clandestina. vide in locis praallegatis. Stat ergo ex praedictis conclusio. quod ille qui vlti. loco presentauit praefertur in presentatione de nouo scienda aliis. qui antea etiam pluri bus vicibus presentauerant. declarando. vt supra. ¶ Decimo

42 septimo quaro circa praedicta pone quod vnus ex pluribus patronis presentat alii sunt negligetes: an propter hoc hoc sint priuati quasi possessione sua. in hoc puncto dicas. quod si non appareat eum. qui presentauit eam presentationem fecisse animo. priuati alios sua quasi possessione. alii. non sint priuati. Quinimo per presentationem facta per vnum conseruatur quasi possessio aliorum. ita concludit do. Abb. in consi. suo liij. incipien. Christi. &c. in primo volum. & potest exemplificari praedicta decisio quando patronus qui presentauit. non dixit se esse vnum patronum. sed dixit se vnum ex patronis. tunc enim attestatur alios habere com. patronos. & eo modo ius ipsorum conseruatur. Praemissam etiam conclusionem clare ponit Fede. de Senis in consi. suo secundo. incip. nobiliis quidam genere. in vlt. dub. dicens. qd licet quando vnus solus est in possessione eligendi. & permittit alium eligere. amittat suam possessionem secus rane secundum eum si habeat ius eligendi cum aliis. quia illi si eligant vtuntur iure suo. nec possunt probari. Idem expresse sentit Cald. pro praemissa etiam conclusione facit tex. in l. com. munis seruus. ff. de acquir. poss. vbi probatur. qd si vnus possideat rem communem. ab omnibus. consociis possideri intelligitur. Et propterea dicit ibi notabiliter Bart. qd si plures sunt haeredes. qui habeant bona communia. & vnus solus administrat. & fructus percipit. dicuntur alii possidere quia ille qui administrat totum videtur gessisse iure familiaritatis. & communi nomine. ¶ Decimo octauo quaro. quibus modis amittatur quasi possessio iuris patron. Circa hanc questionem ego reperio. qd Cal. in d. consi. suo xv. dicit qd quis eam perdit. quando apparet eum spoliatum. puta quia voluit presentare & non fuit admissus vel quando non presentat. quia credit ad se non pertinere ius presentandi qd possidebat. vel quando non est ausus presentare contra voluntate eorum. qui dicunt ad se tantum spectare ius presentandi. & sic quando per aliquem actum exteriorem appareat eum amississe ipsam quasi possessionem. alleg. l. iij. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. hinc dicit ipse Cal. in consi. praecedenti xliij. qd quando presentatio alicuius fuit cassata per sententiam. & ille permittit eam sententiam transire in rem iudicatam. tunc perdit eam possessionem quam habebat & quod ille perdat quasi possessionem iuris pa. & etiam aliorum iurium incorporalium. qui excluditur ab exercendo actum. & actus ille exercetur per alium vel alios. etiam probat tex. in c. cu eccle. sia sutrina. & ibi no. Abb. in j. col. §. de causa pos. & propri. sub iiciens Abb. ibi pro hoc esse notandum. qd in retinentia quasi possessionis iurium corporalium non semper sufficiat animus.

43 vide et ad istam q. Inn. in c. in literis. §. de rest. spo. ¶ Decimo nono quaro presupposito. qd ius presentandi competat ei qd est in quasi possessione iuris pa. pone qd ille qui est in possessione presentat vnus. verus pat. presentat alium. qd ex istis presentatis praefertur. Istam q. format Abb. Pan. in ca. consultationibus. in fi. §. eo. tit. Et decidit in effectu qd praefertur presentatus a possessore dummodo sit bona fidei. Idem tenent do. de Ro. in antiquis decisionibus. decif. v. in c. quidam sub tit. de praeb. Rō huius conclus. est. quia vt dictum est. §. in xj. qd. presentatio est fructus iuris pa. vt concludunt doc. in d. c. consultationibus. & in c. ex his. j. eo. Sed fructus spectat ad possessorem bona fidei. vt ibidem no. vt in c. quarelam. de elec. ergo. &c. Hac tamen conclusionem limita. vt non procedat. quando ante institutionem factam constaret de proprietate ipsius iuris pa.

quia tunc presentatus per habentem proprietatem. vel dominium deberet potius institui. Et ratio est quia proprietatis absorbet causam possessionis. c. cu dilectus de ca. pos. & propri. Ita concludit & limitat Abb. in d. c. consultationibus. in fi. Pro qua limitatione facit quo decidit so. An. in c. dilecti. in prin. §. de arbi. vbi dicit. qd si homines vnus castri sint in quasi possessione pascuadi infra limites alterius. & postea oriatur contentio inter homines dictorum castrorum. ex eo quod pascua non sufficiant vtriusque. tunc praefertur domini illorum pascuorum. argumen. c. suggestum. infra. de decimis. cum aliis iuribus. per presentatum doctorem allegatis. & refert & sequitur Ro. in singulari incipi. praescribit comunitas. charta xvij. colum. liij. vide quod infra paulo dicitur. Praedens ergo decisio procedit quando post institutionem constat de proprietate alterius ex presentationibus. quia per hoc non debet remoueri presentatus a possessore. est verum quod post presentatum praefertur verus patronus. cum de eius proprietate constat. Ita clare probat tex. in dicto c. consultationibus. ibi cum ex hoc ei qui de iure. &c. Item ille qui fuit institutus in posterum. recognoscat eum in verum patronum: non autem recognoscat illum possessorem qui cum presentauit ita domin. Cardina. Flor. ibidem in prima questione. & alii sequuntur. Item in casu praemissa conclusionis datur caute la. ipsi vero patrono. vt representet de nouo illum institutus qui fuit presentatus a possessore: vt ex tali representatione acquirat possessionem iuris patronatus. quam prius non habebat tex. in capitulo si vero. & ibi notant omnes. §. cod. Et firmat do. Card. Flo. in d. c. consultationibus circa fi. Secundo limita praemissam conclusionem vt procedat quando possessor est bona fidei. vt dictum est. Si autem sit male fidei neutra tenebitur. presentatio enim veri patroni idcirco non tenebitur: quia sibi non licet propria autoritate reassumere possessionem. Non etiam tenebit presentatio alterius propter malam fidem. Ita Inno. in d. c. in literis. de resti. spo. & firmat Patron. in d. c. consultationibus. & in cap. cum ecclesia sutrina. in penul. col. de causa pos. & propri. & ibi etiam concidit Ioan. de Imo. in vltimis verbis. licet do. Anto. ibi videatur voluisse. quod hoc casu presentatio veri patroni teneat. Ad uerum tamen ad primam limitationem supra relata. quia Innocen. in cap. in literis. §. de rest. spo. quem refert & sequitur Panormita. in c. cum ecclesia sutrina. de causa pos. & propriet. col. pen. videantur tenere contrarium: quia dicunt qd electio possessoris praefertur electioni proprietarii. & illa potius est confirmanda. & satis presupponunt. quod de proprietate ipsius proprietarii constat & ratio praemilitat quando cunque constat de proprietate. dum dicunt. quod ideo praefertur electio a possessore. quia proprietario non licuit priuare possessorem propria autoritate. ideo de dicta

47 limitatione dubito. ¶ Vigesimo quaro circa praedicta. pone qd verus patronus presentat. & tunc nec ipse. nec alius sit in quasi possessione. an presentatio sit nulla tanquam facta a non possessore. ex dictis in praecedenti. q. concluditur. qd imo presentatio tenet: quia constat aliquem esse verum patronum ipse potest presentare. licet non sit in quasi possessione. Et ita probatur in d. c. consultationibus. a contrario sensu & ibi not. Abbas quoniam ad hoc allegat Innocen. in ca. cumana. §. de elec. inferens. Abb. per hoc quod fructus fundi pertinet ad dominum. licet non sit in possessione. ex quo nullus alius est possessor. & hoc nullam habet dubitationem. ideo vterius non insisto.

48 ¶ Vigesimo primo quaro pone quod duo sunt in quasi possessione iuris patronatus. vt est verus patronus alius est putatiuus verus patronus presentat vnum. putatiuus alium: quis praefertur debeat. Istam questionem format Bald. in d. l. secundam in vlti. colum. C. de seruitu. & aqua. & decidit quod praefertur debeat presentatus a vero patrono. intantum quod si presentatus a putatiuo instituitur. poterit alter presentatus a vero patrono illum facere remoueri. & ratio est secundum eam quia presentatus a vero patrono fuit presentatus a iusto possessore. allegat Innocen. in dicto capitulo consultationibus. qui hoc mihi non dicit. licet dicat quo presentatio facta in iusto possessore. & sic a possessore bona fidei. teneat: sed in casu nostro: ita potest esse possessor bona fidei putatiuus patronus sicut verus. Casus iuncta glossa in verbo possidebat. in dicto capitulo consultationibus. Quare ego crederem quod si putatiuus patronus etiam possideret bona fidei. institutus ad eius presentacionem non deberet remoueri. quia hoc casu quantum ad ipsam presentacionem factam. perinde est ac si esset verus. & patronus. per ea quae dicta sunt supra in quarta questione. Et cum duo fuerint presentati: vt in themate questionis presupponitur. fuit



# Tract. de iure patro.

fuit locus gratificationi. c. cum autem. & not. infra. eod. Arbitror tamen decisionem Bald. posse saluari in casu, quando ante institutionem consisteret de proprietate veri patroni, non propter ipsius fundamentum quod non concludit vt supra dixi, sed ex eo, quia tunc non consideraretur possessio quia proprietatem illam absorberet. capit. cum dilectus, supra de causa possessio. & proprie. & dixi supra. in quaest. xix. Hoc enim casu bene verum est, quod presentatus per verum patronum possessorem potest facere remoueri presentatum per putatum patronum quantumcumque pariter possessorem, per fundamentum. d. c. cum dilectus. & satis est de mente Abb. in d. c. consultationibus. ibi in fin. nisi contra fundamentum d. capit. cum dilectus. insertur vt dixi in quaest. xix. Nota tamen circa praedicta de patrono putatio quod vbi talis patronus non esset in quasi possessione, & presentatio per eum facta nihil valeret indistincte, casus est in d. capit. consultationibus. & ibi Abbas colligit in secundo notabili. sub iiciens per hoc esse limitandam l. Barbarius. ff. de offi. patro. & ratio est, quia vt saepe dixi, presentatio est quidam fructus iuris patronatus, qui fructus spectat possessori vel vero domino, vbi nullus alius sit possessor, vt declarat Abba. per illum text. in dict. capit. consultationibus. in penulti. notabili. & habetur in cap. ex literis. infra eodem tit. Et per hoc est dicendum, quod presentatus per talem patronum putatum qui non sit possessor, dato quod instituitur, tamen possit remoueri quando cumque compareat verus patronus, vel legitimus possessor, per praedicta in fine, hoc tamen limita vt in sequenti quaestione dicitur. ¶ Vigesimo secundo quaero circa praedicta, pone quod duo sunt quasi possessores iuris patronatus. vnus bonae fidei, alter male fidei: vnus presentat vnum alter alium. Episcopus instituit presentatum a male fidei possessore, an talis institutus debeat remoueri. Ista quaestio tangit Innocen. in d. cap. consultationibus. in fin. & decidit, quod si incertum est de mala fide presentantis, tunc propter incertitudinem tuendus est institutus in possessione beneficii per cap. cum venissent de in integrum restituti. & per cap. cum venissent. de instit. Tamen secundum eum si postea constaret de veritate & sic de mala fide presentantis, remouebitur dictus presentatus ab illo: & dabitur beneficium presentato a bonae fidei possessore, penes quem est fructus iuris patronatus. Presentatus ergo per male fidei possessorem, dato quod fuerit institutus debet remoueri secundum Innocen. & ratio est vt ipse dicit, quia possessor male fidei non facit fructus suos, c. grauis de restituti. spol. cum similibus. Ergo presentare non potuit, cum presentatio sit fructus iuris patronatus. vnde si presentauit nullum ius transfuit in presentatum. Iam eandem conclusionem sequuntur alii, maxime do. Car. Flo. in y. quaest. Idem concludunt domini de Rota alia allegando in nouis decisionibus, decisione incipien. collatio sub hoc eodem tit. Idem Abb. in effectu. in ca. ex literis. in pen. col. infra eod. qui etiam ad hoc allegat Inn. notabiliter in cap. secundo. de in integ. restit. & in c. literis. de resti. spo. Idem etiam concludere videtur Gem. post Lapu. in c. cum qui beneficium in princ. in j. colum. de preben. lib. vi. Haec tamen conclusionem limitat esse veram dominus Cardina. Flo. in d. c. consultationibus in v. quaest. dummodo a tali institutione fuerit appellatum: quia tunc bene tractari poterit, alias secus & ratio est secundum eum: quia talis institutio si non appellatur ab ea transfret in rem iudicatum, & habet vim definitiuam. c. fina. cum ibi notat, de elec. lib. vi. & etiam intelligit ipse in cap. ex literis. in §. contrario. §. eodem tit. Sed hic cadit quaestio accessoria pro intelligentia pleniori presentantis, pone quod ipse presentans male fidei nullum habeat aduersarium, sed solus presentet. & ad eius instantiam proponatur edictum publicum, vt moris est, iuxta d. ca. fi. & nemo compareat & sequatur institutio, an si postea veniat verus patronus vel possessor bonae fidei, & petat reuocari dictam institutionem offerens se probaturum malam fidem presentantis, aa. erit audiendus. Conclude breuiter quod non ita decidit Gemina. in c. secundo. de offi. vica. libro sexto. in 3<sup>a</sup> secunda. colum. dicens quod si episcopus instituit aliquem ad petitionem eius qui asserit se patronum emisso edicto publico, tunc patrono vero esset praedictatum pro illa vice. allegat notata. in cap. secundo. de his que sunt a prela. vbi Ioan. Andre. & Abbas dicunt quod si contempri non contradicant infra tempus edicti, de quo in dicto capitulo fina. non possunt amplius contradicere. Istud enim in effectu concludit dominus Cardinal. Florentin. in dicto capitulo consultationibus. in quarta. quaestione. in fin. & sequen. & in dicto capitulo ex literis in tercio contrario. Iam etiam

conclusionem firmat dominus Felin. Sandeus in capitulo, cum Bertoldus. in quarta columna in versiculo. quid autem si ordinarius. de re iudica. Et mouetur inter caetera: quia quando aliquis est iussus loqui, si tacet videtur consentire etiam ad sui praedictum. l. de etat. e. §. qui tacuit. ff. de interrogat. act. capitulo secundo de confessis lib. sexto. notat Innocen. in capitulo primo. de his que sunt a maiori parte. capituli. Si ergo proposito edicto verus patronus modo comparuit, sibi est imputandum: & si quis dicat tenendo hanc conclusionem, quid respondebimus ad iura & autoritates supra allegatas in quibus dicitur, quod male fidei possessor non facit fructus suos, & per consequens videtur quod presentatio & in situ reuocari debeant. Ego respondeo, quod consentio tacitas veri patroni qui non comparuit in tempore edicti. confirmauit illam presentationem, & subsequentem institutionem: & pro illa vice sibi praedictauit per praedicta, vnde postea non auditur petendo illam reuocari. ex qua ratione insertur, quod idem esset, quando ille, qui presentasset, possessor non esset aliquo modo, etiam cum mala fide: quia si patronus non comparuit edicto sibi imputet: quod etiam est de mente praefatorum doctorum. Fateor tamen quod dictus institutus recognosceret verum patronum in futuro verbaliter vel per instrumentum secundum domi. Antoni. de Butr. in capitulo. ex literis. infra eodem. vel patiendo se presentari ab illo, iuxta capit. si vero infra. eodem. & dixi supra in quaestio. vigesima nona. in fi. Sed iterum instabit subtilis contra dictam conclusionem, & dicit quod doctores in dicto capitulo. consultationibus. maxime Abbas in ultimo notabili indistincte dicunt, quod institutio facta ad presentationem eius, qui non est patronus, nec bonae fidei possessor, reuocari debet, & tamen etiam ipsi sciebant verisimiliter dispositionem. dic. capitulo. fina. cum gloss. secunda scilicet quod in presentationibus proponuntur edicta. Ergo sentunt quod non obstante edicto, sit fienda dicta reuocatio. Ad haec ego respondeo, quod Abbas & caeteri loquuntur secundum tempus dicti capitulo. consultationibus. quo tempore edicta non proponebantur, nec obseruabatur dispositio dic. capitulo. fina. & ita intelligit illum text. d. c. consultationibus. domini. Cardina. Floren. in d. cap. ex literis. in §. contrario. Limitatur nunc praedicta conclusio, vt non procedat quando episcopus instituit vel contulisset beneficium sine alicuius presentatione: quia tunc si postea appareret patronus asserens se velle presentari infra tempus debitum petendo institutum remoueri debere, tunc deberet audiri. Iam limitationem colligo ex verbis Gem. in dicto capitulo. secundo. in secunda columna. Et ratio potest esse: quia tunc non est quid imputeretur patrono: ex quo non fuit citatus nec emanauit edictum. In collatione enim beneficiorum non proponitur edictum, vt dicit Hostien. quem refert & sequitur Abbas in dicto capitulo. secundo de his que sunt a prelat. allegat not. in dicto capitulo. fina. de elect. libro sexto. Et pro hac limitatione est tex. in capitulo. decernimus. xvi. quaestio. septima. & de clarau. supra super verbo honorificum. in prima quaestio. dic vt ibi plene dixi. An autem in casibus in quibus debet fieri reuocatio institutionis ille met iudex, qui institutionem fecit, possit illam reuocare, vide Gemini. post gloss. & alios in dicto capitulo. fina. & in capitulo. secundo. de officio vicar. libro sexto in secunda. colum. vbi etiam tangit an vicarius episcopi possit ipsam reuocare. ¶ Vigesimo tertio quaero circa hoc verbum, competens alicui. an ius presentandi competat ei cui mouetur quaestio super iure patronatus vel super quasi possessione illius. Iam quaestionem tangunt glo. & doc. maxime Abb. plene in ca. ex literis. infra. eodem. & in c. secundo. §. de restituti. in integrum. & doct. in c. haec quippe. tercia. q. sexta. & in dictis locis referuntur plures opiniones. Vna est opinio, quod presentatio possit fieri litependente ea ratione: quia presentatio est quidam fructus iuris patronatus. vnde sicut possessori in re prophana colligit fructus litependente, ita in hoc iure. Iam opinionem dicit Abbas in dicto capitulo ex literis communiter sentite doctores. Eandem opinionem tenet Bal. in l. secunda in vltima columna. C. de seruitutibus & aqua. Alia & secunda est opinio, quam tenent gl. in d. capitulo ex literis, quod non possit presentari ille, cui lis est mota. Et dato quod admittatur presentatio, non tamen debet sequi institutio per superiorem, sed debet expectari exitus causae. Hanc opinionem tenet etiam domi. Alex. in cons. suo. lxxv. incipien. visis in penulti. colum. in quarto. volum. Et ratio est secundum glo. praedictam, quia si contingeret presentantem succumbere, non possent restitui fructus presentationis, ex quo institutio

institutio effect facta legitime: quia canonicè institutus non remouetur sine culpa. Iſtam opinionem videtur etiam tenere Ro. in ſuis deciſionibus nouis deciſione prima incipiente  
 51 poſſeſſor. ſub hoc titulo de iure patronatus. vbi dicitur quod licet quando mota eſt quaſtio ſuper caſtro vel villa, in qua ſit ius patronatus poſſit pendente lite per poſſeſſorem fieri præſentatio: quod etiam ſequitur dominus Felyn. Sandeus in capitulo cum Bertoldus. in vltima columna ſupra de re iudicat. tamen ſecus eſt ſecundum Rotam quando lis ſuper iure ſeu poſſeſſione præſentandi moueretur, & lis conteſtata eſſet quia poſt litem conteſtationem mala fides induceretur. & ſic præſentatio fieri non poſſet, vt dicit Rota. ¶ Tertia fuit opinio principalis Ioannis in dicto capitulo hæc quippe. & referret gloſſam in dicto capitulo ſecundo, de integ. reſtitutio. in vlti. gloſſa. vt diſtinguendum ſit, quod aut quaſtio eſt mota ſuper poſſeſſione, quia negatur aduerſarium poſſidere, & tunc non debet admitti præſentatio: quia ſuper hoc pendet quaſtio. & ita intelligitur dic. capitulo ſecundo. aut vero mouetur quaſtio ſuper proprietate iuris patronatus. vt quia negat aduerſarium eſſe patronum, licet ſit in poſſeſſione. & tunc bene poſſet ipſe aduerſarius præſentare. Ratio eſt, quia exiſtens in poſſeſſione rei lite pendente poteſt colligere fructus illius rei, tamen non debet præſentari inſtitui: licet præſentatio admitti debeat, licet & debet ipſa inſtitutio differri in euentum cauſæ. Ratio eſt quia poſſeſſor ſi ſuccumbat, tenetur reſtituere omnes fructus, quos percepit poſt litem conteſtata, vt not. in capitulo grauis. de reſtitutio. ſpoliator. ſed ſi inſtitueretur præſentatus lite pendente & ſuccumberet præſentator in proprietate, non poſſet reſtituere illum fructum quia legitime inſtitutus remoueri non debet. & ideo propter impoſſibilitatem reſtituendi debet differri inſtitutio. Iſta diſtinctionem referret & ſequitur Abbas. in dicto capitulo. ex literis poſt domin. Anton. ibidem in colum. penulti. & idem tenet domin. Anto. in dicto capitulo ſecundo. ¶ Quarta fuit opinio Inno. in d. c. ij. & ibi referret & ſequitur Abb. in pen. col. q. etiam mota quaſtione ſuper poſſeſſione, poterit lite pendente fieri electio, vel præſentatio. Ratio eſt ſecundum præſatos doctores: quia quando quis præſentat ſe eſſe in poſſeſſione non debet prohiberi vt ſua poſſeſſione. tamen ſecundum eos differretur confirmatio in euentum litem: quia illius electio vel præſentatio confirmabitur, qui obtinebit in cauſa. Iſta opinio eſt in effectu eadem cum prima. & ſic Abbas fuit varius quia in dicto capitulo. ex literis. tenet præcedentem tertiam opin. & diſtinctionem. ¶ Quinta fuit opinio Hoſt. in d. c. ij. & ibi referret Abbas. in vlti. col. & primo dicit ipſe, quod prædicta diſtinctio ſeu opinio Ioannis ſupra relata ſibi non placet: quia dat locum ſigmentis. Nam ea attendenda ſecundum eum aduerſarius volens impedire electionem, diceret, quod reus conuentus non eſt in poſſeſſione eligendi vel præſentandi. vnde diſtinguit ipſe ſic, quod aut eſt contentio ſuper iure præſentandi, aut ſuper iure eligendi. Primo caſu non poteſt lite pendente fieri præſentatio. ſic poteſt intelligi ſecundum eum capitulo. ex literis. de iure patronatus & assignat rationem, quia non multum præiudicatur patrono, ſi non præſentat intra tempora, quia dato quod præſentaret non attenderetur præſentatio ſua, ſi non decideretur lis infra tempora præfixa: tunc enim poſſet episcopus eccleſiæ prouidere. capitulo. quoniam. & capitulo. eam te. infra eodem tit. Secundo caſu, ſcilicet quãdo eſt contentio de iure eligendi, cum non ſint determinata tempora ad litem decidendam. argu. capitulo. dudum. & capitulo. congregatio. de elec. poterit fieri electio lite pendente. vt in capitulo. ſecundo. Iſta opinio. Hoſt. ſatis videtur concordare cum opin. gl. in dicto capitulo. ex literis. ſupra relat. Iſta tamen differentiam ſeu diuerſitatem Hoſt. damnat domin. Anton. de Butr. Abb. in d. capitulo. ſecundo dicentes quod iure non probatur. & d. capitulo. ex literis. non dicit præſentationem non poſſe fieri lite pendente: & licet in ſenſu contrario id probare videatur, tamen debet intelligi quantum ad confirmationem, quæ non poteſt fieri pendente lite. mihi etiam diſplicet dicta diſtinctio. Hoſt. quia non eſt rationabilis nec concludens. ¶ Sextam opinionem diuerſam à prædictis videtur tenere domin. Cardin. Floren. in dicto capitulo. ex literis. in vlt. col. dicit enim quod pendente lite ſuper proprietate, poteſt fieri præſentatio & inſtitutio, ſecus ſi mouetur quaſtio ſuper poſſeſſione, ſcilicet an poſſideat vel non: quia tunc differretur inſtitutio. Ratio eſt ſecundum eum: quia poſſeſſio litigioſa non ſufficit, vt quis interim vratur fructibus: iſta ſunt verba ſua. Mihi autem in hoc puncto placet tertia opin. diſtinguens ſupra relata: quia meliori fundamento eſt comprobata: & eam etiam ſequi videtur Archidiacon. in dicto capitulo hæc

quippe. & Hoſt. hic in ſumma in verſiculo quid iuris. in fine & in ſecundo membro diſtinctionis prædictæ: ſcilicet quãdo eſt mota quaſtio ſuper poſſeſſione: vt tunc non debeat admitti præſentatio. concordat etiam Rota ſupra allegata in dicta ſua concluſione prima. & Cardina. ſupra relat. in præcedenti opinio. Et tenendo hanc concluſionem non obſtat, quod dicit Hoſt. ſupra relat. in dicto capitulo. ſecundo. ſcilicet quod iſta opinio. & diſtinctio dat locum ſigmentis: quia ſi dicamus, quod mota quaſtione ſuper poſſeſſione non poſſit fieri præſentatio, dicit ipſe, quod ad impediendum præſentationem ſemper aduerſarius diceret, quod aliter non eſt in poſſeſſione. Ad hoc reſponderetur, quod non eſt veriſimile quod quis dicat alium poſſidere. & eum ſi per hoc ad iudiciũ petat, quando ſciat eo poſſidere propter iuramentum calumnie quod præſtatur in iudicio etiam in ſpiritualibus hodie per capitulum primum, de iuramentum. calum. libro ſexto. nemo enim præſumitur immemor ſalutis æternæ. l. final. C. ad l. Iuliam repe. Item non eſt veriſimile, propterea quod agens vel litigans temere bene cogitare poteſt ſe in expenſis eſſe condemnandum. l. eum quem temere. ff. de iudiciis. l. propterandum. §. ſi autem alterutra. C. de iudiciis. capitulo. finem litibus. ſupra de dolo & contuma. Præterea non eſt veriſimile, quod quis mouet litem ſuper poſſeſſione ad effectum impediendi præſentationem: quia in themate & in quaſtione iſta præſupponitur quod quaſtio ſit mota antequam eueniat caſus præſentationis ſiendæ. & ſic præſupponitur quod lite pendente accidit eccleſiæ vacare: vnde ceſſare videtur fundamentum, vel abſurdum quod dicebat Hoſt. militare: quando autem eccleſia iam vacante oriretur lis vel inter patronos vel inter episcopum & patronum inter præſentatos quid iuris ſit dixi ſupra quaſtione. vigintiſima quarta. vbi honorificum  
 55 Not. tamen vnum circa prædicta quod vbi præſentatio eſſet facta à patrono vel à bonæ fidei poſſeſſore ante litem motam debet fieri confirmatio: licet ante confirmationem ſit mota lis ſuper iure ſeu proprietate iuris eligendi. Ita decidit Abbas. pan. in dicto capitulo. ſecundo circa finem. dicens ita ſentire domin. Anton. ibi assignat rationem, quia ex quo præſentatio fuit facta ante litem motam non ſubiacet amplius reſtitutioni per conteſtationem litem poſtea factam: quia ſicut fructus percepti non ſubiacent reſtitutioni niſi à tempore litem conteſtata: vt ipſe ibi declarat: ita nec virtus iſtius præſentationis iam oblatæ ſuperiori ante litem conteſtata debet impediri per conteſtationem ſuper euenientem. ita Abbas poſt domin. Anton. in dicto capitulo. ſecundo circa finem. ¶ Vigintiſimo quarto quaero circa iſtud verbum competens alicui an præſentatio competat patrono ad beneficium vacans in curia romana. Conclude. quod ſic. quia reſeruatio facta per papam de beneficiis vacantibus in curia non trahitur ad beneficia iuris patronatus. laicorum ne ipſi laici retrahantur à fundatione eccleſiarum ita Lopus de Caſtellione in allegatione ſua xcvi. incipiẽ. beneficia vacantia in curia. & notatur in capitulo. u. cum dilectus. infra eodem. idem tenet dominus Alexã. in conſilio ſuo lxxv. incipien. viſis in quarto volum. & ſignat domin. Felyn. Sandeus in ſuo tractatu quando literæ apoſtolicæ præiudicent &c. in princip. Idem concludit Geminian. reprobata gloſſa in capitulo. ſecundo in tertia columna de præbend. libro ſexto. Et iſta eſt communis opinio. licet aliqui poſt dictam gloſſam tenuerint contrarium quos referret Geminian. vbi ſupra. Et pro iſta concluſione multas alias autoritates accumulatur domin. Felyn. Sandeus in loco præallegato. Limita nunc dictam concluſionem, vt non procedat quãdo ius patronatus habereſt in eccleſia ex priuilegio: vel quando præſentatio competeret ſine patronatu. ita concludit Federic. de Senis in conſilio ſuo lxxv. incipien. infra ſcriptæ quaſtiones. & latius dominus Cardinal. Florentin. in conſilio ſuo lxx. incipien. vacante. in ſecundo dubio in clementi. ſecunda, in ſeptima quaſtione. vt lite pendente. & ſequitur domin. Felin. alias autoritates allegans in dicto ſuo tractatu in verſiculo. limitatur. xj. idem ipſe Federic. in capitulo. noſtra. trigefimo octauo. corollario. de reſcript. idem Archidiacon. & dom. Præpoſt. in capitulo. hortamur lxxj. diſtinctio. & in dictis locis videbis de ratione diuerſitatis. & idem ſignat dom. Alexã. in d. & o. conſilio. ſuo lxxv. licet Barb. in quodam ſuo conſilio. inſerto ante d. conſilium domin. Alexand. contrarium teneat poſt gloſſam in dicto capitulo. ſecundo quæ communiter reprobatur  
 57 vt dixi. ¶ Vigintiſimo quinto quaero an ius præſentandi rectori ad eccleſiam, competat aliquo caſu ei qui non eſt patronus, nec in quaſi poſſeſſione iuris patronatus, nec etiam ſe aſſerat patronum. & ſic quaſtio eſt an alia ratione quam iuris patronatus poſſit quis præſentare rectorem vel clericũ.  
 Traſt. de iure patron. HH Hh ad ec

# Tract. de iure patro.

ad ecclesiam, Abbas in dicto capitu. de monachis. supra de  
præbend. ver. in quarto modo videtur sentire quod sic: dicit  
enim ibi quod ex concessione temporalium ecclesie facta  
religiosis propter eorum paupertatem transfertur in ipsos  
religiosos ius presentandi rectorem in ipsa ecclesia; nec ta-  
men presupponitur illam ecclesiam fuisse patronatam. Con-  
trarium tamen sentit ipse Abb. in capitu. primo versicu. & ex  
58 prædictis. de capellis mona. vbi dicit quod monachi ha-  
bent ius presentandi ad ecclesiam sibi subiectam: ita demum  
si sit iuris patronatus ipsorum: alias secus. facit etiam quod  
dicit Abb. in consilio suo lix. incipiente quidam Iacobus. cir-  
ca fin. in secundo volumine, vbi dicit quod si cessat ius patro-  
natus, cessat presentatio. Pro opinione prima facit capitulum  
postulasti. infra eodem. vbi rector ecclesie patronate: qui ta-  
men non est patronus potest presentare clericos in ecclesia  
patronata. ille tamen tex. non loquitur de presentatione cle-  
ricorum ad perpetuum beneficium, sed de presentatione or-  
dinandorum, qui non debent ordinari, ex quo nullum benefi-  
cium habent. in capitulo secundo & in capitulo episcopus, su-  
pra de præbend. potest ergo rector presentare ordinandos  
ad titulum beneficium sui. vt sic possit ordinari quando faculta-  
tes sufficienter pro vtroque. Alias episcopus talem presentatio-  
nem non habet admittere, vt ibi dicunt Hostien. Abba. & ce-  
teri. & ex tali presentatione non consequuntur presentati a-  
liquem titulum, vel perpetuum beneficium, sed tantummodo  
ad consequuntur alimenta, vt ibi notatur, & per Archidiacon.  
& domin. Præpositi. diui Ambrosii. in capitu. quanto. vigesima  
quarta distinctio. vbi etiam dicit domi. Præpositi. quid sit eccle-  
sia ad quam presentatur clericus ordinandus habeat aliam eccle-  
siam superiorem & patronam: an illius consensus requira-  
tur. dic vt per eum & per dominum Cardinal. Florenti. in di-  
cto capitulo postulasti. in tertia quaestione. Ex prædictis vide-  
59 tur dicendum quod ius presentandi rectorem, vel clericum per-  
petuum non possit competere alii quam patrono. Et si vo-  
luerimus hoc tenere possumus respondere ad decisionem  
Abb. in dicto capitulo de monachis. vt intelligatur, quod cõ-  
cessio ibi fuerit facta de temporalibus ecclesie: patronate. a-  
lias si ecclesia non est patronata, videretur absurdum dicere,  
quod ius presentandi competeret. Ista tamen sol. est diuina-  
tiua. vnde iudicio meo verius est dicere, quod presentatio re-  
ctoris ad ecclesiam quandoque competat non patrono: &  
ita intelligi possit. d. capitu. de monachis. & quod ibi dicit Ab-  
bas, & ita etiam intelligitur clementi. prima. de iure patrona-  
tus. & similia iura quæ indistincte concedunt in presentatio-  
nem personis ecclesiasticis ad ecclesiam sibi subiectam: quia  
illud intelligitur siue sit subiecta quia eam ædificauerint. &  
sic quia sint patroni: siue quia alio modo fuerit sibi concessa  
& subiecta. & ita intelligit gloss. magna in sua distinctione in  
dicto capitu. de monachis. Et præmissa conclusionem sentit  
Abb. in capitu. cum ecclesia. Vulterana. vers. quo ad secun-  
dum de electio. vbi dicit in ecclesia collegiata quando vacat  
præbenda, presentatio spectat ad prælatum & capitulum, &  
institutio ad episcopum, & tamen ibi non presupponitur ius  
patronatus in ipsa ecclesia. & ad hoc allegat Abba. auctoritates  
reprobata quidam alia opinio. vt per eum. & hoc etiam te-  
net dominus Præpositus diui Ambrosii post Archidiacon. in  
capitulo quando. vigesima tertia distinctio. & in capitu. pri-  
mo. xxj. distinctio. idem d. Fel. Sandeus in capitu. cum venera-  
bilis de exceptio. in colum. tertia. & etiam in xij. columna in  
principio. vbi dicit quod in ecclesijs subiectis regularibus ad  
presentationem monachorum episcopus instituit. Nec ta-  
men loquitur quando regulares sunt patroni ipsarum eccle-  
siarum. presupponit ergo quod in quibuscumque ecclesijs  
subiectis monasterio competat ius presentandi monachis  
& multa allegat. & maxime Marianum lausime in dicto ca-  
pitu. de monachis. Dicamus ergo quod hoc casu presenta-  
tio competit non ratione iuris patronatus. sed ratione alterius  
iuris quod habet monasterium in ecclesiam subiectam, & fa-  
cit capitu. extrinsecus. §. qui vero. de præbend. & capit. ad hæc.  
de offic. vicar. vbi rector presentat vicarium perpetuum epi-  
scopo, prout presupponunt doc. ibi. maxime Abbas in dicto  
§. qui vero. in quarta colum. in presentio. in versicu. sed contra.  
& in versu. est etiam aduertendum. & ibidem Per. de Anch. in  
clemen. vnica in quarto notabili. de offic. vicar. & tamen nõ  
est patronus ille rector, vel canonicus de quo ibi. potest ergo  
presentatio competere sine patronatu, vt ex prædictis cõ-  
stat. sic etiam potest competere patronatus sine fundatione,  
constructione, & dotatione. vt voluit Abbas in consilio suo  
xxvij. incipiente in causa communis castri. in secundo volu.   
vbi dicit quod ius patronatus potest competere alicui ex priui

legio Papæ: & sic absque fundatione, constructione, & dota-  
tione. & firmat. domin. Felinus in tractatu suo, quando litera  
apostolica. &c. in sexta colum. versicu. ampliatur decimo. &  
melius in penulti. colum. versicu. limitatur vndecimo. allegat in-  
ter cetera domin. Cardina. Florent. in clement. per literas in  
tertia quaestione. de præbend. vbi dicit quod si ad laicum spe-  
ctat ius presentandi sine patronatu, cessat ratio quæ allegat-  
tur, scilicet ne retrahantur patroni à fundatione ecclesiarum  
ergo concluditur, quod quandoque presentatio rectoris, vel  
capellani competat non patrono nec presupponenti ius pa-  
tronatus. Et facit quod dicunt Archidiaconus, & dominus  
Præpositus in capitu. hortamur. lxxj. distinctio vbi inquit  
60 quod presentatio quandoque competit per viam simpli-  
cis petitionis, vt quando populus petit, vel supplicat quod ra-  
lis presbyter instituat in ecclesia sua: quia illum gratum ha-  
bent iuxta tex. & ibi notatur in capitu. quod Dei. de statu  
monach. & isto modo procedit forte consuetudo quæ est  
mediolani, vbi ad petitionem parochianorum instituuntur  
rectores, valeret consuetudo, quod mortuo prælato deberet  
ferri no tificatio populo, ciuitatis, antequam collegium proce-  
dat ad electionem. ita decidit Innoce. singulariter in capi. quod  
sicut. de elec. & refert. & sequitur Ro. in suo. sing. incipit. cle-  
cum terra. de elec. in septima. char. columna. secunda sed de-  
bit incipere capitulum cum terra, non tamen valeret statu-  
tum, vt dicit dictus tex. & refert Ro. vbi supra. possent tamen  
tales parochiani de quibus supra etiam presentare vigore iuris  
patronatus. quando allegarent se patronos. & ad probandum  
ipsum ius patronatus. allegarent presentaciones ante factas iux-  
ta notata in capitu. quædam. de elec. & plene dicam infra.  
super verbo ipse, vel is à quo causam habuit. in quaestio. vlti-  
ma. in qua tractabo, an possit ius patronatus præferri. ¶ Vi-  
gesimo sexto quaero, circa dicta in discursu precedentis qua-  
61 stionis pone quod rector ecclesie patronate presentauit  
clericum ordinandum ad titulum beneficium sui, iuxta dicti  
capitu. postulasti, an ipso rectore mortuo patronus teneatur  
illum clericum presentare in rectorem concludere quod non,  
vt ibidem probatur, & declarant doctores, quod intellige  
verum etiam si de consensu ipsius patris fuisset presentatus:  
vt ibidem dicit Ioannes Andreas & firmat Abb. in fin. & ra-  
tio est, quia si aliter diceremus per indirectum daretur ius ad  
vacaturum beneficium, quod non est dicendum capitu. nul-  
la cum similibus. supra de conce. præbend. & ista est commu-  
nior & verior opinio secundum Abba. ibi quicquid dixerit  
ibi gloss. referens alias opiniones, subiicit tamen Abb. quod  
de honestate deberet talis presentari, vel de necessitate qua  
do adesset consuetudo. & ad prædicta vide etiam domin. Præ-  
positi. in capitu. quando vigesima quarta distinctio. ¶ Vi-  
62 gesimo septimo quaero, in materia præmissa. pone quod duo  
sunt patro. vnus presentat Petrum qui fuit intitulatus in ec-  
clesia iuxta dictum capitu. postulasti. alter presentat alium:  
an intitulatus data paritate in reliquis debeatur præferri vi-  
deretur dicendum quod sic. ex quo ipse seruierat in illa eccle-  
sia. & ibidem fuerat intitularus de consensu episcopi vel etiam  
patronorum. In contrarium est veritas. ita probat tex. in dicti.  
capitu. postulasti. in verbo non sunt alijs preferendi. & ita  
intelligit ibi Hostien. quem refert & sequitur domin. Card.  
63 Flo. ibi. in fin. ¶ Vigesimo octauesimo quaero, an patronus possit  
promittere de presentando antequam vacet ecclesia, & an  
valeat talis promissio. vide quæ dixi supra. super verbo hono-  
rificum. in vndecima. quaestio. & plene notatur in capitu. si. de  
concessio. præbend. & in toto illo titulo. & super dicto verbo  
honorificum multas. has quaestiones tetigi, quæ etiam bene  
cadebant sub hoc verbo. ¶ Vigesimo nono quaero circa istud  
verbum competens alicui. viso quibus competat ius patro-  
64 natus. & presentatio quibus etiam competat institutio.  
Breuiter concludere quod competit episcopo, & non inferiori.  
ri. tex. in capitu. cum ex iniuncto. in fin. ibi ad cuius officium tã  
institutio quam destitutio pertinet infra. de here. & in capitu.  
nullus. xvi. q. vij. & propterea dicit Abb. in dicto capitulo  
cum ex iniuncto, quod episcopus habet fundatam intentionem  
suam de iure communi super institutione & destitutione. vt  
de prælatu inferior vendicans sibi hanc potestatem debet il-  
lam probare. Ista eandem conclusionem firmat Abb. in ca-  
pitu. cum ecclesia Vulterana. in tertia colum. & sequenti. su-  
pra de elect. & alibi sæpe. Firmat etiam domin. Cardinal. Flo-  
rentin. qui istam quaestionem format in clementina prima,  
in octauesima colum. versicu. solutio pro declaratione quaestio-  
nis de supplen. neglig. prela. vbi iura concordantia allegat. Et  
an tamen conclusionem tenet domin. Felinus Sandeus in capitu.  
cum venerabilis. in tertia columna. de exceptio. concludens  
hoc

hoc procedere etiam si praelatus inferior esset praelatus ecclesie, quia per hoc non habet ius instituendi in beneficiis in ea, vel in eius fundo sitis: sed tantummodo habet ius presentandi, quicquid dixerunt alii, ut per eum plene possit Abbas in dicto capitulo, cum ecclesia, & alios per eum allegatos. Idem tenet dominus. Præpositus, diuiti Ambrosii in capitulo, primo, vnde decima distinctio, & in capitulo, quanto, vigesima quarta distinctio, post Archidiaconum, ibi. Limita tamen hanc regulam ut per Felinum, vbi supra. Prædictam etiam conclusionem tenent glossa & doctor, in capitulo, referentes, supra de præben. dicentes, quod de iure speciali bene potest inferioribus institutio competere ut ibi & faciunt quæ dixi supra super verbo honorificum, in trigesima tertia, quæstio, & clare probatur in capitulo ex frequentibus, vbi Abbas, in prima notabili, supra, de institut. & etiam probatur in capitulo, omnes basilicæ, decima sexta, quæstio, xvij, & alibi sæpe. Et notat quod etiam super hospitalibus habet episcopus fundatam intentionem de iure communi. Item illorum custodiam habet, capitulo, de xenodochiis, de religio, domi, vbi probatur quod omnium priorum ipsorum spectat ordinatio ad episcopum & idem probatur in capitulo, cum ad sedem vbi Abbas, colligit in secundo notabili, de restitutione, spoliato, & facit text. & quod ibi dicitur per Abbatem in quarto notabili in capitulo, cum sit generale de foro competent. & text. & quod ibi notatur, in l. omnia privilegia, C. de episcop. & clericis. Nota tamen quod licet de iure speciali, puta præscriptio, vel privilegio ius instituendi spectaret inferiori, non tamen sibi competet ius restituendi, ita Abbas singulariter in capitulo finali, in penult. col. supra de statu monach. Remittens se ad plenius dicta per eum in capitulo si quis contra clericum, de foro competent. Idem Ioan. Andre. Ioan. Calde. & Abbas, & ceteri commuiter in capitulo, cum ex iniuncto, de de hæreti. Idem Gemina, in capitulo, nemo deinceps, in fin. de elec. libro sexto, idem Abbas, in capitulo, accepta in fin. de restit. spolia, an autem ex dispositione testatoris possit ad inferiorē episcopo spectare institutio. Traditur in dicto capitulo, nobis per Abbatem maxime & in capitulo, cum dilectus, de consuetudi. & per dominum, Felin. in capitulo, cum accessissent, de consuetudi. dicam, infra super verbo de dioecesi consensu, quæstio, duodecima. ¶ Tertio quæro si an institutio competat soli episcopo, an autem competat episcopo & capitulo simul, in hoc puncto reperio quod Abbas Panormita, in capitulo, cum ecclesia, Vulterana in tertia columna, supra de elec. Concludit quod episcopus in institutione fienda non requirit consensum canonicorum sed potius consilium: allegat text. in argu. in capitulo, nouit, & in capitulo, quanto, de his quæ sunt à præla. vbi idem tenet ipse: istud idem voluit dominus, Cardina. Florenti, in d. clement. prima, de supplen. negli. præla. vbi dicit quod ad solum episcopum spectat institutio, & hoc satis probatur in capitulo, nobis, infra eodem, vbi text. dicit præsentationem esse fiendam episcopo: nec aliquis dicit de capitulo, & ita obseruat consuetudo. Quid autem in collationibus aliorum beneficiorum, quæ non sunt de iure patronat. an requiratur consensus capituli. Ponit etiam Abbas, post alios in d. c. cum ecclesia Vulterana in quarta columna. ¶ Trigesimo primo quæro an vicarius generalis episcopi possit ex suo officio instituere presentatum, videtur dicendum quod non per textum in capitulo fin. de offic. vicar. libro sexto, qui ad literam dicit, quod vicarius generalis episcopi non potest conferre beneficia nisi specialiter sibi commissum sit: & rationem assignat text. quia collatio est donatio quæ donatio non venit in generali mandato & per illum text. dicit Paul. de Cast. in consilio suo lviij. incipien. venerabilis vir circa finem. ¶ quod actus presentandi non competit vicario sine expresso mandato domini, ergo videtur etiam quod sibi non competit actus instituendi, & ita etiam reperio expressè tenere dominum Cardina. Florenti, licet nihil alleget, in clementina prima in nona quæstio, eodem titulo, de iure patronat. Et idem Ioan. de Imol. ibi in vltima columna, in versu, sed quid si clericus. ¶ Contrarium tamen tenet glossa, per illum text. & ibi Ioan. Andre. & Ioan. de Imol. in secundo notabili, & expressius Abbas, in capitulo, ex frequentibus, supra de institut. Idem Abbas, in capitulo, cum olim, & obediens. Idem tenet Ludovic. Roma, in singularibus suis, in secunda parte in singulari, incipien. tu scis quod fundatores, charta, decima sexta, columna quarta. Et hoc etiam sentit in consilio suo cccxv. incipien. in re presentati, & sic ista videtur communiter opinio, quæ plane procedet si tollatur obiectum de dicto capitulo, fin. Respondeo igitur ad illum text. pro ut responderet Abbas, in d. c. capitulo, ex frequentibus, quod ille text. loquitur in collatione: Nos autem in institutione, & ratio diuersitatis est: quia collatio (ut dictum est) est quædam dona-

tio quæ non venit in generali mandato, sed institutio est necessitas, nec exercetur aliqua liberalitas: quia ex quo presentatus est idoneus debet de necessitate institui per superiorē, capitulo, decernimus, decima sexta, quæstio, septima, & propterea nihil repugnant quominus veniat in generali mandato. Ad auctoritatem Paul. de Cast. respondetur quod fundatur super dicto capitulo, fin. qui text. non loquitur in terminis nostris ut supra dixi, Ad auctoritatem Cardin. & Imo. respondeatur quod nihil facit, quia nihil allegat, vnde ei non est credendum, ut dicit Bald. in l. republica, C. ex qui. cau. maio. & facit quod dicit glossa, in l. prima, C. de legibus, quinimo dicit Abbas, notanter post dominum, Anton. de Butr. in capitulo, tua nos, infra de vsuris, quod etiam communi opinionem doctorum vel glossarum non est standum, quando iure vel ratione non fundatur. ¶ Trigesimo secundo quæro circa hoc verbum competentis alicui si an capitulo competat ius instituendi vacante, breuiter concludo quod sic, casus est in capitulo, primo & per illum text. ita firmat Calderin. in consilio suo tertio incipien. te, an capitulum sub hoc eodem titulo, ita etiam per illum text. concludit Abbas, in capitulo, cum olim supra de maio. & obediens. Aduerte tamen quia capitulum licet vacante possit instituere presentatum, non tamen potest conferre, & text. est in dicto capitulo, primo, & in capitulo, vnico, distinguendo ut ibi, ne sede vacante, eodem libro. Et ratio diuersitatis non plene potest assignari ut per plura dicit dominus, Felin. in dicto capitulo, cum olim, in prima columna, Abbas, tamen ibi nec discrepat Felin. ponit rationem quam posui in præcedenti quæstione, An autem in aliis spectantibus ad episcopum succedat capitulum vacante sede traditur plene pro do, Felin. post Abbas, in d. capitulo, cum olim, & per eundem dom. Fel. in capitulo, eam te, in decima sexta, colum. versu, in mandato, supra, de rescript. & in capitulo, irrefragabili, de offi. ordin. & quid sit in capitulo regularium Abbas, remoto: vide Panor. in capitulo, fina: supra de statu, monach. & in capitulo, cum dilectus, supra, de consuetudi. ¶ Trigesimo tertio quæro circa materiam præmissam scilicet quis possit instituere, pone quod papa deleget alicui ut ad presentationem eius quem nouerit patronum, ordinet ecclesiam, an talis delegatus poterit instituere concludo quod non, sed tantummodo habebit declarare, casus est in capitulo, super eodem, supra de offi. deleg. dic ut ibi habetur, ¶ Trigesimo quarto quæro si an possit episcopus extra territorium suum instituere presentatum, concludo quod non secundum Abbas, in capitulo, nouit, de offic. de lega. rationibus de quibus ibi per eum. ¶ Trigesimo quinto quæro si an ius instituendi competat abbati in ecclesiis sibi subiectis pleno iure, concludo quod sic, ita probatur in capitulo, in lateranensi, & ibi Abbas, supra de præben. Aduerte tamen quod licet ad exemptos perueniret ius patronatus: puta cum vniuersitate aliqua, tamen institutio spectaret ad eum, ad quem spectabat prius: quia in eos non potest esse plus iuris translatum quæ haberet transferens, casus est in capitulo, cum seculum, infra eodem, & ad prædictas quæstiones vide etiam Hostien. in sum. in tit. de institut. ver. quis possit instituere in tit. de offic. or. §. quid pertinet, versu, sunt autem quædam, & sic sum expeditus de quæstionibus applicabilibus huic verbo competentis alicui, capio nunc verbum in ecclesia.

- 1 Ius patronatus an possit haberi in ecclesiis cathedralibus.
- 2 Reges vel principes an sint patroni ecclesiarum cathedralium.
- 3 Ius patronatus an possit haberi in ecclesia collegiata.
- 4 Presentatio ad prelatum quare non possit fieri in ecclesia collegiata, sed bene ad alia beneficia inferiora.
- 5 Laicum etiam patronum non habere ius eligendi regulariter, limitatur tribus modis.
- 6 Ecclesia quando dicatur collegiata: & qua sint signa cognoscendi.
- 7 Ius patronatus an possit haberi in ecclesia conuentuali vel religiosorum.
- 8 Ius patronatus an possit haberi in hospitali.
- 9 Episcopus debet ponere rectorem in hospitalibus nisi hospitale habeat patronum.
- 10 Ecclesiarum larga appellatione an veniant hospitalia, & an hospitale priuatum possit visitari per episcopum.
- 11 Hospitali publico duo considerantur videlicet ius patron. & regimen hospitalis.
- 12 Ius patro. an possit haberi in collegio vel loco deputato ad alendos scholasticos vel studentes.
- 13 Ius patronatus an possit haberi in sepultura seu sepulchro, quod quispiam construat.
- 14 Extraneus an possit sepeliri in sepulchro, inuito patrono.
- 15 Ius sepulchri non transit ad hæredes extraneos sed solum ad descendentes.
- 16 Ius qd habet qs in sedib. vel banchis in ecclesia an dicatur ius patronatus.



# Tract. de iure patrona.

**I**n ecclesia Circa istud verbū formabo aliquas quæstiones per quas parebit an ius patronatus possit haberi in aliis locis quam in ecclesijs & an in quibuscunque ecclesijs vel locis pijs haberi possit. ¶ Primo quæro igitur. An ius patronatus haberi possit in ecclesijs cathedralibus. Breuiter dicam quod sic. quod probat per istud verbum in ecclesia positū in diffinitione quod est generaliter prolatum: & sic comprehendit ecclesias cathedrales quam alias & eodem modo probatur in tex. in capitu. nobis. infra. eodem & in multis alijs iuribus huius tituli. probatur etiam ex identitate rationis. quicunque ergo ipsam ecclesiam fundauerunt, construxerunt, & dotauerunt, erunt patroni. idem si ex priuilegio id habeant. vt dicit domin. Præpositus. in capitu. hortamur. in prima columna. lxxj. distin. infra dicam plenius in vltima quæstione sequētis verbi. Est tamen aduertendum quod licet in tali ecclesia cathedrali possit haberi ius patronatus. quod tamen patronus vel patroni non presentabunt episcopum in dicta ecclesia. sed bene presentabunt clericos ad alia beneficia particularia. vt dicitur in sequenti quæstione. & etiam habetur per domin. Præpositi. di. Ambrosii. in capitu. imperium. decima distin. Aduertendum est etiam circa præmissa quod Archidiacon. in cap. lectis. lxxij. distin. per illum tex. dicit quod reges vel principes sunt patroni ecclesiarum cathedralium. quod etiam dicit Bald. in capitu. quanto. de iudic. & in proemio decretali. sed hoc non probatur aliquo iure. & contrarium tenent domin. Præpositi. in capitu. lectis. præallegato. & plenius in dicto capitu. imperium. vbi dicit quod prædicta decisio Archidiacon. & Bal. debet intelligi quærum ad protectionem non autem quantum ad electionem vel presentationem. & facit quod dicit Abbas post Vin. & Philip. in capitu. venerabilem. super glossa in verbo carebit. de electio. vbi dicit. quod Imperator non est patronus Romanæ ecclesie dato quod sit aduocatus & defensor illius. vt in illo tex. dicitur. ¶ Secundo quæro an ius patronatus possit haberi in ecclesia collegiata. prædicta faciunt quod sic. & est textus clarus in capitu. nobis. infra. eodem. est verum quod prælati non presentabunt hoc casu à patrono. sed eligetur à collegio. & electioni factæ patroni postulabitur assensus de honestate ratorum. & non necessitate. vt sic possit contradicere. ne confirmetur electus si in eam habeat causam contradicendi. vt dicitur & notatur in dicto capitu. nobis. & in capitu. sacrosancta. per Abbatem maxime supra. de electio. & secundum prædicta est intelligendum. quod dicit domin. Alexand. in consilio suo lxxiiij. incipiente. vltimo puncto. in penultim. colum. in quarto volumi. vbi videtur velle quod in ecclesia collegiata non habeatur ius patronatus. quia intelligi debet. scilicet quod presentatio prælati non fiat in ecclesia collegiata ad prælaturam. & quod hoc velit patet. quia allegat dictum capitulum nobis. & ex verbis suis sequentibus id clare colligitur. ¶ Limitat tamen hoc nisi patronus tempore foundationis ibi reseruasset presentationem prælati de licentia episcopi. quia tunc licet non possit eligere prælatum. tamen poterit eum presentare. Ita decidit domin. Cardina. florentin. post Pet. de stagno in cle. plures. §. fin. in fin. eodem titu. Ad alia autem beneficia inferiora existentia in ipsa ecclesia collegiata patronata presentabit patronus canonicos vel clericos. Ita dicit Abb. post Ioan. Andre. in dicto capitu. nobis. in versic. circa primum. vbi formaliter dicit quod patronus poterit presentare ad præbendam in ecclesia collegiata. quod etiam firmat Abb. in capitul. suggestum infra eodem & consilio suo lviij. incipiente. Christi. &c. in primo volumine. in vltim. colum. Idem dicit Ioan. de Imol. in capitu. fina. in vltim. nota. supra de concess. præbend. subiiciens quod ista est communis opinio. Idem pulchre firmat & declarat Abba. in capitu. cum ecclesia Vultarana. in iij. colum. supra de elec. & domin. Præpositi. diui. Ambrosii in ca. primo. in vj. colum. xxj. distin. vide omnino ea quæ dico infra super verbo & dotauit. in vlt. quæst. Et si quis quærat de ratione diuersitatis quare in ecclesia collegiata non possit fieri presentatio ad prælaturam sed ad alia beneficia inferiora sic dicat rationem esse. vt est in mente omnium. in dicto capitu. nobis. Et etiam ponit Abb. in dic. sacrosancta. quia in ecclesijs collegiatis prælati eliguntur. vt patet per gloss. in capitul. quamquam. de elec. lib. vj. & est tex. vbi notant omnes in cap. primo. de ele. & in d. c. nobis. & alibi sæpe. sed electio ad beneficium ecclesiasticum est quid mere spirituale. spiritualia autem non cadunt in laicos d. cap. sacrosancta. cum similib. igitur. &c. Ista ratio cessat in beneficijs inferioribus in quib. non proceditur per viam electionis. & sic in illis bene potest habere locum presentatio. Quare autem electio prælati in ec-

clesia dicatur magis quid spirituale quam presentatio ad alia beneficia inferiora. declarat Abb. in d. c. sacrosancta. & facit notata per eum & alios in c. quanto. de iud. stat ergo ex prædictis conclusio quod laicus etiam patronus non habet ius eligendi. Amplia nunc istam conclusionem aliquibus modis vt per Abb. in d. c. sacrosancta. in quarto not. Limita etiam dictam conclusionem pluribus modis. Primo limita vt non procedat quando ex priuilegio papæ electio concederetur laico. vt dicit gloss. & docto. in d. c. nobis. & in d. capit. sacrosancta. sicut etiam quando concessum fuit ius conferendi. vt in cap. Adrianus. lxxij. distin. & habetur per Ioan. Andr. in cap. secundo. de præbend. lib. vj. ¶ Secundo limita vt non procedat in laico conuerso. vt per gloss. in c. ex eo. in fin. de elect. lib. sexto. quia saltem de consuetudine poterit interesse electioni vt ibi per Abb. in capitu. i. in fine supra de procurat. declarando vt per eum ibi. & in cap. cum olim. in vlt. colū. de arbit. & etiam habetur in alijs locis memoratis per dom. Fel. in cap. cū M. ferrariensis. in x. co. de consi. ¶ Tertio limita vt non procedat in electione non spirituali. scilicet quæ fit ad locum non ecclesiasticum vel ad dignitatem secularem: ita dom. Card. Flor. in d. c. nobis. in §. ceterum. in quarta opposit. infra. eodem. per tex. in §. si quis ædificationem. in authentico. de eccl. titulis. & satis de se patet. An autem clericus secularis possit habere vocem in capitu. regulari ex pacto in fundatione apposito vel ex consuetudine vel priuilegio vide Fel. in capitu. cum M. in decima columna. de consi. & dicas per eum. ¶ Sed circa præmissam quæstionem in qua conclusum est ius patro. haberi posse in ecclesia collegiata. subortitur dubitatio quædo ecclesia dicatur collegiata & quæ sint signa id cognoscendi. In hoc dicas prout declarat docto. in d. capitu. nobis. post gloss. ibi & domin. Cardin. Flo. in cle. vt hi qui. in prin. in tertia. colum. in quarta. q. de arate & qua. & domin. Ale. in consi. suo lxxiiij. incipiente. vltimo puncto. in prima colum. in quarto volum. & in consi. sequenti. & domin. Feli. Sandeus. in capitu. accedentes. supra de præscript. circa principium. ¶ Tertio quæro an in ecclesia conuentali vel religiofora. puta in monasterio possit haberi ius patrona. videtur concludendum quod sic. ita probatur in dicto ca. p. nobis in verbo in conuentali. quod verbum comprehendit omnes ecclesias collegiatas. vt ibidem notat Abbas post alios. Istud idem sentit Abbas in capitulo quoniam. infra. eodem. circa medium. ibi nam quoties accidit in capellis fundatis in istis ecclesijs conuentalibus. facit ratio: quia iura non distinguunt. sed generaliter loquuntur de omnibus ecclesijs. Item facit. quia ipsum corpus monasterii potest esse sub potestate patroni. capitulo monasterium. & capitulo sequenti decimasexta. quæstione septima. capi. dilectus supra de consuetu. cum similib. Ergo etiam in ipso monasterio puta in vna capella vel altari potest haberi ius patronatus. Contrarium tamen tenet Abbas Panormitan. in consilio suo lix. incipiente. domin. Iacob. de Rachaneto. in vltima columna. in secundo volumine. vbi dicit. quod ius patronatus non potest acquiri in ecclesia religiosorum ipsi inuitis. maxime in altari maioris: ne accessu seculariū religiosi patiantur aliquod scandalum. & ne ecclesia eorum patiantur hanc seruitutem. hinc prohibetur clericis seculares beneficiari in monasterio. capitu. final. §. præcipimus. supra de statu mona. & ibi clarius Abbas videtur hanc seculam opinionem tenere dum dicit se putare. quod clerici seculares non possint intitulari in monasterio. & sic non possint deputari secundum eum altare in monasterio. vt instituat ibi clericus secularis: ista sunt verba sua vbi supra subiiciens hoc esse bene notandum. Fatetur tamen quod poterit deputari certum stipendium. non tamen in titulum proficiendo in monasterio. Istam opinionem tenet dominus Felinus Sandeus. in capitulo cum venerabilis. in decimasexta da columna. de exception. vbi dicit quod in capellis fundatis in monasteriis mendicantium nullus est patronus. nec vacant. Allegat Petr. de Anchar. in consilio suo cvij. alias est conf. cxij. incipiens iura quæ loquuntur. ego credo in hoc potest dicendum. quod ipsum monasterium fundatum & dotatum debito modo possit esse ius patronatus. quia isto modo nullū sit præiudicium monachis. qui tempore foundationis nondū sunt in ipso monasterio. de hoc est casus in dicto capitu. dilectus de consi. & probant alia iura. supra allegat. sed postquam monasterium est constructum liberum. ita quod ius patronatus ad aliquem non spectat. credo verum esse quod dicit Abba. in d. c. si. quod non possit ipsa seruitus imponi in illo monasterio. vt aliquis sit ibi patronus. & sic quod nemo clericus secularis possit ibi intitulari religiosus inuitis. sed eis volentibus. credo secus dummodo tamen non sit de congregatione ipsorum

forum religiosorum: quia nihil est quod repugnet, & hoc factis est de mente Ioan. Andre. post Hostien. ibi in d. c. fi. §. precipimus. de statu monac. & Abbatis in dict. suo consilio. lviij. Et etiam satis probat text. iuncta glo. in verbo clericos seculares. in dicto §. precipimus. dum dicit quod in eodem officio dispartiri non debet esse professor, &c. Et sic prohibet clericum seculares in ecclesia religiosorum intitulari. ita ut sit eodem officio & congregatione eum religiosus. vult ergo à contrario: quod dummodo ipse clericus secularis non sit de illa congregatione, quod admitti possit. Et ita ego teneo. & posito quod quis vellet tenere partem contrariam, scilicet quod nullo modo clericus secularis in monasterio vel alia ecclesia religiosorum institui possit, tamen nihil repugnat quin minus ibi haberi possit ius patronatus. saltem quantum ad alios effectus quam presentationis. & ita probatur in dicto capitulo dilectus. cum aliis supra allegatis. & si tu dicas qui sunt isti alii effectus, respondeo quod tradunt per doctores in capitulo primo. & etiam in c. nobis. ubi melius. infra eodem. & declaravi supra super verbis honorificum, onerosum, & vitale. & tradit Abbas. super hac rubrica: & vnus effectus in proposito nostro ponitur in capitulo sacrosancta. supra de elect. q. text. expresse loquitur de patrono monasterii. & dicit quod facta electione Abbatis vel prelati patroni, honestus postulabit assensus de quo etiam habetur in dicto capitulo nobis. Fateor tamen, quod in ecclesia mendicantium non habeatur ius patronatus. quia ibidem non cadit donatio, ex quo tales ecclesie nihil habere debent. capitulo primo versi. confirmatos. de religio. do. libro sexto. sed sine donatione non acquiritur ius patronatus. ut dicit doct. post Innocen. sub hac rubrica. & dicā. infra. in verbo & dotauit. igitur, &c. Et in istis terminis loquitur Pet. de Ancha. in dict. consil. cxij. & domin. Felin. in dicto capitulo cum venerabilis. Et ita limitanda est & declaranda conclusio supra facta. Et idem tenet Ioan. de Anan. in consil. suo lxxxj. incipien. pro expeditione. ubi dicit, quod iura locutionis de iure patronatus non habent locum in capellis fundatis in ecclesijs, in quibus habitant medicantes. & quod dictæ capellæ sunt liberæ in administratione ipsorum fratrum & quod sunt effectus sancta sanctorum. & sequitur ibi excellens doctor dominus Ludouic. Bologninus in additione sua. ¶ Quarto quæro, an ius patronatus haberi possit in hospitali. videtur dicendum, quod non: quia de ecclesia raturum modo loquitur diffinitio iuris patronatus. & aliud est ecclesia, aliud hospitalis. vel monasterium. capitulo secundo, ubi nota. Abbas, supra de consuetudin. in contrarium est veritas. Et per ista conclusio videtur casus in §. si quis ædificationem. in authentico. de eccle. ti. ubi dicitur, quod si quis ædificari nam dauerit xenodochium, orphanotrophium, vel aliam venerabilem domum, & disposuerit ad aliquem spectare, puta ad hæredes electionem gubernatoris ad ipsum ædificatorem. & ad hæredes spectabit electio, & ad episcopum confirmatio. & ibi Barto. firmat & clarius Abbas Panormitan. in capitulo de xenodochijs. supra de relig. dom. ubi dicit quod ad episcopum spectat ponere rectorem in hospitalibus, nisi hospitalis haberet patronum: quia tunc ad episcopum spectat raturum modo confirmatio subiciens se latius dixisse in quadam sua disputatione, quæ incipit Sempronius, ubi vide. Pro ista etiā conclusione videtur text. in clementi. quia contingit. de recli domi. & ibi vide. clare hoc dicit domin. Cardina. Florenti. in princip. in septima quæst. Idem Abb. in capitulo olim. primo in notabilibus. supra de restitutio. spoliato. Idem Bald. in consil. suo clxv. incipiente ordinatio testamenti. in quarto volumi. Intellege tamen præmissam conclusionem in hospitali publico. & sic in hospitali cum consensu episcopi constructo, vel fundato, quia aliter non posset ius patronatus. in eo acquiri, ut patet ex diffinitione iuris patronatus. supra in princip. huius operis descripta. ea enim hospitalia, vel oratoria quæ sunt fundata sine episcopi autoritate, priuata appellantur, & possunt reuocari & reduci ad priores vsus prophanos ut per Innocen. plene in capitulo inter dilectos. de donatio. quem refert & sequitur Abb. Panormita. in capitulo. pe. versi. secundo infra. de immunita. eccle. & probatur in capitulo ad hæc. & ibi Abb. no. & hoc pulchre declarat supra. de relig. domi. & est pulchra gl. in clementi. quia contingit. in verbo altare. de relig. domi. Et firmat domin. Cardina. Florent. in consilio suo vndecimo. incipiente quadam societate. columna fina. & de his etiam habetur aliquid per Bal. in consilio suo cccxx. incipiente præmittendum. in quinto volumine secundum nouam impressionem. & hoc casu qui fundauit tale hospitale priuatum non est proprie patronus illius. sed dominus regens ipsum auctoritate propria. ita domin. Felin. Sandeus. in capitulo. de quarta.

in secunda columna. in fi. & in quarta columna in princ. §. de præscrip. dicit tamen Abbas Panormitanus in capitulo inter dilectos. in penultimo notabili per illum textum supra de donatione. quod domini hospitalis priuati possunt dici patroni ratione spiritualitatis, ad quam deputatur hospitale: quasi dicat, quod illo respectu non possunt dici domini. argument. l. in tantum. ff. de rer. diuisi. in §. sacra. An autem tale hospitale priuatum possit vendi, vide Abb. post alios in capitulo penultimo. supra de sepul. Item si dubitaueris, an tale hospitale priuatum possit visitari per episcopum, dic. ut per Federic. de Senis in consilio suo cxj. incipien. talis quæstio est. an dioecesanus, &c. & per doctor. in dicto capitulo. inter dilectos. & per Abba. in capitulo. sopite. de censibus. & dicam in sequenti versu. in quæstione duodecima. in fin. Et nota circa prædicta, quod etiam locus priuatus dici potest quandoque, dato quod consensus episcopi in eius fundatione interuenit, scilicet, si statum sit tempore fundationis, quod ecclesiasticus locus non sit. ita domin. Cardinal. Florent. in consilio suo vndecimo incipien. quædam societas. stat ergo conclusio supra facta, quæ in hospitali publico potest haberi ius patronatus. Pro qua conclusione etiam facit: quia appellatione ecclesiarum veniunt hospitalia saltem large, ut dicit Geminian. in capitulo cupientes. §. primo. de elec. libro sexto quem refert & sequitur domin. Felin. in dicto capitulo. de quarta in quarta colum. in fi. allegans etiam Federic. de Senis in dicto consilio suo cxj. ubi dicit, quod, hospitale saltem appellatur locus ecclesiasticus. de quo etiam per Abb. declarantem in capitulo. penult. supra de sepulchris. & per istud fundamentum respondetur ad contrarium supra adductum: scilicet, quod in diffinitione iuris patronatus non fiat mentio de hospitali, sed de ecclesia tantum, quia ut dictum est in proposito nostro appellatione ecclesie continetur hospitale. Largo saltem modo ut per Abb. in dicto capitulo. secundo. de consil. & sic ex prædictis habemus vnum casum in quo idem iudicamus de ecclesia quod de hospitali, quia sicut fundator ecclesie acquirat ius patronatus. ita fundator hospitalis si id faciat cum episcopi consensu. Alios decem & octo casus accumulatur domin. Felin. in dicto capitulo. de quarta. in secunda & tertia colum. ubi alia in materia hospitalium accumulatur, & ex verbis suis colligere etiam poteris multas alias species hospitalium, scilicet aliud priuatum aliud publicum: aliud habens ecclesiam annexam: aliud non, dic. ut per eum. ¶ Duo etiam sunt consideranda in hospitali publico, scilicet ius patronatus. & regimen hospitalis. ita dicit Bald. in consilio suo clxv. incipien. ordinatio testamenti. in quarto volumine. Primum autem secundum eum transit etiam ad impuberes. Secundum vero non committitur nisi discretis, & idoneis, & propterea infert ibi notabiliter, quod ubi testamentarius non est idoneus ad regimen, tunc esset locus datus ad instar tutoris iuxta l. non solum. §. si libertus. ff. de exculati. tutor. subiicit etiam ibi notabile verbum, quod ubi duo presentarentur ad regimen hospitalis, quod senior esset in dubio preferendus. allegat l. si ff. de fide instrument. decidit etiam ibi quod in dubio masculi prefererentur foeminae. quod etiam dixit ipse Bald. in l. prima. ff. de senatibus de quorum dictorum veritate vide supra super hoc verbo honorificum. quæstio. decima quinta. & aliquid faciunt dicta in 12 q. lix. in fin. super eodem verbo. ¶ Quinto quæro, an in collegio vel loco deputato ad alendos scholasticos, vel studentes prout in collegio Catonis huic ciuitatis, vel in collegio Castellioneo, vel Marliatorum Bossiorum, vel similibus possit haberi ius patronatus. Pro parte negativa facit: quia in diffinitione iuris patronatus non continentur ista loca, vel collegia: quia in ea fit tantummodo mentio de ecclesijs: unde cui non competit diffinitio nec diffinitum. l. prima. §. dolum. ff. de dolo. aliud enim est ecclesia: aliud collegium, vel alius locus pius. capitulo. secundo. & ibi not. de consuet. ¶ Secundo facit, quia patroni proprie dicuntur qui habent presentare rectorem, vel clericum ad loca publica, vel ecclesiastica coram episcopo. patet in hoc tit. per totum. Et ita formaliter dicit Ioan. de Imol. in capitulo. inter dilectos. in penul. col. §. de don. sed qui erigunt talia loca non habent id facere ergo, & cetera. ¶ Tertio facit, quia quis non acquirit ius patronatus. in loco, nisi ille locus erigatur, vel sit erectus cum consensu episcopi, ut probatur in diffinitione iuris patronatus. in verbo dioecesanus consensu, & infra videbimus super dicto verbo, sed ista loca non sunt huiusmodi igitur &c. Pro parte contraria & affirmatiua facit, quia ista loca videntur esse quadam hospitalia tanquam deputata ad hospitandum & alendum pauperes scholasticos: & possunt appellari ptochorrophia: id est loca in quibus pauperes aluntur prout exponit glo. in l. illud. C. de sacrosan. Traç. de iure pat. H H H 3 eccle.

# Tract. de iure Patro.

ecclie. ergo videtur quod in ipsis locis possit haberi ius patronat quemadmodum & in hospitalibus, de quibus præcedenti quæstione. Breuiter ista videtur mihi veritas ex mente doctorum allegatorum in præcedenti quæstione, quod in similibus locis proprie non habeatur ius patronat. quia sunt loca priuata, hoc est sine episcopi consensu erecta, & ille qui crexit dicitur potius dominus regens ea autoritate propria vt dixit domin. Felin. Sandeus in simile de hospitali priuato in capitu. de quarta in secunda & quarta columna. de præscriptiõni. Large tamen possunt tales appellari patroni, quia sunt domini loci deputati ad pium vsum, ita formaliter Ioann. de Imol. in dicto capitu. inter dilectos adducens illud quod interdum vulgariter dicitur, talis est patronus talis possessio nis vel domus & tamen sermo sit de domino: & dicit Abba. ibidem quod tales domini locorum priuatorum, puta hospitalium fundatorum sine autoritate episcopi possunt dici patroni ratione spiritualitatis, ad quã deputatur illa loca. Ex prædictis ergo inferitur, quod si talia collegia vel loca pia cum autoritate episcopi fundarentur bene haberetur in illis ius patronatus. prout in hospitalibus dictum est in præcedenti quæstione: quia eadem ratio militat vtroque casu, & tunc rector vel gubernator illius loci eligitur a patrono, & presentabitur episcopo, & episcopus illum confirmabit vt dicit Ab. in capitu. de xenodochiis. supra de religio. domi. & in aliis locis allegatis in præcedenti quæstione. ¶ Sexto quæro, an ius patronat haberi possit in sepultura, seu sepulchro, quod quispiam construat: breuiter concludo quod non. Et me mouet: quia non conuenit hoc casu diffinitio iuris patronat. et ego nec diffinitum. l. prima. §. dudum. ff. de dolo. Secundo me mouet, quia militat eadem ratio in construente sepulturam quã in construente ecclesiam, vel capellam: quia erigere ecclesias, vel capellas, tendit ad cultum diuinum, sed non sic in sepulchris. Et istam conclusionem sentit Abb. clare in capitu. primo. de sepul. vbi dicit, quod quis potest in ecclesia habere propriam sepulturam, scilicet respectu vsus, nõ autem potest habere dominium, quia res sacræ & religiosæ nõ sunt in dominio alicuius. l. in tantum. §. sacræ. ff. de rer. diuisio. & hoc ius quod habetur in ipsa sepultura, habetur secundum Abb. ibi. & docto. in capitu. quanto. de indi. potius ex tolerantia ecclesie quam de iure scripto. sicut dicimus in iure patrona. Ista sunt verba Abbatis in præallegato loco. Sentit ergo Abbas loquẽdo similitudinariẽ, quod illud ius, quod habetur in sepultura, non sit ius patronat. quia nullum simile est. Idem glossa. in capitulo capitulum sanctæ crucis. de rescript. & in l. quod Nerua cum similibus. ff. de positi & eisdem verbis similitudinariẽ loquendo vtitur ipse Abbas in dicto capitulo. penultim. de sepulchris. circa medium. Appellatur autem tale ius: ius funerandi, vt per glossa. & docto. in dicto capitulo. quanto. de iudiciis. & per docto. in dicto capitulo. ij. de sepulchris. in quamplicibus locis. & est annexum spirituali, vt per Innocen. in dicto capitulo quanto. Est verum. & Abb. in dicto capitulo. primo. post supra dicta appellat patronum sepulchri eum qui habet ius in sepulchro. Tamen potest intelligi eius dictum largo modo loquendo ratione similitudinis quã habet illud ius sepulchri cum iure patronat. Et ita credendum est intellexisse Abbatem ne in continentem videatur sibi ipsi fuisse contrarium. an autem habeatur quasi possessio per laicos in talibus iuribus funerandi, sicut in iuribus patronatus, vide Collec. Abbatem & alios in dicto capitulo. quanto. vbi etiam tradunt ad quem spectat cognitio, cum agitur de iure funerandi. dic vt per eos. Nota tamen quod tale ius non potest haberi in sepulchris sine consensu episcopi. ita Hostien. quem referunt & sequuntur Ioan. Andre. & Abb. in dicto capitulo. penultim. & ibi etiam traditur per docto. tan inuito patrono sepulchri possit alter extraneus ibidem sepeliri. vide per eos, & per Archidiacon. in capitulo. præcipiendum. decimatercia quæstio. secunda. & per Roman. in singularibus suis: singulari incipiente. quæstio est in factis. charta. decimanona. colu. quarta. & per Petrum de Anchara. in consilio suo cxvi. & per Ioan. de Ana. in consilio suo lxxvi. incipiente. pro expeditione. & per excellentem docto. domin. Ludouicum Bologninum ibidem in additione ad dictum consilium vbi allegat dictum consilium. ¶ 5 Petr. de Ancha. Dicunt etiam præfati doctores quod tale ius sepulchrorum non transit ad hæredes extraneos, sed solum descendentes possunt ibi sepeliri etiam quod non sint hæredes an autem tale ius possit vendi, traditur etiam in dicto capitulo. penultim. dic vt per docto. ibi quia non est presentis propositi. ¶ 7 Septimo quæro, an ius, quod habet quis in sedilibus vel banchis in ecclesia, dicatur ius patronat. In hoc arbitror concludendum, vt in præcedenti quæstione dixi est

rationibus ibidem adductis. Nota tamen, quod etiam istud ius non possunt laici habere inuito episcopo. & illud habet ex tolerantia seu ex gratia, quemadmodum dicimus in iure patronat. ita Hostien. Ioan. Andre. & Abba. in dicto capitulo penultim. de sepulchris. & sic sum expeditus de isto verbo in ecclesia. Capio nunc verbum pro eo quod de diocesani consensu.

- 1 Testator si mandet fundari capellam, & postea decedat ante consensum episcopi ius patrona. causatum ex tali fundacione non dicitur esse in hereditate ipsius testatoris.
- 2 Consensus diocesani an debeat interuenire in fundacione, constructione, vel dotacione: siue sit clericus siue laicus qui ecclesiam vel capellam fundet, construat, vel dotet.
- 3 Testatore mandante ecclesiam construi in eius domibus, postea autem episcopus non consentit ibi edificari, an hæredes contra facientes incidant in penam.
- 4 Consensus diocesani an debeat interuenire quando ius patronatus iam legitime creatum & in esse deductum transfertur de vna persona in aliam.
- 5 Ius patronatus an transeat semper cum vniuersitate.
- 6 Ius pat. quando transfertur ex vltima voluntate an requiratur consensus episcopi.
- 7 Consensus episcopi vel diocesani quare debeat interuenire in acquisitione iuris patro.
- 8 In acquisitione iuris patrona. an interuenire debeat consensus alterius quam episcopi.
- 9 Consensus episcopi an debeat interuenire ante actum vel in actu: vel an sufficiat post actum vel ratificatio actus.
- 10 Autoritas vbi requiritur non prodest si interueniat ex postfacto.
- 11 Autoritas in materia iuris patro. stat pro consensu.
- 12 Episcopus si nolit consentire siue causa acquisitioni iuris patro. an possit cogi.
- 13 Statutum si mandet quod non possit contrahi cum minori xxv. an. sine consensu duorum agnatorum. si agnati denegant consentire sine cã potest dari su prior vt consentiat, vel cogat dictos agnatos.
- 14 Testatore mandante ecclesiam in ipsius domibus construi an hoc possit fieri sine consensu episcopi.
- 15 Archiepiscopus est ordinarius episcopi. & an debeat episcopus cogi per archiepiscopum, an per solum papam.
- 16 Archiepiscopus an possit cogere episcopum: & si episcopus nolit parere, possit archiepiscopus supplere vices episcopi & consentire in eius defectum.
- 17 Episcopus si nolit consentire donacioni facta vel legato facta de iure pat. nec possit cogi per superiorem: apud quem tunc remanebit ius patronatus.
- 18 Donarius iuris patro. si donat ipsum ius pat. ante consensum vel approbationem episcopi, an valeat talis donatio.
- 19 Consensus episcopi si dulcetur an interuenit in constructione ecclesie, nec id possit probari: an debet presumi interuenisse.
- 20 Consensus episcopi quando requiritur, an sufficiat consensus tacitus.
- 21 Donans ius patro. & donarius si sint diuersi diocesis, an vtriusque episcopi consensus requiratur.
- 22 Cura ecclesie & rerum vel dotis ipsius spectat ad episcopum.
- 23 Consensus solus episcopi an requiratur in constructione ecclesie vel acquisitione iuris patronatus: an etiam requiratur copulatiue consensus capituli.
- 24 Capitulum an possit prestare consensum sede vacante.
- 25 Fundans ecclesiam an possit sine consensu episcopi tempore fundacionis apponere pacta vel grauamina circa regimen ecclesie, vel aliquid institue re circa prouisionem illius ecclesie.
- 26 Testator si iniungeret penam q. redditus deputati conuerterentur in alios pios vsus nisi ecclesia ordinaretur, put ipse disposuit an sit talis pena admittenda.
- 27 Dispositio testatoris q. tres vel quatuor missa omni hebdomada celebrentur per instituentem, an valeat sine consensu episcopi.
- 28 Construens oratorium priuatum vel hospitale, si disponat quod episcopus non se intromittat: an hoc casu possit episcopus aliquo modo se intromittere.
- 29 Condiciones noue an possint apponi per fundatorẽ in ecclesia vel beneficio patronali post fundacionem cum consensu episcopi factam.
- 30 Condiciones tempore fundacionis appositæ in ecclesia patronata an possint ex post per patronum tolli in totum vel saltem alterari cum consensu episcopi.
- 31 Episcopus an possit immutare condiciones vel qualitates annexas beneficio quando redditus beneficij essent impotentes ad illas.
- 32 Conuersio vt commutatio non potest fieri per solum hæredem: nec per solum episcopum: sed per episcopum & hæredem vel eum qui habet e- xequi.
- 33 Voluntas testatoris est seruanda in forma specifica.

34. *Caasensus episcopi an possit facere vel creare aliquem patronum vnius ecclesie vel capella ex privilegio.*

**R**o eo Quod de dioecelani consensu. Istud verbum importat (vt de se patet) qd non acquiritur ius patronatus nisi episcopo vel dioecelano consentiente: quinimo non dicitur esse beneficium ecclesie vel capella, nisi sequuta approbatione episcopi. ita Cal. in consi. suo vltimo sub tit. de iure pa. Idē domini de Rota in deci. decima sub eodem tit. & in decisione decima septima sub tit. de præbe. in antiquiorib. Et incipit quidā patronus, vbi pulchre loquitur. & ita refert & sequit do. Fel. Sandeus. alias autoritates allegando in c. ex parte. 3. in prima columna. 3. de rescrip. & facit qd dicit Abb. in c. curia in fi. textuali. j. eo. & ibidem do. Car. Flo. in v. notabili. Hinc  
 1. alias dicebam in q. facti qd si testator mandet fundari capellam: & postea decedat ante consensum episcopi, ius pat. causarum ex tali fundatione non dicitur esse in hereditate ipsius testatoris, adeo qd licet hères priuetur illa hereditate, non tamen priuatur ipso iure patronat. quia sumpsit initium a tempore consensus episcopi, sed vt clarius pateat materia  
 2. ista subiciam quæstiones infra scriptas. ¶ Primo igitur quæro an consensus dioecelani debeat interuenire in fundatione, constructione, vel dotatione, siue sit clericus siue laicus, qui ecclesiam vel capellam fundet, construat, vel dotet. breuiter concludo qd sic. ita firmat Calder. in consilio suo xx. incip. quidam edificauit. & est vltimum consilium sub hoc titulo. de iure patronat. & mouetur per tex. in c. piæ mentis. in capit. frigentius. & in cap. considerandum. xvj. q. septima. & in c. nobis. supra eo. tit. probatur etiam ex diffinitione iuris pa. in generalitate sui. & in c. nemo. de consecra. dist. prima. Et aduerte quia talis consensus requiritur etiam quod ex iussu testatoris quis construere vellet: ita Ang. in consi. suo cxxv. incipien. bona dicti testatoris. Et quia hæc quæst. non habet dubitationem vltius non insisto. sed hic suboritur qd accessoria: pone quod testator mandet ecclesiam construere debere per heredem in domib. ipsius testatoris sub certa pœna: episcopus requisitus ab hærede non vult consentire, quod ecclesia in ipsius domibus construat, sed cōcedit quod alibi possit construere: quæritur an hæres construendo ipsam ecclesiam alibi incidat in pœnam. iste punctus est vtilis. concludo quod hæres non incidet in aliquam pœnam. ita decidit Lud. Ro. in suo singulari incip. testator mandauit. allegat casum singularem secundum eum in l. testamento quidam. la grande. ff. de condi. & demonstr. & Bal. in l. prima. C. de his quæ pœnæ nomine. & subiicit se ita pridie cōsuluisse. An autem sufficiat requirere consensus episcopi post ecclesiam fundatam dicā infra loco suo. ¶ Secundo quæro an consensus dioecelani debeat interuenire quando ius patronat. legitime creatum & in esse deductum transfertur de vna persona in aliam, scilicet ex donatione vel ex aliis modis, de quibus per gl. in capi. cum seculum. infra eodem & in cap. piæ mentis. xvj. q. septima & no. in c. illud. infra eod. in hoc puncto variæ fuerunt doctorum opiniones: vt attestat Abb. Panor. in d. ca. illud. tamen ex mente ipsorum distinguit Abb. ibi hoc modo: aut ius patronat. transit in alium cum vniuersitate, puta cum hereditate, vt quia quis succedit in hereditate, in qua est ius patronat. vel emit ipsam hereditatem: & tunc ius patronat. transit etiā sine consensu episcopi. ita probatur in c. ex literis. infra eodē & in capitu. cum seculum. & vtrobique notatur. Et ratio est secundum Abb. & alios in d. capitu. ex literis. quia tunc ius patronatus transit accessorie nec videtur aliquis cōtractus initus super ipso iure patronat. sed super ipsa vniuersitate temporalis, vnde quemadmodum ab ipsa vniuersitate in aliam transfendo non requiritur consensus episcopi, nec etiā in accessorio. & in hoc omnes concordant. ¶ An autem semper cum vniuersitate transeat ius patronatus, tangit Abb. in dicto ca. illud. & latius dicitur infra. super verbo, vel is a quo causam habuit. aut vero ius patronat. transfertur in alium de perse & principaliter. & tunc distinguit, quod aut transfertur ex cōtractu inter viuos, aut ex vltima voluntate. si ex cōtractu inter viuos, & tunc aut transfertur in ecclesiam vel locum religiosum. & hoc casu valet translatio etiam sine autoritate episcopi vt probatur in dicto capitu. illud. in aduersatiua licet, & in verbo liberam facultatem. & expresse probatur in capitulo vnico. eo. titulo. libro sexto per quem tex. ita etiam decidunt domini de Rota in nouis, decisione ccccij. incipit. fuit dubitatum, sub hoc eod. titulo. & tenetur communiter per docto. secundum Abb. ibi in d. capitu. illud. aut conceditur seu transfertur in laicum recipientem nomine proprio, & tunc

non valet concessio sine consensu episcopi, ita probatur in d. cto capitu. vnico. in prin. a contrario sensu. Et in hoc etiam est communior & verior opin. secundum Abb. in dicto capitu. illud. & in disputatione sua incipien. Augerio. in tertia & quarta colum. vbi plene prosequitur referendo in hoc varias opiniones, licet tandem teneat contrarium eius quod tenet hic. scilicet quod etiam cum consensu episcopi non valet talis donatio vel translatio iuris patronat. in laicum: tamen cōmunis opinio est magis æqua & est sequenda. Et si tu dicas tenendo communem opin. quæ est ratio diuersitatis, quare magis hoc casu requiratur consensus episcopi quam in precedenti membo vide per Abb. in d. c. illud. qui duas rationes assignat. Aliam etiam rationem assignat Hostien. in summa huius tituli in §. qualiter transferatur. in ver. donatio. Dicit enim ipse, quod ius pat. non potest haberi per laicum nisi de gratia nimirum si requiritur consensus episcopi. Sed quādo ipsum ius patro. transfertur in ecclesiam vel locum religiosum, tunc non requiritur quod res reuertatur ad naturā suā. Quam rationem etiam tradunt domini de Rota in dicta sua decisione ccccij. sub hoc titulo. Ex quo apparet, quod etiam ipsi sequuntur hanc distinctionem, & differentiam inter concessionem factam loco religioso, & eam quæ fit laico licet aliter tenere videntur in antiquis, decisione vltima sub hoc titulo. Eandem etiam distinctionem format domin. Cardin. Florenti. in c. illud. in fin. vbi omnes opiniones refert & tandē dicit quod hoc communiter tenetur. Et hoc etiam firmat Ioan. And. Abb. & alii communiter in dicto capitu. cum seculum. Amplia nūc præmissam conclusionem scilicet quod in concessionem iuris patronat. facta laico requiratur consensus episcopi, vt procedat etiam si vnus ex patronis relaxaret vel renuntiaret alteri compatrono partem suam vel ius suum patronatus. ita tenent Ioan. And. domin. Cardin. Abb. Panor. mitan. & communiter ceteri. capit. ex insinuatione. j. eodem & mouetur propter identitatem rationis, vt ibi per eos. Quæ autem sit ratio, quare consensus prædictus requiratur, videbimus in sequenti quæstione. In hoc tamen puncto contrarium tenuit gloss. & domin. Anton. in dict. cap. ex insinuatione. & glo. in c. illud. Tamen præcedens opinio est magis tuta & videtur magis communis. ¶ Circa aliud membrum, scilicet qd quando ius patro. transfertur ex vltima voluntate: puta ex legatione: an consensus episcopi requiratur. Abbas in dicto capitu. illud. se remittit ad no. in c. cum seculum. j. eodē vbi ipse concludit reiecta opinio. Federi. per eum relata, qd etiam hoc casu requiratur consensus episcopi eo modo quod dictum est in confessione facta inter viuos. puta in donatione quæ fiat laico vel clerico recipienti nomine proprio. Et ita etiam concludunt ibi Calderin. Ioan. And. & dom. Cardina. Florenti. & mouentur præfati docto. quia legatum dicitur quædam donatio. instit. de legatis. in princip. & in tantum secundum Abb. post Calder. ibi requiritur consensus episcopi quod ante consensus episcopi ius patronat. legatum remaneat apud heredem. subiiciens Abb. quod ita dicunt communiter docto. Cardinal. Florentin. ibi in sexta quæst. contrarium tenet dicens, quod si antequam episcopus approbet legatum ecclesia vacet præsentatio spectabit ad legatariū nō autem ad heredem, & præsentabit legatarius sub spe approbationis quæ approbatio secundum eum retrotrahitur ad diem mortis eius qui fecit legatum & hoc dicit domin. Cardin. Florentinus esse verius. Ergo sequor opinionem. Calderi. Abb. & sequacium, quia domin. Cardina. nō mouetur aliqua lege vel ratione. debet ergo esse cautus legatarius in faciendo approbari legatum iuris patronat. ab episcopo quam citius potest, quia ante consensus vel approbationem episcopi nullum ius habet vt dictū est. Et istam etiam conclusionē reperio firmare Calde. in consi. suo sexto incipien. an valeat præsentatio. sub hoc tit. de iure patronat. vbi dicit quod consensus episcopi debet interuenire ante præsentationem fiendam per legatarium. Et ratio est secundum eum: quia tale legatum non tenet ante approbationem factam per episcopū sit ergo cautus legatarius vt dixi. sed cautior esset, si sequeretur consilium Ioan. And. in dict. c. cum seculum. scilicet in faciendo, quod consensus episcopi interueniet vel in morte vel ante mortem testatoris. Quibus autem modis possit transferrī ius patronat. de vna persona in aliam magis in specie dicam super verbo penultimo diffinitionis, quod incipit ipse vel is a quo causam habuit. ¶ Tertio quæro quæ sit ratio quod episcopi vel dioecelani consensus debeat interuenire in acquisitione iuris patronat. In hoc puncto dicendum est quod si nos loquimur de consensu episcopi, requirendo in creatione iuris patronat. quæ creatio fit ex fundatione, con-



# Tract. de iure patro.

structione, & dotatione, vt patet in diffinitione iuris patrona. & firmat Abbas in consil. suo lix. incipien. quidam d. Iacobus. in ij. volumi. in ij. columna. & etiam ex privilegio papæ. vt infra in vlti. quæstione huius verbi dicitur. Tunc ratio est quia episcopi est examinare locum erectionis ecclesiæ, & dotem: & disponere qualiter sit regenda & gubernanda. vt in authen. de monachis. §. illud. collatione prima. & in capitul. nemo. de conse. dist. i. c. j. ita domi. Calde. in consil. suo xx. quod est consilium vltimum sub hoc eodem titul. Vel aliter dicamus rationem esse, vt dicit Abb. in consilio suo octuagesimo quinto. incip. Iesu Christi. in prima columna in secundo volumine, scilicet quod consensus episcopi vel diocesani requiritur favore ecclesiæ: ne contingat opus inchoari & non cõsumari, vel non sufficienter postmodum dotari. Vel aliter & tertio dicamus rationem esse, quia ista spiritualia non possunt laici propria autoritate tractare. capitul. secundo de iudic. capitul. omnes basilicæ. xvj. quæst. vij. Abbas in consilio suo lix. incipien. domi. Iacob. de Rachaneto. in versic. iij. principaliter in secundo volumi. Si autem nos loquimur de consensu episcopi requirendo quando ius patrona. iam creatum transfertur de vna persona in aliam. Et tunc ratio quare ipse consensus requiritur est, vt episcopus videat an expediat ecclesiæ mutare patronum. Nam si vellet patronus concedere vel donare ius patronatus. potentiori seu tyranno: tunc episcopus non debet consentire. Item aduertet episcopus ne interueniat fraus: & sic ne sit ficta donatio: & in veritate venditio fiat. quod esset simoniacum. ita dicit Abbas Panormi. in capitul. illud. infra eodem & ante eum Ioan. Andr. ibi in fin. & domi. Cardinal. Floren. ibidem in vltimis verbis & sequuntur ceteri. ¶ Sed circa prædicta suboritur quæstio accessoria an alterius quàm episcopi consensus possit in talibus interuenire. Conclude quod poterit interuenire consensus alterius prælat. dummodo habeat episcopalem potestatem propter identitatem rationis. Ex hoc etiam satis voluit Abbas in dicto consil. suo lix. in vltima columna & in dicto consil. octuagesimo nono incipi. Iesu Christi. circa principium eodem volumi. ¶ Quarto quæro de subuli & notabili quæstione, scilicet an consensus episcopi debeat interuenire ante actum vel in actu, an verò sufficiat quod interueniat postquam quis construxit ecclesiã sine consensu episcopi vel donauit ius patronat. alteri laico sine consensu episcopi an sufficiat episcopus postea ratum habere vel consentire ad hoc quod ius patronat. acquiratur. in hoc puncto videtur dicendum quod sufficiat talem consensum postea interuenire. per tex. in capitul. cura. infra eodem per quem tex. dicit Abbas in vlti. notat quod vbi in actu requiritur alicuius consensus, sufficit quod interueniat ex post facto. Idem concludit gloss. in simili: quàm ibi docto. sequuntur in capitulo edoceri. in gloss. prima de rescript. supra. est verum secundum abbatem. in dict. capitul. cura. quod actus valebit vt ex nunc: scilicet tempore consensu præstiti, non vt ex nunc: scilicet tempore actus facti. Et ita etiam dicit domi. Cardinal. Floren. ibi in v. notabili. Et istud etiam est de mente Abbatis post Calde. ibi in capitul. cum seculum. in fine. infra eodem. & in capitul. suggestum. in vltimo notabili perillum text. infra eodem. Et firmat idem Abbas in consilio suo octuagesimo nono incipien. Iesu Christi. in j. column. in secunda vol. vbi dicit quod licet requiratur consensus episcopi vel diocesani in constructione ecclesiæ tamen potest postea interuenire. Idem firmant domini de Rota vbi late attingunt istum passum in antiquis decisionibus sub hoc titulo de iure patrona. in decisione vltima incipiente quidam laicus. vbi loquuntur de donante ius patronatus. quam decisionem alij allegant sub numero cccclxxij. & alij allegant sub numero cccclij. Idem etiam reperio firmare domi. Cardinal. in consil. suo vj. incipien. an valeat præsentatio. sub hoc eodem titulo. vbi dicit quod communis opinio habet consensum episcopi posse interuenire etiam post legatum factum de iure patro. Eandem opinionem confirmat quod dicit domi. Cardinal. Floren. in clem. vnica in v. quæst. de rerum permuta. vbi dicit quod consensus qui venit præstandus in casu quæstionis quartæ ibi per eum formata. potest præstari ante ex intervallo vel post. faciunt nota in capitul. admonet. & in capitulo quod in dubiis. de renuntia. facit etiam simile. quia sufficit quod patronus consentiat institutioni ex post facto. capitul. si vero. infra eodem & firmat Abbas post alios in capitul. vestras. infra eodem dato ergo quod præsentatio non præcedat institutionem, dummodo postea patronus assentiat institutioni, ipsa institutio tenet, vt in dictis locis traditur. & per docto. etiam in capitul. cum Bertoldus. de re iudicata. In

contrarium tamen vrget decisio Ioan. Andr. quam refert Ab. in dict. capitul. cum seculum. infra eodem. vbi dicit speciale esse in legato iuris patronatus vt consensus episcopi possit interuenire ex post facto. Et ratio specialitatis secundum eum est fauor vltimæ voluntatis. ergo secundum eum in actu inter viuos, pura in donatione iuris patronatus, vel in constructione ecclesiæ non sufficit consensus interuenire ex post facto, ad hoc quod ipsum ius patronatus acquiratur. Secundò pro eadem parte facit: quia in donatione iuris patronatus, vel legato videtur requiri nedum consensus episcopi, sed etiam autoritas. text. est in dict. capitul. cura. infra eodem ibi autoritas diocesani episcopi & consensus, & c. & est clarior text. in capit. suggestum. infra eodem sed regu. 10 iuris est, quod vbi autoritas requiritur non prodest si interueniat ex post facto. text. est in §. rutor in sit. de auto. tuto. & ita determinat Innocen. in capitul. cum consuetudi. vbi dicit, quod quando autoritas alicuius requiritur in actu, Actor & principalis talis esse debet, vt verbum autoritas denotat. Et quod sit differentia inter autoritatem, & consensum, & etiam decretum, traditur etiam per pulchram gloss. fam. & doct. in capitulo primo: in verbo tractatus. de rebus eccles. non alienan. libr. vj. & per Bald. in capitulo. quæcunque. C. de bo. quæ libr. & per doct. in d. capitul. cum consuetudinis. & plenè in l. si quis mihi bona. §. iustum. ff. de acquir. hered. & per istud fundamentum, & per plura alia ita tenet Abbas Panormi. in disputatione sua incipien. Augerio. in iij. column. vbi plenè attingit istum punctum. Et ad eum semper est recurrendum: quia ei parum boni addi possit: & multa alia fundamenta possent pro hac parte adduci: quæ videas per eum ibi. Pro hac etiam opinione facere videtur quod decidit domi. Cardinal. Floren. in capitul. cum speculum. in iij. quæst. infra eodem. mihi magis placet prima opinio tanquam magis æqua, & maioribus autoritatibus roborata. Et eam sequendo ad adducta in contrarium possit responderi vt j. Non obstat igitur prima decisio Io. And. in capit. cum seculum. quia possit dici. quod illa decisio non est vera: quia non probatur iure vel ratione: quinimò probatur contrarium in d. capitul. cura. supra allegato. & etiam in dicto capitul. suggestum, vel aliter respondere possumus, quod Ioan. Andr. noluerit id ad quod adducitur. sed voluerit quod in legato sit speciale, vt fauore vltimæ voluntatis possit consensus episcopi ex post facto interuenire, scilicet quantum ad effectum vt ipsum legatum valeat, vt ex tunc, scilicet tempore legati facti: sed in actu inter viuos valeat, vt ex nunc, scilicet tempore consensu præstiti, vt diximus supra. & ita videtur sentire domin. Cardinal. Floren. in dicto capitul. cum seculum. in v. quæstione. vbi dicit, quod si testator iussit ecclesiã construi, & circa hoc legata fecit: constat quod necessarius est consensus episcopi in constructione. capitul. nemo. de consecra. dist. i. c. j. prima & tamen legatum tenet capitul. nos quidem. de testamen. legatum ergo fauore vltimæ voluntatis statim valebit, licet consensus episcopi interueniat post: sed donatio non valebit nisi tempore præstiti consensus. Nullo tamen casu ante episcopi consensum ius patronatus transfertur in alium, vt dictum est supra. non obstat etiam dum dicebatur, quod in donatione, vel legato iuris patronatus requiritur autoritas episcopi. ergo debet in ipso actu interuenire per supra allegata. Quia respondeo, quod autoritas in ista materia stat pro consensu, nec stat proprie, probò: quia vt plurimum iura huius tituli vtuntur promissuè his verbis. Quandoque enim dicunt exigi consensum, quandoque autoritatem. patet in capitul. cura. præallegato. & in capitul. illud. & in capitul. quod autem infra eod. & in simili probatur in capitul. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. & in capit. sine exceptione. xij. quæstione ij. Erit dicunt domini de Rota in dicta sua decisione vltima circa medium: vbi affirmant quod in donatione iuris patro. non requiritur autoritas Papæ vel episcopi, sed consensus. Et istam responsionem ad dictum fundamentum satis voluit Abb. in dicta sua disputatione. & licet postea teneat contrarium, vt dixi, tamen istam solutionem non impugnat. Et pro ipsa solu. etiam facit, quia licet consilium & consensus differant, vt notatur in capit. cum ecclesia Vulturana. de elect. in ca. nouit. & in c. quato. de his quæ fiunt à præla. tamè quoadque sumuntur pro eodem: glo. est quam ibi ponderat Ab. Panor. in ca. j. supra de foro comperenti. vel aliter respondeo, quod imò autoritas quandoque etiam post actum interuenire potest. l. si quis mihi bona. §. iustum. ff. de acquir. hered. Maxime quando in vim confirmationis requiritur: & ibidem plenè per dominum Alexand. & ibidem in simili casu decidit Abb. Pan

Panormitan. in dicto capitulo edoceri. columna finali. de rescript. Non obstat etiam vltimum, scilicet deci. d. Cardinal. in dicto capitulo cum seculum. quia posito, quod valet illud ad quod adducitur, posset dici decisionem suam non esse veram per dictum capitulum cura. cum alijs allegatis pro hac conclusione. Vel aliter dicamus quod decisio sua procedit, quia donans reuocauit voluntatem suam in casu per eum formato. vnde frustra postea expectaretur consensus episcopi in tali donatione. Ad alia quæ adducuntur per Abb. in dicta sua disputatione, etiam facilliter responderi posset. ideo non refero. Non negauerim tamen quin opinio ipsi us d. Abb. in dicta sua disputatione sustentabilis sit. In alia autem materia generaliter loquendo, an autoritas, consensus, decretum, & similia debeant de necessitate interuenire in actu, vel ante actum: vel sufficiat ex post facto interuenire, videatur, Bald. in dicta l. quicumque. C. de bon. quæ lib. vbi magistraliter loquitur. videatur etiam plenè per Abba. Panorm. & plenius per Ioann. de Imo. in capitulo vos. de his quæ fi. à prela. & per dominum Alexand. in l. prima. §. fuit quæsitum. in fin. ff. ad Trebel. & aliquid in l. sciendum. in octaua colum. de verborum obligat. & aliquid per Bald. & dom. Alexan. in l. diuortio. ff. sol. mat. & per dominum Alexan. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. eodem titul. & per doct. in dicto capitulo. cum consuetudinibus. & per d. Felinum Sandeum post Abb. & alios in capit. edoceri. in versicul. sequi potest consensus. de rescr. & in capit. cum dilecta. in decima quarta colum. vers. sexto amplia. eodem titul. & aliquid in capitulo nonnulli. §. sunt & alij. in iij. columna eodem titul. & per Bartol. in l. si autem. ff. de aqu. plu. arc. & per doct. in locis ibidem per do. Alexand. relatis. & per doct. in §. tutor. institut. de auto. tutorij. & per Bartol. & ceteros. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hered. vbi plenè per d. Alexand. & notata ibi optime faciunt ad decisionem quæstionis supra formata. ideo ad illum locum recurras semper. ¶ Quinto quæro pone, quod episcopus nolit consentire sine causa acquisitioni iuris patronatus, an possit cogi. Conclude, quod sic. textus est in capitulo nullus, infra eodem secundum quod ibi notant omnes. licet disputatum posset dici, quod ille text. nihil facit: quia de coactione verbum nullum dicit: & dicitur ibi Abb. generaliter per illum textum, quod ibi requiritur consensus vnus in fauorem alterius, si non vult consentire sine causa legitima potest haberi recursus ad superiorem, vt superior ipse consentiat, vel compellat illum ad consentiendum. ¶ Hinc inferri ibi Abbas notabiliter ad statutum mandans quod non possit contrahi cum minori viginti quinque annis sine consensu duorum agnatorum, quod si agnati denegant consentire sine causa, potest adiri superior, vt consentiat: vel cogat dictos agnatos per illum textum. & ita dicitur ibi se alias consuluisse. & ita reperio cum consuluisse, in consilio suo sexagesimo quinto. incipiente casus, quidam Raynerius, &c. in secundo volumine. alias autoritates ad hoc allegat. & per text. in dicto capitulo. nullus. multas deci. in simili accumulatur. domi. Bartholom. Bellenci. ibi in apostillis ad Abb. facit etiam quod dixit gloss. in capitulo penultimo. in verbo teneantur. de rescript. lib. vj. & quod ponit Abb. in capit. ij. & in capitulo ex parte attenensis. §. de concessio. præbend. Præmissam etiam conclusionem, scilicet, quod episcopus possit compelli, vel ille qui episcopale ius habet in loco firmat Abb. in consil. suo quinquagesimo nono. inci. quidam dom. Iac. de Rachaneto in penult. colum. in secundo volum. & in cap. auaritiæ. in fine. §. de præbendis.

¶ Sed hic suboritur quæstio accessoria ¶ pone quod testator mandet ecclesiam construere per heredem in domibus ipsius testatoris sub pœna, clarum est, quod id non potest fieri sine consensu episcopi, vt supra sæpe dictum est. verum episcopus requisitus ab herede non vult consentire, quod ecclesia construatur in dictis domibus: sed concedit quod alibi possit construere: an heres teneatur cogi facere episcopum, vt consentiat modo quo §. an autem acquiescendo voluntati episcopi, & construendo ecclesiam alibi incidit in pœnam. dic quod non incidit in aliquam pœnam. ita conclusi supra in secunda quæstione prima principali huius verbi. ¶ Secunda suboritur quæstio accessoria subtilior, scilicet, an dicta coactio possit fieri per archiepiscopum, an per solum Papam. videtur prima facie, & per solum Papam per dictum capitulum nullus. ibi romano pontifici nuntietur, &c. In contrarium facit, quia archiepiscopus est ordinarius episcopi. capit. pastoralis. §. de officio ordinari. ergo potest eum compellere. & istam partem tenet Ioan. And. lo. Cald. Card. Flor. Abb. & communiter ceteri in dicto capitulo. nullus. alia iura adducendo, vt per eos. Idem tenet Abb. in capitulo ex parte attenensis. in vltim. colum. §. de concessio. præb.

& in dicto capitulo auaritiæ. in fine. Et hanc conclusionem tenendo potest responderi ad text. in dicto capitulo. nullus. qui fortiter videtur stringere pro alia parte. quod licet ille textus dicat, quod per Romanum pontificem cogatur episcopus, tamen debet suppleri, vel per alium superiorem: vt sic concordet cum iuribus disponentibus, quod archiepiscopus habet iurisdictionem in episcopum. dicto capitulo. pastoralis. cum similibus. Tertia suboritur quæstio accessoria circa prædicta: in qua etiam doctores sunt varij in capitulo nullus. & alibi posito ¶ quod archiepiscopus possit cogere episcopum vt supra, an si episcopus nolit parere, archiepiscopus ipse supplere possit vices episcopi, & consentire in eius defectum. In hoc puncto Ioan. And. Card. & Abb. in dicto capi. nullus. concludunt quod non. Et mouentur quia archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos suffraganei sui regulariter, dicto capitulo. pastoralis. sed consentiendo, vel authorizando in actibus ipsorum subditorum, vel dando licentiam, vt supra, iudicare diceretur inter subditos sui suffraganei secundum domi. Card. Floren. vbi supra. quod non potest, vt dictum est. & propterea concludunt præfati doctores, quod archiepiscopus non succedit loco episcopi, data qualibet negligentia sed tantum in casibus expressis à iure, per d. cap. pastoralis. Et ita etiam concludit Abb. ibi, & in repetitione capituli si quis contra clerici cum supra de foro competen. & in capitulo ex parte attenensis. supra de concessio. præbend. & in dicto capitulo auaritiæ. in fine. de præbendis. Cogitandum tamen est super hoc: quia Abbas in simili in dicto capitulo secundo, & clarius in dicto capitulo ex parte attenensis. supra de concessio. præbend. decidit contrarium. dicit enim ibi quod si episcopus iussu archiepiscopi mandatis vt infra certum terminum instituat, nolit instituire, tunc archiepiscopus potest instituire, & supplere eius defectum: nisi dicas quod ille est casus expressus à iure, scilicet in collatione beneficiorum, vel institutione, vt episcopus negligente archiepiscopus succedat per capitulum secundum de concessio. præbend. ¶ Quarta suboritur quæstio accessoria ad prædicta. ¶ pone quod episcopus nolit consentire donationi factæ vel legato facto de iure patronatus, nec per archiepiscopum superiorem possit cogi quia nolit parere: præsupposito (vt supra dictum est) quod archiepiscopus non possit supplere vices episcopi: quæritur apud quem remanebit ius patronatus. Istam quæstionem tangit Ioan. Cald. in capitulo cum seculum. infra eodem. & dimittit insolutam. Gasp. de Cald. dixit ibi quod ecclesia remanebit libera. Card. autem Floren. ibi in vltimis verbis dicit verius esse, quod legatum, ex quo non tenet, consolidatur hereditati, & sic secundum eum heres erit patronus ratione vniuersitatis per capitulum ex liceris. infra eodem. & sic concludit, quod ius patronatus remanebit apud eum qui legauit, vel donauit illud ex quo legatum, vel donatio non tenent. Idem in simili quæstione decidit dom. Cardin. in dicto capitulo. cum seculum in quarta quæstio, vbi dicit quod semel quidam donauit bona quædam plebano, vt dotaretur certa capella: & constituit certos patronos, postea in morte ipsius ius patronatus legauit vni alteri, quem heredem instituit. decidit Cardinal. heredem ipsum ius patronatus obtinuisse. quia prima donatio vel dispositio sine episcopi consensu facta non tenent. Remanebit ergo per prædicta ius patronatus apud donantem vel legantem. Et pro ista conclusione, quæ magis mihi placet, faciunt etiam notata per gloss. in capitulo clerici. infra eodem. & regula tradita in l. prima. §. si vir. ff. de acquirend. possessio. cum similibus videtur tamen, quod parum seruiat nobis hæc decisio. quia si episcopus nolit consentire, nec cogi possit: poterit adiri saltem papa, qui verisimiliter consentiet, si nihil obstat petitioni factæ. & per consequens legatum vel donatio valebit. & sic non militabit dubitatio prædicta. ¶ Sexto principaliter quæro circa istud verbum de diocesani consensu. pone quod ante consensum, vel approbationem episcopi legatarius vel donatarius iuris patronatus donauit ipsum ius patronatus vel legauit alicui ecclesie an valeat tale secundum legatum, vel donatio. dixit cum ministerio ecclesie. quia si laico donaretur vel legaretur clarè non valeret sine episcopi consensu, per ea quæ dicta sunt in superioribus quæstionibus. Istam punctum attingit Ioan. Calderi. in dicto capitulo cum seculum & indiscussum reliquit domin. Cardinal. Floren. ibi in septima quæstio. decidit quod valeat tale legatum, vel donatio secuta approbationem episcopi, qui approbet primum legatum vel donationem. Et ratio est secundum eum: quia illa approbatio retrahitur. allegat l. actio. ff. de furtis. Considera supposita decisio, quia ea attenda idem esset per identitatem rationis in legato vel donatione facta per legatarium, vel donatariū alteri

# Tract. de iure patrona.

riatico, quod in donatione vel legato facta ecclesie. Item aduerte quia consensus episcopi qui requiritur in donatione iuris patronatus facit valere actum a tempore quo prestat, & non retrorahitur. vt a. 3it Abbas. in capitulo cura. infra eodem. & dictum est. supra in quarta quaestio. licet legatum statim valeat. vt ibidem dixi. & rationem diuersitatis assigna-  
19 ui. ¶ Septimo quaro circa idem verbum, pone quod dubiteretur an consensus episcopi interueniret in constructione ecclesie nec id probari possit: an debeat, praesumi interuenisse. in hoc puncto, reperio quod Archidiaconus in capitulo nemo. de consecratio. distinctione prima. Concludit quod sic, dummodo ecclesia sit in forma ecclesie. ita vt ibi missa publice celebretur. & mouetur eo. fundamento. scilicet vt indicetur ecclesiam ipsam legitime esse edificatam. argum. tex. in capitulo quod interrogasti. vigesima septima distinctione. & aliorum iurium ibi per eum adductorum. Et istam decisionem Archidiaconus exclamat Ro. singularibus suis singulari trecentesimo vigesimo incipiente. tu Senensis. dicens quod est singulare dictum canonis incognitum. Eandem decisionem refert dominus Fel. Sandeus. in capitulo de quarta. in quarta columna. de praescri. vbi alias multas auctoritates allegat eam decisionem approbantes. Praemissam conclusionem tenet etiam Paul. de Castro. in consilio suo centesimo octuagesimo primo. incipiente. dicens dum est. licet non alleget Archidiaconus. vbi supra subiiciens Pan. quod locus habens formam ecclesie. vt quia ibi sit campanile vel ibi celebrentur diuina. & fiant alia signa ecclesiastica. praesumitur cum auctoritate episcopi constructus. & per consequens est subiectus episcopo secundum eum. Quae autem sint ipsa signa ecclesiastica. praesumitur cum auctoritate episcopi constructus. & per consequens est subiectus episcopo secundum eum. Quae autem sint ipsa signa ecclesiastica. habetur plene per dominum Felinum in dicto capitulo de quarta. & in locis ibidem per eum memoratis. contrariam sententiam reperio tenere Abba. Panormita. in consilio suo centesimo sexto incipiente. casus. in prima columna. in secundo volum. vbi formaliter dicit. quod consensus episcopi. qui requiritur in acquisitione iuris patrona. non debet praesumi. quia est quae daem solennitas extrinseca. l. quaeunque. ff. de pub. & notatur secundum eum per glo. & Bartol. in l. sciendum. ff. de verborum oblig. hoc tamen non obstant praemissam teneo conclusionem. & vltra. supra allegata. eam etiam sentire reperio Abba. Panorm. in cap. cura. j. eodem super glo. ij. dum allegat glo. not. in capitulo peruenit. de emp. & vend. Idem tenet do. Cardi. Flo. in cons. suo vndecimo. incip. quaedam societas. in fine. vbi refert Archidiaconus. in dicto cap. nemo. & Feder. de Senis in cons. centesimo sexto. in prin. alias est consilium cx. incip. quaestio talis est. Idem etiam tenet dom. And. Barb. in cons. suo trigesimo tertio. incip. scripsit psalmista. in prin. in ij. volum. vbi plene attingit istum punctum. & alias auctoritates & fundamenta pro ista parte adducit & subiicit ibi in iij. col. in fi. q. in plerisque mundi partibus requisitum fuit de hac quaestione: & quod ita consuluit: & quod etiam ita consuluerunt dom. Car. Flo. & Ioan. de Imo. idem etiam videtur tenere do. Fel. Sandeus. in cap. de quarta. in iij. colum. de praescri. Et hac conclusionem tenendo ad fundamentum. s. in contrarium adductum. potest responderi prout respondet do. And. Barb. in praallegato cons. xxxij. vbi dicit quod regula dictae l. quaeunque non obstat: quia vbi apparent indicia. tunc praesumitur solennitas: licet sit facti. allegat philosophum in ij. metaphysica. dicentem quod accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. ergo vbi apparet quod ecclesia habet campanile. vel alia signa ecclesie: praesumetur auctoritas vel consensus episcopi interuenisse. Vel aliter responde quod si praesupponatur ecclesiam iam longo tempore fuisse constructam ex cursu temporis seu diuturnitate temporis praesumitur solennitas etiam extrinseca. l. si filius. C. de peti hered. qui tex. est singularis secundum Angelum. domi. Alexand. & modernos. in cap. sciendum. ff. de verbo. oblig. & dicit ibi dom. Alexand. in quinta colum. quod ista est communis opi. & multas alias auctoritates allegat quas vide per eum & idem dixit Pet. de ancha. in consilio suo quinquagesimo octauo. incip. contra donationem in ij. colum. in prin. & infinita possent accumulari quae traduntur in dicta l. sciendum. & quae accumulatae pulchre dom. Alex. in cons. suo lxxvij. incip. circa primum in iij. col. in ij. volum. & in proposito nostro hoc etiam tenuit dominus Iason praceptor meus in l. si certis annis. C. de pact. in penult. col. vers. v. facit. & quod vbi requiritur consensus alicuius praesumatur interuenisse ex longinquitate temporis. Firmat etiam dom. Aret. in pulchro casu in cons. xxx. incip. casus talis est. ad aliqua alia quae etiam in contrarium

adduci possunt. respondet Barba. in cons. s. allegato. vide per  
20 eum. ¶ Octauo quaro san vbi requiritur consensus episcopi sufficit consensus tacitus dom. Car. Flo. in c. cura. in fine. j. co. concludere videtur quod sic. post Inno. ibi. Idem etiam satis voluit gl. ibidem. subiicit tamen dom. Card. q. taciturnitas episcopi habetur pro consensu. quando constat ipsum sciuisse id quod actum est. & nullam causam eum impediuisse ad contradicendum. Contrariam sententiam tenet Abbas ibidem. & mouetur quia in actu odioso non praesumitur consensus ex taciturnitate. allegat notata in c. qui tacer. de reg. iur. lib. vi. & capitulo. cum iam dudum. de praeben. Istam etiam opinionem videtur tenere Ioan. And. in c. nobis. j. eodem. & ibidem do. Card. Flo. in v. nota. vbi dicunt quod non sufficit petere consilium vel licentiam ab episcopo ad construendam ecclesiam: sed requiritur consensus. prima opinio mihi magis placet praesupponendo quod episcopus sciuerit constructionem & ponerit contradicere. pro qua opinione faciunt dicta in quaestione praecedenti. faciunt etiam quod dicunt glo. & doct. in c. ea noscitur. de his quae sunt a praelatis. Et hoc tenendo non obstat fundamentum Abbatis. quod in actu odioso. &c. quia construere ecclesiam vel acquirere ius patronatus non est quid odiosum. imo fauorabile. vt de se patet: & sic cessat fundamentum Abbatis. Non obstat etiam decisio Ioan. Andr. & Cardinal. de qua supra. quia dum dicunt. quod requiritur consensus. potest intelligi tacitus sicut expressus. De hac tamen materia an tacens habeatur pro consentiente. quia est multum scabrosa & brocardica: videantur Bartol. & doct. in l. quae dotis. ff. soluto matrimonio. & Felinus in capitulo cum omnes. in septima columna. de constit. & Abbas & alij in capitulo ex parte decani. de rescript. gloss. & doct. in reg. qui tacet. & in reg. is qui tacet. de regu. iur. libro sexto. ¶ No-  
21 no quaro quod cuius episcopi consensus requiritur an loci vbi ecclesia construitur. an episcopi superioris eius qui construere vult. & similiter si donans ius patronatus & donatarius sint diuersae dioecesis. an vtriusque episcopi consensus requiritur. Istam quaestionem attingit dominus Cardinalis Florentinus. in capitulo nobis. in principio. infra eodem. & dicit ista verba formalia: quod id quod dicitur. quod requiritur consensus dioecesani. intelligitur de dioecesano loci. in quo fundatur ecclesia. non fundatoris tantum. per tex. ibi loci episcopo. &c. & allegat aliqua alia iura maxime l. si praedium. C. de praediis mi. in qua l. dicit quod sufficit decretum iudicis rei sitae super alienatione rei minoris. & expressius Bartolus & Baldus ibi dicunt. quod non requiritur decretum iudicis domicilij. & etiam rei alienandae sed sufficit alerum tantum. & idem concludit Bald. post Iacobum de Arena in l. j. C. de contrahend. emptio. vbi dicit. quod si contractus fiat in vno loco & res sit in alio sufficit auctoritas vel decretum vnius iudicis. ea ratione: quia vnusquisque ex ipsis iudicibus habet iurisdic. ergo decretum potest interponere. Idem dicit Bal. in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum subiicit tamen Baldus vtrobique cautius esse quod vterque interponat decretum suum. In contrarium tamen scilicet quod de necessitate vtriusque iudicis decretum in alienatione rei minoris interuenire debeat tenet Bartolus in dicto §. illud. Aliae etiam fuerunt in hac opinione. quas ponunt doct. in capitulo. pastoralis. de priuileg. & ibi refert Abbas Panorm. & multa alia loca in quibus attingitur. commemorat ibidem domi. Bartholo. Bellencinus in apostillis. qui in alienationibus rei ecclesiae loquendo dicit communem esse opinionem Ioan. ibi scilicet quod in alienationibus rerum ecclesiae requiritur solum auctoritas iudicis vel episcopi ipsius ecclesiae & ita etiam  
22 sequitur Abb. ibi assignans rationem quod quia ad episcopum spectat cura ecclesiae suae & rerum seu dotis illius. capitul. no. uerint. decima quaestione prima. Subiicit tamen q. cautum esset vtriusque iudicis vel episcopi scilicet & ecclesiae & rei auctoritatem interuenire. his ommissis quantum ad propositum nostrum. ego sum valde dubius. Aliqua enim iura requirunt simpliciter consensum dioecesani. vt cap. nobis. c. cura. & cap. illud. j. eodem. nec explicant de quo dioecesano intelligatur. aliqua iura videntur requirere consensum episcopi donantis vel concedentis ius patronatus vt cap. nullus. ibi in fine. concessione sui pontificis. infra eodem. Cardinal. autem supra relatus videtur velle. quod in construente ecclesiam vt acquirat ius patronatus duorum episcoporum consentium requirat. scilicet licet fundatoris & loci in quo ecclesia construitur. Et pro ista opinione bene facit text. in simili in capitulo pro illorum. §. si vero claustralis. infra de senten. excommuni. Tandem mihi videtur in hoc puncto esse dicendum. quod siue quis costruat ecclesiam siue donet ius patronatus ecclesiae q. sufficiat con-  
sensus

sentis vnus epif. fcilicet epif. illius loci vbi ecclesia conftituitur: vel fi donaturus patronat. requiratur confenfus epifcopi illius ecclefie in qua eft ius patronat. de conftituente ego probo per capitulo nemo. de consecratio. diftin. prima. ibi epifcopus ciuitatis &c. vbi text. loquitur de epifcopo ciuitatis vbi ecclesia conftituitur fi bene ponderetur. Secundo probo per textum in capitulo omnes basilicæ. decima fexta. quæftione feptima. vbi dicit quod basilicæ & ecclefie quæ conftituta sunt & quod iudic conftituuntur. fubfunt epifcopo. in cuius territorio funt politæ. ergo dignum eft dicere quod in conftituente fienda ipfius epifcopi confenfus requiratur & fi aliterius epifcopi cõfenfus requireretur. prædicta iura fcilicet exprimere. In donatione autem vel legato iuris patronatus. quod confenfus epifcopi ipfius ecclefie in qua eft ius patronat. requiratur probo tali fundamento: nam ratio quare confenfus epifcopi hoc cafu requiratur. eft. vt videat epifcopus an expediat ecclefie mutare patronum. & vt fraudes euitentur. ne fingatur donatio. & in veritate fit venditio. & fic non committatur fimonia. Ita dicunt doct. maxime dominus Cardin. & Abbas in capitulo illud. infra eodem. & dixi fupra in quarta quæftione huius verbi. Sed ifta ratione attenda dignum quæritur quod epifcopus ipfius patronatæ habeat talem confenfum præftare quia ad eum fpectat cura illius vt fupra dixi per capitulo. nouerint. cum fimilibus decima quæftione prima. Vltimo probo id quod dixi de conftituente ecclefie. quia fi plurimum epifcoporum confenfus requireretur in ipfa conftituente fienda de facili retraherentur homines à conftituente ipfa. ergo id dicendum non eft vt in fimili dicit glos. in capit. cum dilectus. in verbo præftare. in fine infra eodem. cogitata an vera loquar. ¶ Decimo quæro fan folus confenfus epifcopi requiratur in conftituente ecclefie vel acquisitione iuris patronat. an etiam requiratur copulatiue confenfus capituli. dominus Cardi. Floren. in capi. illud in quarto. contrario post Vincen. & in capitulo cura in fecunda columna. in fi. infra eodem concludit quod folus epifcopi confenfus requiratur. quod fuadetur. quia iura de hoc loquentia prout dicto. c. & cap. nobis. & fimilia polita in hoc titulo nullam faciunt de capitulo mentionem. Iftud etiam de mente Abb. in dicto capitulo illud. vbi ponit quando requiratur confenfus epifcopi in acquisitione iuris patronat. & quæ fit ratio quod requiratur & nunquam de capitulo facit mentionem. ¶ Comparatur etiam hæc conclusio per simile: quia præftatio fit coram folo epifcopo ficut capitulo vt concludit Abbas in capitulo cum ecclesia. Vultera. in quarta columna. fupra de electio. & dixi 3. fuper verbo honorificum. in quæftione quadagefimo octaua. ¶ Contra tamen hanc conclusionem videtur facere tex. in capitulo pastoralis in fine fupra de donatio. vbi dicit quod fi epifcopus concedit ecclefiam patronatam religiofis. debet interuenire confenfus patroni & etiam capituli. Tenendo tamen quod dictum capitulum pastoralis. nõ facit in propofito. quia loquitur in cafu quando epifcopus alienabat iura quæ habebat epifcopatus in vna ecclesia. quod facere non potest sine confenfu epifcopi. Ex quo fit præiudicium epifcopatus seu ecclefie cathedrali. capit. sine exceptio. ne. decima fecunda quæftione fecunda. cum fimilibus. & ita declarat Abb. & do. in dicto capitulo pastoralis. ¶ Vnde cum quæro fan sede vacante poffit confenfum (de quo fupra) præftare capitulum. Ioann. Andr. in fimili in dicto capitulo nobis decidit quod fic. dicit enim ibi fuper verbo loci epifcopo. quod præftatio quæ folet fieri epifcopo sede vacante fit capitulo. fed in terminis noftris eft decifio Calderi. in confilio fuo tertio. incip. an capitulum fub hoc eodem titulo. Et mouetur eo fundamento. quia capitulum fuccedit in iurisdictione fub sede vacante. capitulo is qui. de maiorita. & obediens. & capitulo cum olim. eodem titulo. & capitulo primo. ne sede vacante. libro fexto. fed dare licentiam vel præftare confenfum in acquisitione iuris patronat. eft iurisdictionis & non ordinis ergo. &c. & idem tenet Gemi. in capitulo vnico in vigefima prima quæftione. de maiorita. & obediens. lib. fexto. ¶ Duodecimo quæro fan sine confenfu epifcopi poffit fundans ecclefiam tempore foundationis apponere ea pacta vel grauamina. quæ voluerit in ecclesia. vel circa regimen ecclefie. vel diuinorum officiorum vel ftatuere. quod inftitutio præfentari fpectat ad inferiorem epifcopo vel ad alienum epifcopum. videtur dicendum quod fic. per reg. quæ habet quod in traditione rei fuæ quis potest apponere ea pacta quæ vult. l. in traditionibus. ff. de pact. In contrarium tamen determinant docto. in varijs locis dicentes quod id non potest fieri sine confenfu proprii epifcopi. ita concludit Abbas Panor. in capitulo nobis. in notabilibus. infra eodem. vbi dicit quod

fi quis in vltima voluntate mandauit capellam conftitui & difpofuit. quod inftitutio pertineret ad certum prælatum inferiorem epifcopo. non valet illa difpofitio. vnde fecundum eum illa particula habebitur pro non adiecta: nifi interueniat confenfus proprii epifcopi. & assignat rationem quia testator vel fundans ecclefiam non potest immutare difpofitionem canonum in præiudicium epifcopi. capitul. requifitum. fupra de testam. item nemo facere potest quia iura locum habeant in fua difpofitione. capitulo tua. fupra de testa. l. nemo. ff. de legat. primo. Iftam conclusionem faciunt etiam legiftæ. videlicet Bartol. post Iacob. de Aren. in l. quoties. §. final. ff. de administra. rut. Idem concludit Innocent. in capit. in Lateranenfi. ante finem. fupra de præbend. vbi pulchre loquitur: fubiciens quod etiam fi testator diceret. quod fi ecclesia non ordinaretur. prout ipse difpofuit. quod irritat omnem fua difpofitionem. quod talis poena rejicitur. idem deciduat Dominus de Rota de testa. decifione feptima. in antiquis. vbi forte dicitur quod etiam fi testator iniungeret poenam. quod reditus deputati conuerterentur in alios pios vfus. nifi ecclesia ordinaretur: prout ipse difpofuit. quod talis poena rejicitur. quod etiam refert & fequitur dominus Felinus Sandeus alias autoritates ad prædicta allegans in capitulo cum venerabilis. columna vndecima. de except. Ad quod videatur etiam vnum bonum verbum. Petr. de Ancharan. in confilio ficut centefimo nonagefimo octauo. incipit. fubtiliter & ad plenum. quod refert & fequitur dominus Felin. in loco præallegato. columna decimatertia. in fine. Præmissam etiam in conclusionem Innocent. & aliorum fupra relatorum ponunt dominus Anton. & Imol. post Compo. in capitulo cum dilectus. fupra de confue. per illum textum & ibidem Abb. in tertio notabili. fubiciens hoc esse tenendum menti. quia fæpe patroni excedentes metas fua potestatis contrarium ftatuunt. vnde ibidem. in quarto notabili per illum textum quem dicit fenesci re alibi ita bonum. concludit id poffe fieri de confenfu epifcopi. dummodo tamen id ftatuatur in fundatione ecclefie. vel ante: tunc enim nullum ius inftituendi adhuc eft quæftum ipfi epifcopo: nimirum fi potest epifcopus in hoc fibi. seu epifcopatus fuo præiudicare. fed vbi iam fundata effer ecclesia. & fic quæftum effer ius inftituendi ipfi epifcopo. tunc secundum eum non poffet epifcopus confentire patrono difponenti. quod ad alium fpectet ipfa inftitutio. quicquid fenferit ibi d. An. de Butr. & ratio effer fecundum eum. quia fi epifcopi id faceret effer alienare illud ius inftituendi fpectans epifcopatus. quod secundum eum sine caufa fieri non debet. Et iftud reperio etiam tenere dominus And. Barba. in confilio fuo vigefimo tertio. incipiente fcripfit propheta in decimatertia columna in primo volumine. & de hoc infra in quæftione fequenti. Præmissam etiam conclusionem. fcilicet. quod fundans ecclefiam non poffit aliquid difponere circa fpiritualia sine confenfu epifcopi. firmat Abbas in capitulo fignificatum. in primo notabili fupra de præbend. vbi dicit. quod patronus non potest apponere modum celebrandi diuina in ecclesia patronata. nec reftingere aliter inftituendum. in illo beneficio. fed hoc explicare fpectat ad fuperiorem. allegat text. in capitulo cum dilectus. fupra allegato. & Innocent. in capitulo tertio. ne prælati vices fuas. ¶ Non valebit ergo difpofitio testatoris difponentis. quod tres vel quatuor miffæ omni hebdomada celebrentur per inftituendum. nifi confenfus epifcopi interueniat. Eandem etiam conclusionem tenet Abb. in capitulo confultiffi. de celebr. miffæ. & in capitulo præterea fecundo. infra eodem. vbi dicit patronum non poffe onus aliquid annuatim foluendi imponere ecclefie patronatæ sine confenfu epifcopi. iftud idem firmat d. Felinus Sandeus in cap. cum accessiffent. in viij. colum. 3. de confit. allegat docto. in eum dilectus. Idem do. Fel. in tractatu fuo quando literæ apostolicæ noceant patronis ecclesiarum. in ij. colum. in fi. Idem tenet dominus de Rota in decifionibus. fuis antiquis fub titulo de testamen. decifione incipiente. factum tale effer. vbi dicit. quod non valet difpofitio cuiusdam fundantis capellaniam. & difponentis. quod epifcopus fe in ea non deberet intrmittere. aliter quod illa capellania haberetur pro non facta & pro non conftituta. & hanc decifio. & multas fimiles refert dominus Felinus Sandeus in capitulo. cum venerabilis. in xij. columna. verficulo amplia fecundo. de excep. Ex prædictis ergo patet. quod fundans potest apponere conditiones. vel grauamina: dummodo epifcopi cõfenfus interueniat. & propterea poterit cum cõfenfu prædicto ftatuere. quod tanti clericifint in ecclesia: prout refpõdi his diebus cuidam me interroganti. Aduerte tamen quod hoc cafu crefcentibus facultatibus. ecclefie augeri deberet numerus clericorum. ita decidit Ang. per



# Tract. de iure patro.

per illum textum in autentico, vt determinatus sit numerus clericorum, circa medium, facit etiam text. in capitulo cum M. de constituto. vbi domin. Felin. in tertio notabili prædictam, decisionem Angeli refert & sequitur. & propterea diminutis facultatibus eadem ratione deberet diminui numerus clericorum, de quo vide quæ dicam infra quæstione decima-quarta. poterit etiam patronus cum episcopo tempore fundationis disponere, quod bona ecclesiæ sint diuisa inter prælatum, & capitulum, & conuenit ita decidit Abb. in capitulo edoceri. in prima quæstione. supra de rescrip. & sequuntur moderni ibi. Contra tamen conclusionem factam, scilicet, quod consensus episcopi non requiratur de necessitate in ordinatione testatoris circa grauamina vel condiciones, facit quod dicunt præfati domini in eodem titulo de testam. decisione, incipi. & est sciendum. vbi dicit, quod si aliquis testator ordinet in suo testamento beneficium sacerdotale, & dicat volo, quod talis quatuordecim annorum, vel minor habeat beneficium meum, etiam interim, quod possit esse sacerdos, quod talis ordinatio tenet & valet: nec tamen faciunt mentionem de episcopi consensu. ¶ Secundo obstat quod Hostiens. in capitulo ea quæ de statu regula. vbi dicit, quod fundans ecclesiam regularem potest apponere pactum, quod clericus secularis habeat vocem in electione Abbatis. quod refert & sequitur domin. Felin. in dicto suo tractatu in versicul. corrobora. & ibi alia allegat ad propositum. nec tamen facit mentionem de episcopi consensu. ¶ Tertio obstat, quod dicit Barb. in consilio suo trigesimo tertio. incip. scripsit Psalmista in iiii. columna. in secundo volumi. vbi dicit, quod valet dispositio testatoris ordinantis vt instituendus omni hebdomada celebret missas. & tamen de episcopi consensu nullam facit mentionem. supra autem circa hoc in specie conclusum est contrarium. Tenendo tamen conclusionem supra factam potest responderi ad omnes prædictas decisiones simul dicendo, quod debent intelligi, quando episcopus consensisset, vel consentiret: quia circa spiritualia (vt dictum est) non valet dispositio fundatoris sine episcopi consensu, dicto capitulo significatū, cum similibus. Et per hoc etiam tollitur contrarium, supra primo loco factum dicta l. in traditionibus. ff. de pactis. illa enim regula intelligitur respectu pactorum secundum ius vt ibidem notatur. & per domin. Cardinal. Florentin. in clem. quia contingit. in princip. in vndecimo notabili. & in octaua quæstione de relig. do. & per Innocen. in capitulo tertio. ne prælati vices suas. sed facere pacta, vel aliquid disponere respectu spiritualium sine consensu episcopi. id est contra ius. dicto capitulo. significatū. & ibidem notatur in dicto capitulo cum dilectus. de consue. & in alijs locis supra allegatis. bene fateor, quod pacta non concernentia spiritualitatem, & ecclesiæ non onerosa possent apponi in fundationis tempore, etiam sine episcopi consensu per dictam regulam. l. in traditionibus. & satis est de mente doct. in locis præallegatis. & maxime Hosti. & Ioann. Andr. in dicto capitulo. significatū. Aduerte tamen diligenter, quia licet dictum sit supra quod patronus potest disponere circa spiritualia cum consensu episcopi. tamen text. in dicto capitulo cum dilectus. & doct. ibi & in dicto capitulo. significatū. & in dicto capitulo edoceri aliter loquuntur, quia præsupponunt actum fundari debere in persona episcopi: pi de consensu patroni, seu instante patrono. Et ita credo esse dicendum & intelligendum: & si forte aliquis opponat de verbis distinctionis iuris patronatus, de qua per doct. in hac rubrica ibi de diocesani consensu. credo posse dici quod in casibus comprehensis in dicta distinctione, & similibus id procedat, quia illi actus videlicet fundare, construere, & dotare ecclesiam vel capellam non possunt conuenienter fundari in persona episcopi, vt de se patet. non enim esset conueniens dicere, quod episcopus funder vel construat ecclesiam ad petitionem patroni: considera an vera sit ista doctrina: quia non reperio hanc difficultatem motam. Sed circa prædicta cadit  
28 quæstio accessoria ¶ pone quod quis construat oratorium priuatum vel hospitale: quod facere potest sine episcopi consensu. capitulo vnicuique. de consecr. distinct. prima. capitulo inter dilectos. & ibi notatur de dona. & disponat vel ordinet quod nullo modo episcopus se intromittat de hoc loco, an hoc casu episcopus poterit videre & inquirere, an omnia secundum defuncti constructoris voluntatem facta sint. Conclude quod sic. ita decidit Abb. in dicto capitulo. inter dilectos. in fi. allegat. §. si quis adificationem. cum sequenti. in autentico de eccle. titulis. ita etiam dicit Fede. de Senis. in dicto consilio vndecimo. incip. quæstio talis est. in prima columna. Idem Bald. in consilio suo centesimo quinquagesimo quinto. incip. pien. ordinatio testamenti in quarto volumine. ¶ Decimo-

tertio quæro an post fundationem cum consensu episcopi factam possint aliqua pacta vel nouæ condiciones apponi per fundatorem in ecclesia vel beneficio patronali. Abb. in dicto. capitulo cum dilectus de consuetu. videtur sentire quod sic. dum dicit quod post fundationem non valerit dispositio etiam cum consensu episcopi facta, quod ad inferiorem spectaret ius instituendi, quia isto modo episcopus videretur alienare ius istud instituendi. ergo vbi episcopus nullum faceret præiudicium ecclesiæ: vt quia consentiret alicui pacto vel conditioni non præiudiciali ecclesiæ. sentit Abbas quod tale pactum vel conditio valerit. In contrarium facit quod dicit Bald. in l. vnica. §. accedit in fine. C. de rei vxo. a. et. vbi concludit quod qui non apponit talia pacta in initio in conuentione non potest postea illa apponere ex post in traditione. quod etiam refert & sequitur dominus Felinus. in dicto suo tractatu in secunda columna in fine. Istud idem videtur tenere Abb. in capitulo. præterea. infra eodem. vbi dicit, quod reseruatio alicuius temporalitatis facta per patronum in ecclesia patronata item demum valet, si tempore fundationis cum auctoritate episcopi facta sit. ergo quando fieret postea, sentit quod non sufficeret auctoritas episcopi. Idem videtur concludere domi. Cardinal. Florentin. in clementi. quia contingit. in versicul. vt autem. in tertio notabili. de relig. do. allegat dicto. capitulo. cum dilectus. & ibi notat. & idem firmat in eadem clementina. in xj. not. ego in hoc puncto credo dicendum, quod si nouæ conditiones, vel noua pacta sint præiudicialia ecclesiæ patronatæ & illi onerosa: tunc non possint apponi post fundationem etiam cum consensu episcopi. gloss. est melior de iure secundum Imolam ibi in dicto. capitulo. cum dilectus. in verbo constitutum. de consuetudin. & ibidem domin. Abb. vt supra retuli. & ita etiam concludit dominus Felinus Sandeus in capitulo. significatū. in secundo notabili supra de testibus. si autem sint vtilia ecclesiæ, vel non præiudicialia, & tunc fieri possint: quia nihil est quod repugnet. & ita est de mente Abbatis in dicto capitulo. cum dilectus. & doctorum supra relatorum. Credo tamen quod etiam hoc casu requiratur consensus episcopi. argumento capitulo. nouerint decima quæstione prima, cum similibus & faciunt notata per illum textum in capitulo nos  
30 quidem. supra de testamen. ¶ Decimo quarto quæro, an conditiones, seu qualitates tempore fundationis appositæ in ecclesia patronata possint ex post per patronum tolli in totum, vel saltem alterari cum consensu episcopi. Conclude breuiter, quod sic. secundum quod omnes concludunt in d. capitulo. cum accessissent. vt refert ibidem dominus Felinus Sandeus in viii. columna. qui etiam plene disputat an id facere posset hæres patroni cum consensu episcopi: vel episcopus cum consensu hæredis: de quo dicam infra in sequenti quæstione. Et pro conclusione prædicta quod in totum tolli possint, vel alterari qualitates vel condiciones in beneficio appositæ dummodo episcopus & patronus sint concordantes: facit quia potest in iure patronat. præiudicari per episcopum consentiente patrono. vt concluditur per omnes in dicto capitulo. cum accessissent. de constitutio. & plene dixi. super verbo honorificum in tertia quæstione. Item posset patronus ius patronat. suppressere & ei renuntiare, ita quod ecclesia remaneret libera. & hoc posset etiam sine consensu episcopi. iuxta notata per Abba. plene post alios in capitulo illud. infra eodem. vbi concludit secundum omnes: quod quando ius patronat. transfertur in locum religiosum vel ecclesiam, consensus episcopi non requiritur. ergo à fortiori poterit condiciones vel qualitates in beneficio appositæ tollere cum consensu episcopi. Hanc tamen conclusionem credo limitandam esse, nisi dictæ conditiones vel qualitates essent vtilis ecclesiæ, quia tunc tolli non possent per patronum etiam cum episcopo sine causa. Moueor, quia tunc fieret præiudicium ecclesiæ cui iam ius erat quæsitum. ergo fieri non potest, vt dictum est in præcedenti quæstione per notata per Abbatem. maxime in capitulo. cum dilectus. in quarto notabili de consuetu. licet enim iuri patrona. posset præiudicari ecclesiæ per notata in dicto capitulo. cum dilectus. & in titulo. de rebus eccle. non alienan. ¶ Decimo quinto quæro an episcopus possit immutare conditiones vel qualitates annexas beneficio, quando reditus beneficij essent impotentes ad illas. exemplum posset dari quando fundator disposuit certum numerum missarum celebrari debere in ecclesia cum consensu episcopi: quo casu valet dispositio, vt supra declaratum est in quæstione xij. postea reperitur quod reditus non sunt sufficientes vel quod sunt diminuti. In hoc puncto credo dicendum quod episcopus commutare possit dictas qualitates, & hoc probat per c. nos quidem. de testa. vbi dicitur quod relictum à testatore esse non potest deputari ad vsum destinatum per testato

testatorem, tunc debet commutari ad aliam piam causam. & propterea dixit ibi Pet. de Ancha. quæ refert & sequitur ibi Imo. in antepenultim. colum. quod ibi non potest intentio testatoris impleri, prout voluit, est aliter commutanda. facit legatum & quod ibi no. ff. de usufru. leg. & dixit Abb. in d. c. nos quidem. quod si pecunia relicta à testatore pro monasterio construendo non sufficeret tunc debet conuerti ad aliud pium vsum. quod satis probatur in illo tex. & subiicit Abb. ibi <sup>92</sup> vnum quod semper dicit esse notandum quod ista conuersio vel commutatio non potest fieri per solum hæredem nec per solum episcopum, sed per episcopum & hæredem, vel eum qui habet exequi simul per illum tex. ibi ordinari tecum & c. & per alia de quibus ibi per eum. Præmissam etiam conclusionem voluit d. Felinus Sandeus in dicto capitulo cum accessisset in octava columna in fi. vbi dicit quod cessantibus redditibus, cessare debet ordinario testatoris, per ea quæ notant ibi doct. per illum tex. allegat etiam dom. Io. de Imo. in cle. quia contingit in quinta colum. versu. post. Lapsus hic limitat de reli. do. vbi dicit illum tex. non procedere quando legata conuerti non possunt ad vsum destinatum. allegat etiam domin. Anton. in cap. fin. de testa. versu. hoc dictum quotidie contingit. subiiciens d. Felin. sub dubio forte quod poterit episcopus eo casu ipsas condiciones immutare etiam inuito hærede: quia causa necessaria eas immutandi subest. Sed in hoc ultimo contrarium voluit Abb. in loco supra relato. nisi concordando dicat, quod illud quod dicit dom. Felin. intelligitur quando hæres nollit consentire. quia tunc episcopus eo inuito id potest ex quo renuit consentire sine causa. sed quando hæres nollit consentire vel non recuset consentire, tunc eius consensus requireretur. Et ita intelligatur quod dicit Abb. in dicto cap. nos quidem. Et circa istum punctum, scilicet an requiratur consensus vtriusque videlicet episcopi & hæredis in commutatione legatorum. vide etiam Imo. in dicto capitu. nos quidem in antepenultim. colum. vbi intelligit quod requiratur consensus vtriusque in commutandis legatis vel dispositionibus circa loca ecclesiastica. In aliis autem relictis secundum eum poterit fieri commutatio de consensu hæredis, & sic eius cui est relictum, & sic eius cuius interest. allegat l. legatum. ff. de usufruct. lega. Ex prædictis infertur quod vbi voluntas testatoris potest impleri tunc non potest in aliud commutari. Quinimo secundum Io. de Imo. vbi supra post Pe. de Ancha. est in forma specifica adimplenda: nec potest in aliud commutari sine licentia papæ: quamuis facta fuerit commutatio in aliam causam allegant notata in clement. quia contingit. de relig. do. & in l. si quis ad declinandam. §. si autem. C. de episc. & cleric. & notata per Bartol. in dicta l. legatum. & hoc etiam firmat dom. And. Barba. in consilio suo vigesimotertio. incipien. scripsit propheta. in prima colum. in primo volumi. vbi multa ad hoc accumulatur. Et sic per ista videtur concludi quod hæres patroni non possit immutare qualitates possibiles vel condiciones annexas beneficio etiam de consensu episcopi. quod etiam firmat dom. Cardinal. Floren. in dicta clem. quia contingit. in principio. quinta quaestione in fine. & ibidem Ioan. de Imo. in quinta columna. ver. hoc vltimum. concludentes quod licet de consensu eius qui ordinavit aliquid ad pium vsum, possit episcopus legatum mutare: tamen secus de consensu sui hæredis. quia hic non agitur de utilitate ipsius cum possit renuntiare: sed de voluntate defuncti seruanda. Et dicit domin. Cardinal. Florenti. vbi supra, se quibus ita dixisse in dicto capitulo nos quidem. Contrarium tamen in hoc tenit Abb. Panorm. in dicto capitulo cum accessissent. in tertia columna, versiculo ego limitarem. de constitut. vbi dicit, quod non possunt diminui præbendæ quæ sunt de iure patroni. sine consensu episcopi vel hæredis. ergo de consensu hæredis secundum eum id fieri poterit. dominus Felinus Sandeus ibi in octava columna distinguit, quod aut episcopus vult pro vna vice dispensare contra condiciones vel naturam beneficii, & tunc poterit cum consensu hæredis. allegat nota per domin. Anton. in capitulo fina. ante medium. versiculo Vincentius autem. de testamentis. vbi dicit quod ex causa vtile relictum pro anniuersario, potest p vna vice ad aliud expendi, & redire postea ad solitum debitum. Et subiicit domin. Felin. se consuluisse Ferrariz & obtinuisse quod pro vna vice potest episcopus consentiente hærede patroni conferre beneficium non habenti qualitates in fundatione appositas. aut vero dicit ipse vult episcopus cum consensu hæredis in totum suppressere beneficium patronale vel in totum tollere condiciones illi annexas. & tunc consensus hæredis non sufficit per rationem textus in dicta clementi. quia contingit. & per auctoritates supra allegatas. nisi episcopus id faciat ex

causa necessaria. quia tunc secundum eum etiam inuito hærede possit episcopus id facere per id quod notat Ioannes de Imo. in dicta clementina quia contingit, in quinta columna. versiculo Lapsus hic limitat. vbi dicit illum textum non procedere quando legata conuerti non possunt ad vsum deputatum. & supra declaratum fuit. Tenet ergo in effectu dom. Felinus. quod qualitates vel condiciones beneficii possibiles non possint per episcopum in totum immutari etiam cum consensu hæredis: sed bene possit contra illas dispensare pro vna vice. Ego autem arbitror in hoc esse dicendum indistincte, quod dicta immutatio fieri non possit per episcopum. nec in totum nec pro vna vice ad petitionem hæredis vel eius. cōsensu. Et me mouet, quia voluntas testatoris est seruanda p lege. §. disponat. in autentico de nuptiis. capitulo vltima voluntas. decimatercia quaestione secunda. cum similibus. Sed episcopus non potest regulariter aliquid cōtra legem etiam dispensando, text. est in capitulo dilectus. supra de tempo. ordin. & dicit Ioannes Andreas post Hostien. in capitulo primo de supplend. negligenc. prælatorum. libro sexto. Quod vbi canones imponunt legem episcopis non dispensant nisi id specificè sibi reperiatur concessum. Et ita refert & sequitur Abbas in capitulo ar si clerici. §. de adulteriis. in quinta columna. supra de iudiciis. Quinimo dicit ibidem in quarta columna. quod episcopus non potest dispensare nisi vbi reperitur permissum, nisi sit maxima & vrgens causa: allegando ita tenere dominos de Rota decisione sua. ducentesima quinta. & alios, vt per eum. Et intelligit ipse Abbas de causa noua vel antiqua verisimiliter non cogitata per papam vel legislatorem. Ergo in proposito nostro episcopus non poterit dispensare aliquo modo contra voluntatem testatoris quæ seruari possit quia vt dixi pro lege habetur. nisi id faciat ex causis, vt supra. ¶ Secundo moueor quia dicunt Petr. de Ancharan. & Imol. <sup>33</sup> in dicto capitulo nos quidem. vt supra retuli quod voluntas testatoris est seruanda in forma specifica per illum textum. & per distam l. legatum. & per dictam clementinam quia contingit. sed si diceremus episcopum posse immutare voluntatem defuncti pro vna vice vel aliquid, certe non obseruaret ipsa voluntas in forma specifica. ¶ Tertio moueor per text. in dicta clementina. quia contingit. in principio. vbi tex. formaliter dicit: quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debent non ad alium. (salua sedis apostolicæ autoritate) conuerti. & cum ille text. indistinctè loquatur, est indistinctè intelligendus vt non possit fieri commutatio dispositorum ad pias causas nec in totum nec in partem & dicit ibi domin. Cardinal. Florent. quaestione quarta. quod etiam in melius non potest fieri talis commutatio. Idem dicit Abbas in capitulo tua nobis. de testa. Vt ego moueor, quia doctores in dicto capitulo. nos quidem. maximè Imol. ibi in antepenultim. colum. vtuntur verbo alterari, dicendo quod voluntas testatoris non potest alterari per episcopum. eisdem verbis vtitur Bald. in l. si quis ad declinandam. in tertia colum. C. de episcop. & cleric. dicens quod vbi cunq; dispositio testatoris est certa respectu causæ, personæ vel loci non potest per episcopum alterari. & eisdem verbis vtuntur Bald. & multi alij quos commemorat in ista materia domin. Alexand. in dicta l. legatum. sentiunt ergo præfati doe. quod nedom in totum immutari non possint disposita per testatorem: sed nec etiam alterari. & propter ea videtur (vt dixi) tenenda conclusio de qua supra: eo maximè: quia domin. Felin. non probat decisionem suam aliquo iure. Standum igitur est regulis (vt inquit Bal.) in capitulo primo. §. iudices. in quarta colum. in titulo de pace iura. firma. in libro feudorum. per gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. idem Bald. in l. prima. in secunda columna. C. de sacrosanct. eccles. & alibi sæpe. idem pulchrè Abbas Panormitan. post Ioann. Andr. in capitulo sabubriter. in prima quaestione. de vsu. & est bonus tex. in capitulo sanè. versus si. decima quinta. quaestio. tertia. Et melior tex. in capitulo secundo in fine. de coniugio leproforum. Et ad hanc conclusionem vide quæ dicam infra super verbo construxit. quæstione decima quarta. Et tenendo hanc conclusionem ad auctoritatem Abbatis contrarium etiam volentis in dicto capitulo cum accessissent (vt supra retuli) potest pari modo responderi quod male loquitur: quia nullo iure fundatur. Quinimo regulæ sunt in contrarium: quia hæres non potest venire contra factum defuncti: sed debet seruare voluntatem suam pro lege, vt dixi. ¶ Decimo sexto quæro circa istud verbum de diocesani consensu an consensus episcopi possit facere vel creare aliquem patronum vnius ecclesiæ vel capellæ ex priuilegio. & sic eum qui non fundauerit nec construxerit, nec dotauerit ecclesiam ipsam vel capellam. In hoc puncto reperi-

rio. Abba. in terminis in consil. suo cvj. incip. casus super quo consilium de iure postulat. circa finem in secundo vol. ubi decidit quod episcopus id non potest & praesertim secundum eum quando capella est iam constructa & dotata & consecrata tempore concessionis dicti iuris patro. quia non potest episcopus rei sacrae sine causa legitima hanc servitutem iuris patrona. imponere. allegat glo. in cap. pia mentis. xvj. qo. vij. & alia de quibus per eum. Pro eadem conclusione facit quod dicit glo. in cap. nobis. in verbo de sua iurisdictione. in fine j. eodem. Istud idem Abb. in consil. suo vigesimo octavo. incipi. omnipotentis dei, &c. in causa communis, &c. in secundo volum. dicens qd nulli dubium est quin papa possit id facere: sed episcopus ut ipse sentit non potest nisi saltem laicus qui crearetur patronus ecclesiae minus dotatae aliquid conferret pro legitima dote: quia tunc etiam si post consecrationem conferret, posset episcopus illum creare patronum. allegat Io. Andr. in capitulo primo infra eodem. Et ita dicit debere intelligi & distingui glo. in capitulo pia mentis. decimasexta quaestione septima. quae vult, quod post consecrationem non possit imponi servitus iuris patron. ecclesiae: quia intelligitur quae do ecclesia consecrata est legitime dotata. Circa hoc tamen vltimum Abb. plenius loquitur in capitulo. quoniam. infra eodem. & dicam infra super verbo dotata. Praemissam etiam conclusionem sentit domi. Alexand. in consil. suo septuagesimo quarto. incip. viso puncto. in quarto volum. versus finem. ubi dicit quod ex privilegio papae potest concedi ius patron. alicui. Innuo ergo quod ex privilegio inferioris secus sit dicendum. Idem etiam sentit dominus Felinus Sandeus in suo tractatu quando litterae apostolicae &c. in septima columna. Idem domi. Praepositus divi Ambrosij in capitulo hortatur. in prima columna. septuagesima prima distinctione. ubi dicit quod etiam in cathedralibus ecclesijs ex privilegio competere potest laicis ius patro. non tamen appetit an ex privilegio episcopi. sed verisimiliter intellexit de privilegio papae & non episcopi: quia episcopus non potest regulariter aliquid contra ius cle. ne roma. in princip. de elect. cap. inferior. xxi. dist. cap. cum inferior. s. de maior. & obe. c. dilectus. s. de tempo. ordin. & dixi. s. in praecedenti quaestione. ergo non potest privilegium concedere. Imita tamen praemissam conclusionem, ut procedat, quando episcopus vellet de nouo creare patronatum sine fundatione, constructione, & dotatione: secus tamen esset quando ius patrona. iam creatum vellet in alium transferre vel conferre transferenti titulo lucrativo. hoc modo posset fieri quod patronus sine fundatione & dotatione. cap. illud. & ibi no. j. eodem. & dicam plenè j. super verbo ipse vel is a quo causam habuit. Et in istis terminis potest procedere quod dicit Cald. in hoc. tit. in consil. suo vlt. s. quod si fundans & dorans statuat cum consensu episcopi, quod ius patro. spectet ad eum & ad Titium: quod etiam Titius erit patronus. licet enim ipse Titius non fundauerit, nec dotauerit: tamen alius fundavit eius nomine vel communicavit ei ius suum.

- 1 Fundare ecclesiam quando quis dicatur.
- 2 Patronus an quis efficiatur ex sola fundatione, vel assignatione fundi pro construenda ecclesia.
- 3 Fundum quis dedit pro ecclesia construenda: ecclesia construitur & dotatur per alium, & sic ambo sunt patroni: contingit ecclesiam funditus destrui, & alibi edificari, & dos primae ecclesiae huic secundae assignari: an patronus primae erit patronus secundae.
- 4 Construere an possit alius vel alij invito fundatore sic ut efficiantur patroni.
- 5 Superior debet providere ne ex multitudine patronorum grauetur ecclesia.
- 6 Assignatio fundi an debeat fieri cum consensu episcopi ad hoc ut requiratur ius patronatus.
- 7 Ecclesia si construatur super fundo meo me in scio, an ego sum patronus ratione fundi.
- 8 Rector alicuius ecclesiae si construit capellam ex redditibus ecclesiae, ius patro. acquiritur ipsi ecclesiae & non consanguineis suis.
- 9 Vasallus si construit ecclesiam in fundo feudali ratione constructionis acquiritur ius patronatus.
- 10 Vasallo ecclesiam construente in feudo feudali, an dominus fundi possit eam propria autoritate destruere.
- 11 Clericus adificat ecclesiam in proprio fundo vel solo de pecuniis ecclesiae suae: an ecclesia cuius erant pecunia sit solum patrona alterius ecclesiae adificatae.
- 12 Ius patro. an acquiratur fundatori quando simpliciter assignavit fundum pro ecclesia construenda ipsamque construxit & dotavit, nec dixit se velle esse patronum.
- 13 Reservans sibi ius patronatus an censeatur etiam reservasse heredibus.

- 14 Patronus an efficiatur si quis non fundet ecclesiam sed assignet domum quandam statuens, villa sit ecclesia.
- 15 Domum potest quis in ecclesiam consecrari facere.
- 16 Episcopus an possit dare fundum ecclesiae pro oratorio vel hospitali construendo.
- 17 Consensus capituli an requiratur ubi episcopus voluerit dare fundum ecclesiae pro construendo oratorio vel hospitali.
- 18 Monasterium vel ecclesia de cuius fundo construatur hospitali vel oratorium, an habeat ius patro.
- 19 Patronus an quis efficiatur ratione alicuius iuris quod quis habet in fundo super quo ecclesia construitur, licet non sit totaliter dominus.
- 20 Ius habens aliquod in fundo super quo ecclesia construitur sit patronus propter fundamentum.
- 21 Iurisdictio potius concernit personas quam loca.
- 22 Ecclesia an possit construere super fundo subiecto fideicommissio.

## Ecclesiam fundavit. ¶ Primo quæro

circum istud verbum quædo quis dicatur fundare ecclesiam. Breuiter dicas quod dicitur fundare assignando fundum ubi ecclesia debeat construere. tex. est in capitulo nobis. & ibi Ioann. Andr. in penultim. colum. & alij. infra eodem, & probatur in cap. abbatem secundò. ibi possessionis dominus. xvij. q. ij. Et declarat Ioan. Andr. in cap. j. super gl. j. infra eodem. & Abbas super hac rubrica. & in cap. cum ecclesia vulturana. in iij. colum. de elect. glo. in cap. pia mentis. decimasexta. quaestio. septima. & doct. alibi sepe. vulgo tamen dicuntur fundatores qui construxerunt vel ecclesiam in esse deduxerunt, & etiam quandoque in iure sumitur fundatio pro constructione. tex. est in capitulo. nos qui idem, in verbo fundari iuncta expositione Ioan. Andr. ibi s. de testam. ¶ Secundo quæro an ex sola fundatione vel assignatione fundi pro construenda ecclesia quis efficiatur patronus: videtur dicendum quod sic propter alternatiuam positam in distinctione iuris patronatus. de quo per Abb. & alios super hac rubrica dum in ea dicitur quod ius patrona. competit ex eo quod quis ecclesiam construxit, fundavit, vel dotavit. videtur ergo quod alterum praedictorum sufficiat, & probari videtur in c. nobis. s. pro fundatione. infra eodem. & ita videtur concludere Abbas in capitulo cum ecclesia Vulturana in quarta columna. supra de elect. & alibi sepe. In contrarium facit: quia per hoc quod assignetur fundus, ecclesia nondum est constructa nec in esse deducta. ergo non potest quis dici patronus ecclesiae ex sola assignatione fundi. & istud est verissimum. prout latius dixi in principio huius operis in j. quaest. debet ergo intelligi quod quis efficiatur patronus ex fundatione, dummodo alius vel alij suppleant scilicet construant ecclesiam & dotent. Ita decidit Abbas Panormit. in consilio suo cvj. incipien. prius iuxta ordinem in prima colum. in fin. in ij. volum. & propterea dicimus. quod si quis det fundum pro construenda ecclesia, & aliter construat, & alter dotet, omnes erunt patroni: ut per Abba. hic. Et isto modo intelligitur, quod ex fundatione quis efficiatur patronus: scilicet alio vel alijs constructibus & dotantibus, aliter sequeretur absurdum, quod quis diceretur patronus ecclesiae quae nondum esset & quae forte nunquam fieret. ¶ Tertio quæro, pone quod quis det fundum pro ecclesia construenda: & ecclesia construatur: & dotetur per alium, quo casu ambo sunt patroni, ut dicunt omnes super hac rubrica, & glossa sexagesimatercia distinctione. in summa. postea contingat ipsam ecclesiam funditus destrui & alibi edificari & dos primae ecclesiae huic secundae assignari: an patronus primae erit patronus secundae. istum punctum attingit Innocen. super hac rubrica: & concludit, quod ille qui dedit dotem primae erit patronus secundae ecclesiae: sed non qui dedit fundum. & ratio diuersitatis de se patet, ut puto, dos enim deseruit secundae ecclesiae sicut deseruebat primae: nimirum si dator est patronus secundae sicut erat patronus primae. quae ratio cessat in fundo, super quo ecclesia non est amplius fundata. Et cum Innocen. transeant alij. subiicit tamen Innocen. quod dato quod talis qui primò fundavit non sit patronus, fundum tamen recuperare non poterit. capit. nouerunt decima quaestio prima. cum alijs per eum allegatis. quod est notandum: & ratio patet in dictis iuribus. ¶ Quarto quæro, an invito fundatore possit alius vel alij construere, & dotare. ut sic etiam episcopi efficiantur patroni. exemplum, quis assignavit fundum, vel legauit pro ecclesia construenda: alius vult eo invito construere ipsam ecclesiam super dicto fundo & illam dotare an possit. Ioann. Andr. in cap. nobis. in verbo construxerit. j. eodem. post Host. ibi concludit, quod si fundator potest & vult

vult solus edificare, vt dotare, episcopus non debet alium admittre, vt videretur dissentio, quam communio solet inducere. l. cum pater §. dulcissimi ff. de leg. ij. Licet enim secundum Ioan. And. videatur expediens ecclesie habere plures defensores, vbi boni essent: tamen docet experientia (vt ipse dicit) hodie potius non expedire propter ipsorum malitias, discordias, & onus alendi. Istud etiam refert & sequitur domin. Cardinal. Florent. in dicto capitulo nobis. in septima quaestione. nihil addendo. Pro predicta etiam conclusione facit quod dicit ipse domin. Cardin. in clem. plures. in secunda quaestione. in secunda columna. eodem titu. vbi dicit quod superior debet prouidere ne ex multitudine patronorum grauetur ecclesia. Item facit quis nemo inuitus cogitur stare in communio ne. l. si non sortem §. si centum. cum similib. ff. de cond. in deb. & faciunt notata per Bartol. in l. quintus. ff. de annuis legatis.

¶ Quinto quæro, an assignatio fundi debeat fieri cum consensu episcopi, ad hoc vt acquiratur ius patrona. Ioan. An. in dicto capitulo nobis. in secunda columna. in verbo ex e. dicit quod dos, edificatio, & fundus faciunt quem patronum: dum modo fiant cum consensu diocesani: sed si alterum istorum fieret sine ipsius consensu: illi tantum qui haberent consensum essent patroni. Ista sunt verba sua post Hostien. ibi. & comprobatur: quia forte ille qui dedit fundum erit talis qui ad ius patron. de facili non erit admittendus. Ergo etiam in assignatione fundi requireretur consensus episcopi. Ista etiam conclusio comprobatur ex diffinitione iuris patron. in verbo de diocesani consensu. Istud etiam concludit Abb. in consil. suo l. x. inci. quidam. d. Jac. de Rachanero. in versicu. tertio principaliter. in secundo volum. vbi dicit, quod nec ex constructione, nec etiam ex donatione acquiritur ius patronat. nisi id fiat de consensu diocesani. quando ergo quis assignaret fundum pro ecclesia construenda: si alter construat & doret de consensu episcopi, debet esse cautus ille qui assignauit fundum, vt faciat quod episcopus consentiat dictæ assignationi. & ipsum assignantem admittat ad ius pa. aliter solus esset patronus ille qui construxit & dotauit per predicta. Quæ autem sit ratio, quod dictus consensus episcopi requiratur: declarauit in verbo præcedenti in tertia quaestione. ¶ Sexto quæro, an si super fundo meo construitur ecclesia me in scio, ego sim patronus ratione fundi. Ioan. And. in dicto capitulo nobis. in secunda columna. in verbo acquiri, videtur concludere quod sic. qui nimis hoc casu dicit, quod in totum ius patrona. acquireretur domino fundi & non constructori qui id fecit in scio domino: quia edificium cedit solo. l. adeo §. cum in suo. ff. de acqui. ren. re. do. §. cum in suo. in fi. de re. diui. sed vbi quis construxit bona fide de consensu domini fundi: tunc secundum eum constructor etiam erit patronus per illum textum. Ista conclusio tamen Ioan. And. refert. & sequitur d. Cardin. Floren. ibidem in quarta opp. In contrarium tamen facit: quia vt dicit d. Car. post Ioann. And. vbi supra domino fundi non acquiritur ius patronat. nisi dominium ipsius fundi sit translatum in ecclesiam. allegant. c. secundum. x. quæst. j. sed hoc fieri non potest in scio domino fundi. l. id quod nostrum est. cum similibus. ff. de reg. iur. Ergo dominus fundi in scio (vt supra) non erit patronus. & istud credo verius. solus ergo dominus fundi in dicto casu erit patronus, quando sit postea contentus dominium ipsius fundi in ecclesiam transferre, & actualiter transferat: licet non fuerit contentus à principio de constructione facta eo in scio. Et de hoc etiam puncto habetur per d. Ant. de But. in dicto capitu. nobis. in prima columna. & si quis dicat predictæ conclusioni videtur obstare, quod dicit d. Abb. in capitulo tertio. in versicu. sed dubitatur de quaestione. infra de eccle. ædifi. & domi. Cardinal. Floren. in consilio suo trecentesimo uigesimo secundo. incip. in nomine indiuiduæ Trinitatis. vbi decidunt quod si rector alicuius ecclesie construit capellam ex redibus ecclesie: ius patrona. acquiritur ipsi ecclesie: non autem consanguineis suis: etiam quod intentio rectoris fuerit de acquirendo consanguineis per capitulum apostolicum. cum gl. xj. q. j. & alia per eos allegata. Et sequitur domi. Felin. Sandeus in cap. cum venerabilis. xij. colum. de excep. & tamē illud non fuit factum cum consensu ecclesie. potest responderi quod imo ecclesia videtur consensisse: ex quo illi reditus fuerunt conuersi in constructionem capellæ: & sic ad diuini cultus augmentum: prout erogari debent quando super sunt ultra necessaria vitæ. c. de his. & ibi notatur de eccle. ædi. & notatur in c. pastoralis. de his quæ si. à præla. & per Abb. & alios in c. de monachis. super gl. j. de præben. & alibi sæpe declarando. tamen vt in dictis locis habetur. predictæ etiam conclusioni videtur obstare quod dicunt Hug. & Archi. in c. in sacris. xij. q. j. quos refert dom. Cardin. in dicto consil. cxxij. dicunt

9 enim præfati doctores, quod si vasallus construxit ecclesiam in fundo feudali ratione constructionis acquirat ius patrona. quem secundum eum non perdit. licet fundum amiserit: ergo non est verum, quod solus dominus fundi sit patronus: sed potest responderi quod illa decisio Hug. & Archi. est vera, quando bona fide cum consensu domini vasallus construxisset: vt §. dixi. vel dicas melius, quod in casu predicto iste vasallus etiam patronus efficitur: quia fundus non est totaliter domini: sed ipse vasallus habet in eo vtile dominium: igitur,

10 & c. Sed circa predicta accessorie quæritur an in casu propositæ quaestionis possit dominus fundi propria autoritate destruire ecclesiam. Ad hoc vide domi. Alexand. in l. j. §. nuntiatio. in prin. ff. de oper. no. nunt. vbi ex notatis ibidem concludit quod non. & etiam allegat gloss. in dicto capitulo apostolico: quæ vult quod fauore ecclesie solum in quo est edificata ecclesia cedit edificio. Et eandem conclusionem tenent & approbant ibi Moderniores. de veritate tamen dictæ glo. capit. apostolicum. vide plenè do. Alexan. in d. l. j. §. nunc videamus. post

11 Ro. ibi: vbi plura accumulatur pro & contra ipsam gl. ¶ Septimo quæro circa predicta: pone quod clericus edificat ecclesiam in proprio solo, vel fundo de pecunijs ecclesie suæ: an ecclesia cuius erant pecunie sit solum patrona alterius ecclesie edificatæ. vt §. glo. in capitulo apostolicum. xij. quaestione ij. videtur concludere quod sic. dicit enim quod fauore ecclesie solum edificatio cedit. & illam glo. dicit sing. Abb. in consilio suo. xcij. incip. in quaestione hæredum. in secundo volu. Ego autem arbitror, quod hoc casu vterque sit patronus. scilicet & clericus ratione soli, & ecclesia ratione pecuniarum, ex quibus fuit constructa ecclesia: iuxta theoreticam Inno. & aliorum super hac rubrica. Nec obstat, quod dicit dicta gl. quia loquitur in constructe aliud edificium quam ecclesiam: & sicut eo quod construit ad vtilitatem propriam: tunc enim expendit pecuniam ecclesie aliter quam debeat. sed vbi construit de pecunijs ecclesie aliam ecclesiam facit opus bonum. nec est sibi aliquid imputandum. Et ita (iudicio meo) est intelligenda dicta gloss. alias eius de ciso esset iniqua. intelligo etiam quod dixi dummodo ecclesia quæ construitur (vt supra) etiam dotata iuxta ea quæ dicta sunt in secunda quaestione huius ver-

12 bi. ¶ Octauo quæro, an fundatori acquiratur ius patronat. quando simpliciter assignauit fundum pro ecclesia construenda. ipsamque construxit & dotauit, nec dixit se velle esse patronum. domi. Calde. in consilio quinto. sub hoc titu. de iure patrona. refert aliquos dicere, quod ius patrona. non acquiratur edificanti ecclesiam nisi expresse sibi referretur ius patronat. tamen id non firmat. veritas est quod absque alia expressione acquiratur ius patronatus fundanti, constructi vel donanti. Ita concludunt domini de Ro. in antiquijs. decisioe ducentesimo quinquagesima quinta. & est decisio quinta sub hoc titulo. Ista etiam conclusionem reperio prius possessisse gloss. in capitulo si quis basilicam. in verbo sunt tributaria. de consecratio. distinctione prima. quæ allegat aliqua iura ad hoc. & etiam probatur in capitulo significauit. supra de testi. & ibi expresse notant domini. Cardinal. Abba. Panormitan. & d. Felinus Sandeus dicentes, quod non requiritur aliqua expressio retentionis iuris patronatus. sed sufficit quod fundans, vel construens, vel dotans non remiserit ipsum ius patrona. quæ

13 decisio est bene noranda in practica. ¶ Quid autem si quis sibi reseruauerit ius patronat. an censetur etiam reseruasse hæredibus. Calde. in consilio suo iij. eodem titulo concludit

14 quod sic. dic vt per eum. ¶ Nono quæro, an si quis non fundit ecclesiam, sed assignet domum quandam statuens, vt illa sit ecclesia: an sit patronus id faciendo cum consensu episcopi. Credo quod sic. dummodo dotet illum locum ipse vel alter declarando, vt supra dixi in secunda quaestione huius verbi. Et moueor per id quod dicit Archidi. in cap. nemo. de consecra. distinct. j. vbi dicit quod quis potest domum in ecclesiam consecrari facere. allegat in argumentum c. vnicuique. eadem di. & dicit quod episcopus vel alius loco illius veniet ad illum domum: & ibi cruce ponet & locum Deo deputabit. Et facit pro hac conclusione: quia ratio eadem militat ac si à principio quis ecclesiam fundet, vel construat. Præmissam et conclusionem sentit Bart. in consil. suo xx. incip. testator. vbi etiam tractat, an si disponens quod ecclesia erigatur in domo sua postea illam domum alienet, & aliam emat, debeat ecclesia erigi in illa empta. dic vt per eum. Præmissam etiam conclusionem tenet Roma in consil. suo clxxvij. incip. licuit ipsi

16 norario. in principio. ¶ Decimo quæro an episcopus possit dare fundum ecclesie pro oratorio vel hospitali construendo, concludit quod sic nisi id fiat cum maxima lesione ecclesie. ita dicit Abb. Pan. in c. olim primo per illu. tex. in secundo notabili. de



# Tract. de iure patrona.

li. de restitut. spol. allegat argumentum capituli apostolicae. & ceterum de dona. & capitulo bona rei. & capitulo terras. & capitulo aurum decimasecunda quaestione secunda. facit etiam tex. bonus in c. questi. decima octava quaestione iij. vbi dicit quod valet donatio facta per abbatem de terra monasterij pro ecclesia construenda. ¶ An autem consensus capituli requiratur, dic vt per Abbatem post alios in capitulo pastoralis. circa finem. de his que fiunt a prela. & in capitulo apostolicae. & vide ad praedicta quaer dicam infra. super verbo & 18 dotauit in decimasecunda quaestione. ¶ Aduerte tamen quod in casu proposito monasterium habebit ius patronat. vel ecclesia cuius erat fundus non autem ipse praelatus vt pulchre habetur per Abba. Panorm. in capitulo. ad audientiam. primo. de eccle. edifi. & late per domin. Felin. in cap. cum venerabilis. columna duodecima de excep. & bene facit quod dicit dom. Anton. de But. in capitulo eam te. de arate & qualit. & Abb. in capitulo ad audientiam. vbi dicunt quod si intra corpus ecclesiae laicus edificat capellam ratione soli ecclesia efficitur compatrona. Et subiicit Abbas. ibi hoc non esse tactum ab alio. & communiter non obseruari propter inaduertentiam. & refert & sequitur d. Felin. in dicto capitulo cum venerabilis. in xij. columna. in fine. vbi plene loquitur in materia huius quaestionis & sequentis. videatur etiam Gemi. in capi. vnico. 19 in princ. de capellis mona. libro sexto. ¶ Vnde quaro an ratione alicuius iuris quod quis habeat in fundo. super quo ecclesia construitur. licet non sit totaliter dominus fundi efficiatur patro. videtur dicendum quod sic. quia si plures darent dotem ecclesiae: licet vnus minus altero. tamen omnes sunt patro. vt per Abb. hic & in cap. ad audientiam. j. de eccle. edifi. & dicam infra super verbo dotauit. ergo si quis habeat directum dominium in fundo. & alter habeat vtile. vel aliud ius: licet minus habeat: debent aequaliter esse patroni. In contrarium tamen facit quod decidit Abb. in dicto cap. ad audientiam. in secunda columna. versu. ex his. vbi concludit reprobata opin. Innoc. & sequacium: quod si ecclesia construat infra limites parochiae alterius ecclesiae. tamen illa non efficitur patrona huius ecclesiae que construitur. licet habeat ius parochiale in illo loco. Ergo est necesse quod illa ecclesia parochialis suppleat. si quid deficit. & sic dicitur: ad hoc vt sit patrona. vt dicit Abbas vbi supra. & in cap. cum venerabilis. de excep. & ibidem. d. Felinus. Sandeus. in xij. col. in quibus praedictam decisionem esse notabilem. & inferens ex ea quod habens iurisdictionem in aliquo loco vbi ecclesia construat. per hoc non est compatronus constructantis. Et praedictam decisionem de ecclesia constructa infra limites parochiae etiam firmat Ioan. de Imo. in capi. de monachis. in pe. colum. post dom. Anto. ibi s. de preben. & dom. Prapo. diui Ambrosij in capi. quando in j. columna. xxiiij. di. allegant Innocen. in dicto cap. cum venerabilis. in fi. Ego credo veram opinionem supra primo loco re-

20 latam. f. ¶ quod habens ius aliquod in fundo super quo ecclesia construitur sit compatronus propter fundamentum supra factum. Nec obstat quod dicit Abb. in d. c. ad audientiam. quia illud ius quod habet ecclesia parochialis in parochia. habet respectu animarum. non autem respectu locorum. vel fundorum ipsius ecclesiae. vt patet de se. & probatur ex significatione huius verbi parochia. de qua per Abb. & alios in rubrica supra de parochijs. eodem modo potest responderi ad id quod dicitur est de iurisdictione ¶ quia iurisdictione potius concernit personas quam loca. vt constat ex eius diffinitione de qua per gl. & doct. in l. j. ff. de iurisd. om. iud. sed ius patron. non acquiritur nisi ex assignatione fundi vel ex constructione. vel ex dotatione. vt dicunt omnes super hac rubrica. vel ex privilegio papae: vt dixi in vltima quaestione precedentis verbi: non autem acquiritur propter iurisdictionem vel similia. ¶ Duodecimo & vltimo quaro an super fundo subiecto fideicommissi possunt construere ecclesiam. concludit quod non secundum Bar. in l. si locus. in fi. ff. de relig. & sumpt. fune. & per hac sum expeditus de hoc verbo fundauit. Aggredior nunc verbum construxit.

- 1 Construxit verbum. an intelligatur de fabro. qui construxit: an de eo qui suis expensis constructi fecit.
- 2 Faber conuenit cum alio. quod ipse operam ponet pro construenda ecclesia: alius ponet pretium. & ligna. seu sumptus: an hoc casu faber erit patronus.
- 3 Ius patronatus an acquiratur ex sola fundatione ecclesiae.
- 4 Construens ecclesiam an possit eam dotare.
- 5 Haeres fundatoris tenetur ad fundandum ecclesiam.
- 6 Fundans capellam in ecclesia an teneatur eam dotare.
- 7 Ecclesia quando est edificanda de necessitate: potest constitui sine dote: ex quo

- non reperitur modus quo ipsa dotetur.
- 8 Episcopus an possit diuini facere ecclesiam vel capellam. quam quis construxit sine ipsius consensu.
  - 9 Ius patronatus an quis acquirat ex constructione altaris.
  - 10 Praelatus ecclesiae in qua construitur capella vel altare si non consentiat. sed contradicat: an ex tali constructione acquiratur ius pa.
  - 11 Construo. vel doto altare. vel capellam in ecclesia tua patronata. an requiratur consensus iui patroni: & an acquiratur nouum ius patronatus in illa capella vel altari.
  - 12 Reficiens vel reparans ecclesiam an efficiatur patronus.
  - 13 Construens primò ecclesiam an preferatur ceteris in refectioe vel reparatione.
  - 14 Patronus prior an remaneat patronus si ecclesia funditus destructa reficitur de eadem materia.
  - 15 Capella quam testator mandauit construendam sine praescriptione temporis. infra quantum tempus debeat constitui.
  - 16 Testator si mandauit ecclesiam constitui per heredem suum infra tale tempus sub certa pena: an herede moriente & non exequente teneatur haeres haere ad penam.
  - 17 Testator si legat centum pro ecclesia construenda. & illa centum non sufficiant: an haeres teneatur supplere.
  - 18 Testator si mandauit ecclesiam constitui in certo loco. si non possit fieri an tenebitur haeres pro alio loco.
  - 19 Testatore mandate ecclesiam constitui in loco communi: an ceteri teneantur partem suam vendere. vt ecclesia edificetur.
  - 20 Testator mandans ecclesiam constitui. nec dicat in quo loco: an teneat legatum.
  - 21 Testatore mandante constitui hospitale: an possit haeres constitui facere monasterium.
  - 22 Regula. cui licet plus. licet minus. non habet locum in mandato.
  - 23 Testator instituit filium. si emancipatur a patre quamuis non emancipetur. sed alio modo efficiatur sui iuris. capiet hereditatem.
  - 24 Monasterium non est equipollens hospitali. nec sunt loca conformia.
  - 25 Construens ecclesiam an efficiatur patronus etiam capellarum.
  - 26 Conuentio an valeat. vt emptori non liceat in re sibi vendita edificare ecclesiam.
  - 27 Testator si mandauit constitui ecclesiam in testamento imperfecto an illa voluntas sit seruanda.
  - 28 Oratorium an quis possit construere: & statueri. quod ibidem celebretur. & quod locus non sit ecclesiasticus.
  - 29 Ecclesia a quo praesumatur constructa. quando aliter non apparet.

**C**onstruxit hoc verbum quid importet factis patet scilicet pro clara intelligentia materia. ¶ Primò quaro an istud verbum intelligatur de fabro qui construxit: an de eo qui suis expensis constructi fecit ecclesiam. Ista quaestio format d. Cardinal. Flo. in capitulo nobis. l. prin. l. viij. q. j. eodem titu. post Ioan. And. ibi. & concludunt intelligendum esse de eo. qui fecit expensas in construendo. non autem de fabro constructuente. Et ratio est secundum eos: quia faber recepit mercedem pro laboribus suis: vnde non est aequum. quod etiam ius patronatus. ex tali constructione acquiratur sibi. allegant illud. quod habetur Luc. xv. cap. & in capitulo cauendum. de poeni. distinct. iij. & in l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. re. do. Facit pro hac conclusione regula vulgata. quae habet quod ille dicitur facere cuius nomine fit. l. j. §. deiecisse. ff. de vi & viarma. c. mulieres. de senten. excommu. cap. qui facit per alium. de reg. iur. libro sexto. Ergo ille dicitur construere ecclesiam & per consequens acquirere ius pa. cuius nomine & sumptibus ecclesia construitur. & haec conclusio est indubitata. ¶ Secundo quaro pone quod conueniat faber cum alio: vt ipse faber operam ponat pro construenda ecclesia: alius autem ponat pretium & ligna. seu sumptus faciat: an hoc casu faber erit patronus. Ista quaestio format domi. Cardi. Floren. in d. c. nobis. in prin. in ix. quaest. post Io. And. ibi. & concludit quod etiam faber erit patronus. dummodo id fiat cum autoritate diocesani. facit secundum eos: quia potest eo modo contrahi societas. l. v. §. j. ff. pro socio. Pro ista conclusione etiam facit quod decidit gloss. in summa. lxiiij. dist. quae dicit. quod si plures dent dotem ecclesiae. omnes pariter sunt patroni: dato quod vnus det minus quam alter. & allegat rationem quia vnus potest supplere per operam. quod ei deest in patrimonio. & sic est ibi gloss. in terminis in hac quaestione. quam gloss. etiam refert & sequitur Abb. Panormit. super hac rubrica ad aliud propositum. & praedictam decisionem licet non allegat dicta gloss. ponit Innocen. in capitulo primo. infra eodem. Et ex praedictis concludunt etiam Ioan. And. & domi. Cardina. & alij sequuntur in dicto cap. nobis quod si vnus ponat pretium operarum: alter pretium lignorum pro construenda ecclesia: quod

quod vterque erit patronus ex identitate rationis, intellige tamen vt in sequen. quæstio. remissive dicā. ¶ Tertio quæro an ex sola constructione ecclesie acquiratur ius patr. cōcludē q̄ non nisi ipse construens vel alius dotauerit. vt plene dixi. s̄. in prin. in prima quæst. & etiam in secunda. quæst. præcedentis verbi. ¶ Quarto quæro dictum est in præcedenti quæst. q̄ si alius dotauit ecclesiam quam construxi, ego etiam sim patronus ¶ an ego qui construxi possim cogi dotare. In hoc reperio Ioan. de Ana. in consilio suo xxiiij. incip. primo videtur. & ibidem in additionibus excellētem dominum Ludouicum Bologninum, qui tenēt quod ecclesiam dotare tenetur qui construxit sed capellam non, ex multis fundamentis de quibus per eos. In contrarium facit tex. in capit. cum sicut. & ibi glo. & omnes. infra de consecra. eccle. vel alta. Fundando enim & construendo ecclesiam vel capellam censetur tacite se ad dotem obligasse, quemadmodū pater carnalis obligatur ad dotem competentem filie dandam. l. si. C. de do. p. missione. Ille enim qui fecit ecclesiam construi quodammodo censetur pater: cum deduxerit ecclesiam de non esse ad esse: ita Abbas. in d. c. cum sicut. & etiam super hac rubrica post Innocen. & alios ¶ quinimo etiam hæres fundatoris ad id teneretur secundum glo. in dict. capitu. cum sicut. quæ. allegat iura hoc probantia. & dicit Abb. ibi nota. quia sæpe accidit, maxime in constructis capellarum. Prædictam conclusionem etiam firmat Abbas in capitu. ad audientiam primo, in tertia notab. in fine infra de eccle. ædifi. dicens quod compelli potest directo, vt dictum est. Item per indirectum non admittendo eum volentem exercere ius patrona. puta presentare. Idem concludit gl. in cap. nemo. de consecra. distin. prima. Et per prædicta & per alia hoc etiam firmat Abbas. in consilio suo lxxix. incipiente. Iesu Christi saluatori. & c. in prima colum. in secundo volumine vbi pulchre loquitur, & cōcludit quandam dominam Vanuciam potuisse cogi ad dotandam vnam capellam seu altare per eam constructam, faciunt etiam ea quæ dicuntur per domin. Felin. in c. cum accessissent de constitutionibus. colum. sexta. in fine. vbi dicit quod canonici qui creant dignitatem non omnino nouam in ecclesia, debent ipsi dignitati cōstituere dotem, alias ipsa creatio non tenet. & allegat Rotam & alias auctoritates, vt per eū. Opinio præcedens posset disputando faciliter sustineri: tamē quia hæc secunda est magis fauorabilis ecclesiis & cultui diuino illam amplector. argument. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fune. Et eam tenendo limita nisi ad ornatum ecclesie ipsam capellam vel altare quispiam construxisset. ita Abbas in consilio suo cvj. incipiente casus. in secundo vol. in secunda colum. in prin. vbi declarat quando id præsumendum sit. Et hoc est quod forte voluit Ioan. de Anan. in d. consi. suo xxiiij. incip. primo videtur quem refert domin. Felin. Sandeus c. ex parte. in secunda colum. s̄. de rescrip. vbi dicit ¶ quod fundans capellam in ecclesia non tenetur eam dotare. debet enim intelligi secundum domin. Abb. vbi. s̄. quando ad ornamentum ecclesie capella construeretur. hoc tamen casu nullum ius haberet construens in ipsa ecclesia, vt præsupponit Panormitan. in dicto consi. cvj. Prædictam etiam conclusionem scilicet quod ad dotandum cogi possit constructor, firmat Pau. de Cast. in consi. suo. cxxliij. incip. videtur dicendū. & docto. alibi sæpe. Et nota semper quod etiā hospitali sicut & ecclesie dos est assignanda. Ita decidit Innocen. in ca. cum ad sedem. de restit. spoliato. allegat d. cap. cum sicut. & illud dictum refert & sequitur ibi Abbas Panormitan. in secundo notabili, dicens esse notabile. & allegat nota. per gl. in dicto ca. si cur. Limitatur etiam præcedens conclusio secundo modo, vt non procedat, quando ecclesia ædificaretur ex necessitate propter periculum animarum puta quia multi sunt homines qui propter longam distantiam ecclesie sæpe decederent sine sacramentis. Tunc propter penuriam dotis non debet episcopus pati periculum animarum. & sic non deberet prohibere ecclesiam construi sine dote. ¶ Nam vbi de necessitate ecclesia est ædificanda, potest cōstrui sine dote: ex quo nõ reperitur modus ipsam dotandi. ita Abbas in d. c. ad audientiam. in gloss. secunda post Hostien. subiiciens ita esse limitandū capitulo nemo. de consecra. distin. prima. & tunc viuere rector vel vicarius de obventionibus ecclesiasticis per dict. capitu. ad audientiam. An autem qui reficit ecclesiam illam dotare tenetur, rex. probat quod non. in s̄. primo. in authentico, vt nullus fa. ora. do. & per illum tex. ita tenet domin. Ioan. de Ana. in dicto consi. xxiiij. faciunt ad hæc quæstionem ea quæ dicam. infra in quæstio. octaua. ¶ Quinto quæro ¶ an si quis construxit ecclesiam vel capellam sine cōsensu episcopi, possit episcopus illam dirui seu demoliri facere Abb. in dicto cō

consilio. lxxix. s̄. in præcedenti quæstione allegato in prima columna. concludit quod sic. vide etiam domin. Calde. in tit. de relig. domi. in consilio penultimo. ¶ Sexto quæro an construens alium pium locum, puta hospitale, collegium studium, vel similia loca, ius patronat. acquirat. ex an construens sepulchrum sit patronus illius, dixi supra in verbo ecclesia. in quarta. q̄. & sequentibus. ¶ Septimo quæro ¶ an ex constructione altaris quis acquirat ius patronat. ego tetigi de hoc vnum verbum. s̄. in quarta quæstio. huius verbi, & sensi quod sic. post Abb. in consi. suo lxxxix. in secundo volum. intellige tamen hoc verum, si episcopus consentiat constructioni, vt in ecclesia plerumque dictum est. ita probatur in cap. nullus presbyter. de consecra. distin. prima. Prædicta etiam conclusionem firmat Calderin. in cōsilio suo vltimo sub hoc eodem titu. & Cardina. in consi. suo octauo. incipiente casus. & Abb. in consilio suo lix. incipiente. quidam dominus Iacob. de Rachaneto in secundo volum. ne. maxime in versiculo tertio principaliter. & alibi sæpe doctores. Aduerte tamen quod hoc casu etiam ecclesia in qua est ædificatum vel constructum altare, erit cōpatrona ratione fundi, super quo est constructum altare, quod est ipsius ecclesie. ita concludit Abbas in capitu. ad audientiam. primo. infra de eccle. ædifican. in versiculo. sed dubitatur de quæstione. subiiciens hoc non esse tādum ab alio, & communiter non obseruari propter inaduertentiam. & refert & sequitur domin. Felin. Sandeus in capitu. cum venerabilis. in duodecima. colum. in fine. de exceptio. idem Abbas pulchre. in capitu. cum ecclesia Vultarana. in pen. colum. de electio. & dixi super præcedenti verbo in q̄. decima: hoc tamen procedit quando tertius ædificaret ipsum altare. Si autem ecclesia ipsa puta ecclesia parochialis ædificat in fundo suo vel intra corpus ipsius ecclesie vnam capellam vel alter vel etiam aliam ecclesiam, tunc prælati maioris ecclesie erit patronus vtriusque. ita Abbas pulchre in dicto capitulo. cum ecclesia Vultarana. columna. vltima. & refert & sequitur dominus Felin. Sandeus in dicto capitu. cum venerabilis. in decimaquarta. columna. mouentur per gloss. singularem in capitu. eam te. in verbo pendeant. s̄. de arat. & qualitat. Et hanc conclusionem intelligit procedere dūmodo ecclesia edificauerit sibi aliā ecclesiam vel capellam in sui adiutorium propter numerositatem populi, secus si edificauerit vt esset beneficium per se itans, quia tunc de necessitate debebit ibi presentari perpetuus rector. E. subiicit Abbas vbi supra. quod ita sentit Innocen. in dicto capitu. eam te. faciunt etiam quæ dicit dominus Felin. in capitu. ex parte. supra de rescrip. columna. prima. vbi multa pulchre ac cumulata de istis altaribus vel capellis. Sed hic suboritur quæstio accessoria. pone ¶ quod prælati ecclesie in qua constructi capella vel altare non consentiat sed contradicat. an ex tali constructione acquiratur ius patronat. Ego credo quod sic dūmodo episcopus consentiat. Et moueor per rex. in c. omnes basilicæ. decima sexta. q. septima vbi dicitur quod omnes basilicæ quæ sunt constructe vel quotidie constructæ in episcopi potestate consistunt. Ergo alterius cōsentus non est quæredus. Faciunt etiam decisiones relatæ in præcedenti principali quæstione: in quibus docto. non requirunt alium cōsentum quam episcopi in constructione altaris vel capelle: probatur in dicto capitulo nullus presbyter. Pro ista conclusione suadet ratio quia nullum sit præiudicium ipsi prælato vel ecclesie. ergo nimirum si illius cōsentus non requirit. & ita reperio in propriis terminis domin. Præpositum diui Ambrosii in capitulo principali. lxxij. distin. post domin. Cardin. Florenti. in capitu. postlasti. infra eodē. Ista tamen conclusionem limita vt non procedat in capella vel in altari constructo in ecclesia religiosorum: quia illis maxime inuitis non potest in eorum ecclesia acquiri ius patronat. ita decidit Abb. in dict. consi. suo lix. in vltima. colum. & declarat in plenus super verbo in ecclesia in quarta quæstio. die vt ibi. Secundo suboritur quæstio accessoria ad prædicta ¶ pone quod ego construam vel dotem altare vel capellam in ecclesia tua patronata: an requiratur cōsentus sui patroni & an acquiram nonnum ius patronat. in illa capella vel altari. In hoc puncto ego credo dicendum, quod respectu constructionis altaris vel capelle non requiratur cōsentus patroni. moueor primo, quia patronus non habet ius in fundo ecclesie quia habet tantummodo ius presentandi rectorem ad ecclesiam: & quædam alia de quibus per Abbat. in hac rubrica & per tex. & docto. in cap. nobis infra eodem. Secundo moueor quia cōsentus patroni non requiritur in occurrentibus circa ecclesiam patronatam nisi iuri patrona. fiat precium: vt habetur per omnes post Calderin. in capitu. cum

accessissent. de constitu. & clarius per Abb. in c. suggestum j. eod. titu. si igitur construarur altare vel capella cum consensu episcopi: satis erit, quia nullum præiudicium fit patrono. ubi autem fieret præiudicium patrono vel iuri patro. secus esset. Quantum autem ad acquisitionem noui iuri patr. in dicta capella vel altari, ego magis dubito. Reperio circa istum punctum dom. Abb. in cons. suo lix. s. allegato, in ij. colu. qui decidit quod ius patro. non acquiratur ex dotatione vnus altaris: puta altaris maioris: quando ipsa ecclesia iam fuit dotata. Et ratio est secundum eum, quia si ecclesia fuit dotata, satis dicitur dotata cum ipsum altare: cum sit pars ecclesie. Præterea dicit ipse in versu. secundo principaliter, quando ecclesia est consecrata, non potest amplius in ea acquiri ius patro. dato quod quis illam dotet. ratio est secundum eum: quia ius patro. est quædam seruitus: sed loca sacra seruitutem non recipiunt. l. seruitutes. §. fin. ff. de seruitu. l. caueri. ff. communia prædi. Et ad hoc allegat glo. quam secundum eum sequuntur communiter docto. in cap. piæ mentis. decima sexta. quæstione. septima. Breuiter in hoc puncto notabili, & qui sæpe cucuire posset in facto, ego credo distinguendū: quod aut quis vult dotare capellā vel altare iam constructum in ecclesia iam dotata & consecrata: & tunc procedat decisio Abb. in dicto consilio ex rationibus per eum allegatis. Aut verò nondum est dotata ecclesia, tamen est consecrata. & tunc si quis dotaret ipsam ecclesiam an efficitur patronus: ego attingam super sequenti verbo vel dotauit. Aut verò quis construit altare vel capellam de nouo in ecclesia dotata & patronata: & hoc casu credo, quod construens acquirat ius pa. nouum in ipso altari, vel capella, dummodo cum consensu episcopi id faciat, & dummodo ipsum altare, vel capella etiam dotetur. & moueor: quia iste facit actū, per quæ acquiritur ius patronatus: scilicet constructionem & dotationem capellæ. igitur, & c. Et hanc conclusionem credo procedere etiam quod patronus contradicat: quia vt supra dixi, de consensu patroni non curatur, nisi quando fieret præiudicium iuri patrono. sed hoc casu nullum fit præiudicium: quia aliud ius patrono, nouum creatur, & noua dos constituitur ipsi altari vel capelle, & ad istud propositum bene facit decisio domini Cardinalis & domini Prepositi, quam allegauit in præcedenti quæstione. faciunt nota per Abbatem in c. j. in fine, de successione ab intestato. & plenius per Barb. ibidem. Procedat etiam ista conclusio, dato quod ipsa ecclesia in qua construitur dictum altare sit consecrata: quia per hoc non sequitur quod sit consecratum altare quod de nouo construitur: vt no. doct. maxime do. Abb. in c. ij. & in c. proposuisti. j. de consec. ecclesie vel alta. solum huic conclusioni obstat: quia vt dicit Abb. in præallegato cons. lix. quando ecclesia fuit dotata, etiam censentur dotata altaria, quæ sunt pars ecclesie. ergo si construo altare de nouo in ecclesia patronata, patronus ecclesie erit etiam patronus huius altaris vel capellæ. de nouo constructæ. Tenendo tamen præcedentem conclusionem ad hoc fundamentum puto responderi posse, quod procedit respectu capellarum vel altarium iam constructorum: sed respectu construendorum non videtur rationabile, quod quis sit patronus eo quod ex quo nõdum sunt in rerum natura tempore quo ius pa. acquiritur in ecclesia: & quod hoc sit verum probatur in argumentum. in d. c. nullus presbyter. de cons. dist. j. ubi dicitur quod nõ est construendū altare in ecclesia sine consensu episcopi. Non est igitur bona conuenientia quis habet ius in ecclesia, puta ius pa. ergo idem ius habet respectu altarium vel capellarum postea construendarum: quia de illis indicamus prout de ecclesia de nouo construenda. vt ibi iungo c. nemo. ea. dist. Itē probatur, quia iura & doc. plerumq; dicunt quod ex constructione capelle, vel altaris in ecclesia qd efficitur patronus, vt dixi in principio huius vij. q. nec distinguit an ecclesia sit patronata vel nõ. igitur vtroq; casu acquirat ius pa. & maxime, quia vt dixi hoc casu nullum fit præiudicium iuri pa. & sic patrone ecclesie cum aliud ius pa. nouum eret in ipsa capella vel altari de nouo constructo. ¶ Octauo quod principaliter tan si quis reficiat vel reparat ecclesiam efficitur patronus. Ista quonem tangit gl. in c. iij. j. c. & distinguit aut ecclesia non est funditus destructa: & tunc reficiens non efficitur patronus. mouet inter cætera, eo quia & humani iuris esse desit, seruitutem non recipi. l. caueri. ff. commu. prædi. ergo ex tali refectioe non acquiratur ius pat. cum ecclesia iam humani iuris esse desierit per consecrationem. facit etiam, quia aliud est facere, aliud reficere. vt dicunt Ab. & cæteri in c. consuluit. j. de iudæis. Et h. per Bal. d. Ale. & cæteros in tub. ff. fol. mar. reficiens enim non dicitur proprie facere. gl. est in l. j. edificare. vltimo. ff. de mor. infe. aut vero est funditus destructa. & tunc reficiens efficitur patronus secundum prædictam gl. dum-

modo tamen ipsam refectioem faciat cum consensu episcopi. & mouetur, quia quando ecclesia est funditus destructa & reficitur perinde est ac si ab initio construeretur. allegat tex. in argumentum in d. c. consuluit. cum ista conclusio prædictæ gl. transeunt ibi Host. & Io. An. allegantes casum in §. j. in autentico vt nullus fabricet oratorij domum. & ita etiam transeunt do. Card. Flo. Ab. Bellencinus & alij ibidem. & subiicit Abb. quod illam gl. sequuntur doctores. & ego etiam illam teneo & comprobō huc casum vltimum: quia etiam si, quod talis ecclesia fuisset, tamen ius pat. perijt destructo funditus ædificiū secundū Io. An. in d. c. iij. post Ta. Gof. Vin. Phi. & Host. in c. ij. de relig. dom. limitarem hoc verum in patrono propter ædificium, quod sublatum edificio perdit ius patronatus. item in patrono propter dotem. quia dato quod ædificium corrumpat, vel fundus pereat, durat tamen dos & per consequens talis dotator patronus durat: quod etiam est de mente Spec. in hoc tit. in fi. & Io. And. ibidem in vltima additione. erit ergo compatronus reficiens, si tamē etiam dos perijisset, pari modo dotator perdidisset ius pa. eadem ratione & hoc etiam firmat d. Card. Flo. in d. c. iij. in l. ij. & iij. q. & satis est de mente Abbatis ibidem in versu. & in fi. gl. & ad conclusionem gloss. in d. cap. iij. vide plura accumulata per dominum Felinum in c. cum accessissent. col. pen. & si de const. & per modernos in l. i. §. si quis edificatum. ff. de noui ope. nun. ¶ Sed hic suboritur quæstio accessoria tan ille qui primò construxit, præferatur cæteris in refectioe, vel reparatione. Host. in d. c. iij. quem referunt Io. An. & do. Car. ibidem dicit æquum esse, quod si extraneus vult reedificare ecclesiam, episcopus antequam ei consentiat prius antiquum patronum super hoc moneat: & ipsum cui libet extraneo præferat. allegat tex. in arg. in c. cum apostolica. de his quæ sunt à præla. & cap. potuit. de loca. & c. ad hæc. §. de offi. archi. facit etiam tex. & quod ibi notant Bar. & cæteri in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æsti. sentiunt ergo præfati docto. quod de necessitate non debeat præferri antiquus patronus: quod videtur notandum. ¶ Secunda suboritur quæstio accessoria cit  
**14** ca prædicta tan si ecclesia funditus destructa reficitur de eadem materia, prior patronus remanet patronus. Istam quæstionem attingit prædicta glo. in d. c. iij. & arguit ad partes. & tandem concludit quod non. & mouetur quia obligatio semel extincta amplius non reuiuiscet. l. qui res. §. aram. ff. de solut. c. quæri. de cose. di. iij. Eandem opinionem sequitur ibi Cald. quem refert & sequitur Abb. sequitur etiam Io. And. & communiter cæteri maxime dom. Card. ibidem in iij. q. subiiciens idem esse quando dos perijisset: quia de nouo dotans erit patronus, non autem ille qui primò dotauit: quod etiam firmat ipse ibidem in j. & ij. quæsti. de quo etiam dicemus in sequenti verbo. & dotauit. ¶ Nonò quæro an construens ecclesiam vel capellam simpliciter: absque eo quod dicat se velle esse patronum, efficiatur patronus. breuiter dic vt dixi super præcedenti verbo  
**15** in viij. q. ¶ Decimò quæro infra quantum tempus debeat construi ecclesia vel capella quam testator construendā mandauit sine præfinitione temporis: concludo quod debeat construi infra annum computandum à die monitionis sienda per episcopum. casus est in c. nos quidem. §. de testa. & ita ibi concludunt communiter doct. & maxime Ioan. de Imo. qui hanc quæstionem ibi format in iij. colu. in versu. vltimus quæritur. & hoc etiam allegat tenere Fede. de Senis in consil. suo cxtiij. alias. cxxix. & ibidem declarat Imola in ij. col. post d. Car. Flor. quid si hæres cœperit construere & nõ potuit finire infra annum, an hoc casu fiat deuolutio ad episcopum iuxta formam illius tex. & concludit quod non ar. reg. imputari de reg. iur. libro vij. idem concludit Abb. ibi dicens, quod respectu operis inchoandi datur annus: sed respectu operis complendi consideratur qualitas ipsius operis. in contrarium tamen videtur vrgere ille textus. in d. c. nos quidem ibi cuncta construere, qui tex. vult quod cuncta infra annum sint constructa. idem probat tex. in §. si quis ædificationem. in autentico de eccle. tit. in verbo compleri. sed potest dici quod ille text. debet intelligi quando id fieri potest considerata qualitate operis, vt supra: quia lex nõ obligat ad impossibile. §. si impossibile. instituit. de iuri. stipu. cum vulgaribus. Quid autem si talis grauatus vt supra non potuit incipere dic vt per Imolam & alios ibidem. Aduertendum etiam est circa prædicta quod hodie communiter episcopi disponunt per statuta, quod tempus currat à die mortis testatoris monendo quoscunque in genere. ita dicit Abbas, & communiter alij in loco præallegato. hoc tamen est quid facti. ideo esset videndum ipsum statutum. Effet tamen intelligendum & declarandum. seu suppleendum prædictum statutum & à tempore aditæ hereditatis & scientiæ: vt ibi per Abb. pulchrè, qui allegat autoritates ad hoc. quam au-

tem poenam patiatur hæres non implens voluntatem defun-  
cti, ibidem traditur maximè per Inolam in ij. col. & per doct.  
in autentica hoc amplius. C. de fideicom. & pulchrè per Abb.  
16 & alios in capitulo si hæres. de test. ¶ an autem si testator  
mandet ecclesiam cõstrui per hæredem suum infra tale tem-  
pus, aliàs sit priuatus hæreditate: si moriatur hæres infra illud  
tempus, teneatur hæres hæredis ad illam poenam. vide Bart.  
in cõsil. suo septimo. incip. factum tale est. item quid si sit pius  
locus, vel minor institutus, & grauatus ad construendum ec-  
clesiam vel capellam infra annum sub poena priuationis hæ-  
reditatis: an lapso anno detur restitutio. conclude quod sic  
text. est singularis in l. iij. §. si hæres. ff. de minoribus. & ita deci-  
dit Ro. in singu. suis charta secunda. columna quarta, singula-  
ri incipien. pridie habui. vbi etiam allegat Bald. in l. pupillor-  
um. C. de repudianda hæreditate. ¶ Undecimò quæro circa  
17 istud verbum construxit: ¶ pone quod testator leget cen-  
tum pro ecclesia vel capella construenda, & illa centum non  
sufficiant, an hæres tenebitur supplere. Conclude quod nõ:  
sed tunc debebit illa centum conuerti per hæredem in al-  
ium piũ vsum de consensu tamen episcopi. ita decidit Ab-  
ba. per illum textum in dicto capitulo nos quidem & plenius  
ibidem Ioann. de Imol. in quinta columna. versiculo extra  
gloss. post Ioann. Andr. & domin. An. & allegant alia infra, vt  
per eos. & faciunt quæ dixi supra super verbo diocessani con-  
18 sensu. in xv. q. ¶ Duodecimò quæro: pone quod testator mandet  
monasteriũ, ecclesiam, vel capellam cõstrui in certo loco, &  
ibi construere non possit: an hæres tenebitur construere seu cõ-  
strui facere in alio. conclude quod sic casus est in capitulo. nos  
quidem. & ibi notant omnes hoc plenè declarantes & ratio-  
nem assignantes: & habetur etiam in clementi. quia contingit  
in principio. de religi. domi. facit lex legatum. & quod ibi  
not. ff. de vsufructu. lega. & habetur pulchrè per Bartol. in l. pa-  
ter filium. §. rusculanus. ff. de leg. tertio. & in locis ibidem me-  
moratis per domin. Alexand. in apostillis ad Bart. & per eundem  
Barto. in consilio suo vigesimo quinto. incipien. testator  
19 disposuit. ¶ Sed hic suboritur dubitatio ¶ quid si possit con-  
strui ecclesia in illo loco in quo disposuit testator, tamen ille  
locus est communis ipsius testatoris cum alio: an ille cogatur  
vendere partem suam, vt sic ibi possit ecclesia construere, vt  
detur dicendum quod non per regul. nec emere. C. de iure  
deliberand. Contrarium tamen concludit Bald. & bene in l. j.  
in fi. per illum textum. C. de communi seruo ma. dicens. quod  
etiam hæres hoc casu tenetur illam partem emere. Nec ob-  
stat dicta regula: quia fallit fauore religionis in casu proposito.  
& ad hoc allegat alia iura vt per eum. Et ista limitatio est  
notanda ad multa: & alias limitationes ad dictam regulam vt  
de per domin. Alexand. remissiuè in dicta. nec emere. & pleni-  
us per apostillantem ad Abbatem in capit. primo. de emp.  
& venditio. vbi inter ceteras commemorat eam quam supra  
20 retuli. ¶ Decimotertio quæro: pone quod testator man-  
det construere ecclesiam vel capellam, nec dicat in quo loco:  
an istud legatum tenet fauore vltimæ voluntatis & piæ cau-  
sæ. Et istam opinionem dicunt esse communem Abb. & Ioã.  
de Imol. ibi super dicta gloss. locus igitur hoc casu eligitur de  
consensu episcopi & hæredis: vt dicunt ibi præfati doct. ma-  
ximè Abb. argumento illius text. idem dicit ibi Ioan. de Imol.  
in penultimo notabili per illum textum. quando testator mā-  
dat monasterium vel ecclesiam construere, & non exprimit lō-  
gitudinem nec latitudinem nec alia: quod tamen legatum  
valet, & certificatio seu declaratio fiet per episcopum loci,  
21 consideratis facultatibus defuncti. ¶ Decimoquarto quæ-  
ro: pone quod testator mandauerit construere hospitale, an pos-  
sit hæres construere vnum monasterium. Hanc quæstionem  
format dom. Cardina. Floren. in clementi. quia contingit.  
in prin. in quarta quæstione. de relig. do. & refert argumenta  
& auctoritates pro vtraque parte, tandem concludit quod hæ-  
res id facere non poterit: quia voluntas defuncti pro lege ser-  
uanda est. decimatertia quæstione secunda. capitulo vltima  
voluntas. §. disponat in auten. de nupt. & mouetur per alia de  
quibus per eum subijcientem se plenius dixisse in dicto capi-  
tulo nos quidem. supra de testa. l. iij. quæstio. & in pluribus se-  
quentibus. & hoc dicit procedere etiam quod hæres plus ex-  
penderet & melius faceret faciendo construere monasterium  
quam hospitale. quia vt ipse dicit eodem modo non seruaretur  
voluntas defuncti nec hoc casu continetur minus sub maiori  
secundum eum. Istam etiam quæstionem format Bald. &  
idem decidit post Iacob. in l. si quis ad declinandam in versic.  
iuxta hoc quæritur. & in iij. colum. C. de episc. & cler. vbi dicit  
reg. esse quod vbiunque dispositio testatoris est certa respec-  
tu loci personæ vel causæ & causa est possibilis & locus possi-

bilis de iure, & de facto, non potest per episcopũ alterari. &  
faciunt plura alia quæ commemorauimus supra. in verbo pro co-  
g. de diocessani consensu. quæst. xv. colum. vlti. Et hoc etiam  
teneret clarè dom. Abb. in cap. tua nobis in iij. notabili. de test.  
& bene facit gl. in cap. fin. in verbo meliores. de consue. lib. vj.  
22 quæ dicit ¶ quod in mandato non habet locum reg. cui licet  
plus licet minus. quam gloss. dicit singularem dom. Francisc. de  
Aretio in c. fi. in penultim. notabili de accusa. hinc dicimus quod  
dispositio hominis non extenditur regulariter. ita Are. vbi su-  
pra allegat bonum textum in cap. cum in illis. & in cap. cui de  
non sacerdotali. de præben. lib. vj. hoc idem dicit Io. de Imol.  
in l. si verò. §. de viro colum. viij. ibi item hoc in extensione  
fienda. ff. solu. matri. quem etiam refert & sequitur dom. Fel.  
Sandeus in c. cum dilecta. in xij. col. ver. amplia quinto de re-  
scriptis. Contra tamen hæc conclusionem viget text. in l. si. ff.  
mandati. vbi probatur quod sufficit forma mandati seruari  
per equipollens. & illum textum ad hoc dicit esse bonum do-  
minus Alexan. in consilio suo ij. incipiente visis dubitationi-  
bus. in prin. in ij. vol. & dixit gloss. in c. innocens. in verbo cle-  
mentior. xxij. q. iij. quod si iudex facit id quod non multum  
differt à mandato, non dicitur excessisse fines mandati. & ad  
propositum multa allegat dom. Fel. in dicto capit. dilecta in  
xvij. col. in versic. limita secundo de rescrip. & in capit. causam  
quæ in ij. colum. de re iudica. & dicit text. in l. si mater. C. de in-  
23 sti. & substi. ¶ quod si testator vel testatrix instituit filium fami-  
liam si emancipabitur à patre: dato quod nõ emanciparetur:  
si rament alio modo efficiatur sui iuris capiet hæreditatem. &  
propterea semper allegatur ille text. ad hoc, scilicet quod non  
refert quid ex equipollentibus fiat. ergo in proposito nostro  
satis faciet hæres voluntati defuncti, construendo monaste-  
rium equipollens hospitali: & multo magis si construat mo-  
nasterium excedens hospitale. Tenendo tamen præmissam conclu-  
sionem domin. Cardinal. huic fundamento possit responde-  
24 ri ¶ quod monasterium non est equipollens hospitali, nec  
sunt loco conformia: quinimò sunt diuersæ qualitatis & na-  
turæ: vt patet ex dicta cle. quia contingit. & ex ibi notatis. vt  
de illa regula quæ habet quod non refert quod ex equipollē-  
tibus fiat. procedit: quando casus sunt omnino equipollētes:  
vt dicunt doct. in d. l. si mater in solutione contrationum  
formatorum ibi per gloss. secunda. an autem prædicta regula  
habeat locum vbi aliquid requiritur pro forma, traditur per  
Fell. plenè in dicto cap. cum dilecta. in xvj. colum. in versic. am-  
plia. xj. & per modernos in l. certum. ff. si certum peta. & alibi  
sæpe. ¶ Decimoquinto quæro, an si quis non construat eccle-  
siam, sed designet, vel disponat quod domus sua conuertatur  
in ecclesiam illam dotando legitime, an acquiritur ius patron.  
25 dic vt dixi super præcedenti verbo in vij. quæstione. ¶ Decimo-  
sexto quæro an construens ecclesiam efficiatur patro-  
nus etiam capellarum ecclesiæ: & sic est quæstio an habeat præ-  
sentationem ecclesiæ non solum rectoris ecclesiæ: sed etiam  
capellano: in instituendorũ in capellis. conclude quod sic. ita  
decidit Ioan. Andr. in cap. nobis. j. eodem. & sequuntur ibi cõ-  
teri. & firmat Abb. in consilio suo cvj. incipien. casus super quo  
consilium in princip. in secundo volumi. & dixi super verbo  
in ecclesia. in prima quæstione. vbi alias auctoritates allegauimus.  
an autem si vna capella de nouo construat in ipsa ecclesia  
per alium idem sit dicendum, dic vt dixi. §. in q. vij. huius verbi  
26 circa finem. ¶ Decimo septimo quæro an valeat conuen-  
tio vt emptori non liceat in re sibi vendita edificare eccle-  
siam vel capellam, vel monumentum: conclude quod sic. quia  
in re sua quilibet est moderator & arbiter. in re mandata. C.  
mandati. & dicit text. in l. in traditionibus. ff. de pact. in traditio-  
nibus rerum, quodcunque pactum apponas id valere mani-  
festum est. Et pro hac conclusione est casus in l. si quis ita. C.  
de pactis inter empto. & venditio. vbi ita summat Bald. & ibi  
text. assignat rationem huius decisionis. idem etiam cõcludit  
dom. Andr. Barba. in consilio suo vigesimo tertio. incipien. scri-  
psit propheta. in xij. colum. in primo volumi. Contra tamen  
istam conclusionem facit quia laicus licet Imperator & vir  
sanctus non potest imponere legem rei ecclesiasticæ, vel ali-  
quid disponere contra libertatem ecclesiasticam. aut cassã. C.  
de sacrosanct. eccles. Ad istud fundamentum tenendo quod  
supra dixi facilis est solu. potest enim dici, quod hoc casu nõ  
ecclesiasticæ rei sed priuata apponitur lex vel conditio, vel  
aliter dic vt per Bald. in d. l. si quis ita. & per Barba. in consilio  
27 præallegato. ¶ Decimo octauo quæro an si testator man-  
det construere ecclesiam in testamento imperfecto illa volun-  
tas sit seruanda de ista quæstione vide Bartol. per illum text.  
in l. in testamento. ff. de fideicom. libera. & doct. in l. hac con-  
sultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & in l. si is qui testamen-  
Traet. de iure patro. IIII 2 tum.



tum. ff. de testa. domin. Mathesi in notabilibus suis, in quarta charta. columna tertia. & dom. Felin. Sandeus in capitulo. cum venerabilis. columna septima. de excep. & doct. in locis accumulat. 28 mularis per moderatos in dicto. §. ex imperfecto. ¶ Decimo nono quæro an possit quis construere oratorium, & statuere quod ibidem celebraretur, & tamen quod locus non sit ecclesiasticus: concludit quod sic. dummodo id faciat cum consensu episcopi: quia in loco profano non potest celebrari sine episcopi vel superioris consensu capitul. in his de priuile. & ibi notant doct. maxime Ioann. Andr. ita concludit domin. Card. Floren. in consil. suo xj. incipien. quedam societas. Subiiciens qd taliter constructes cauere debent ne aliquam dotem stantant ipsi oratorio vel loco profano: & ne deputent aliquem rectorem certum ad celebrandum in eo: quia tunc talis rector esset visitandus ab episcopo: sed habent licentiam faciendi celebrari per quemlibet sacerdotem idoneum. vt excludantur notata per Innocen. in capitulo fin. de censibus. Item dicit dom. Cardina. quod tales debent præcauere, ne ipsum oratorium reducant ad faciem ecclesie faciendo ibi campanile & similia. vt latius per eum quia: tunc in futurum præsumetur locus ecclesiasticus iuxta nota. per Archi. in c. nemo de conse. dist. j. & per Fede. de Senis in consilio suo ceteris mofexto. in prin. & per Abba. in c. si. de censibus. & in c. patentib. ibi publicè que pulsare à contrario sensu. & ita ibi notant doct. maxime Abba. in secundo notabili. Aduertendum tamen est circa predicta in quantum dictum est de consensu episcopi: quod talis consensus requiritur eo respectu. quia statuitur, vt in oratorio priuato quotidie celebraretur: per d. c. in his. non autem requiritur consensus episcopi in constructione oratorij vel in constructione alterius loci, qui non habeat faciem ecclesie: puta hospitalis: talis enim locus potest constitui & destrui ad bene placitum. tex. est & ibi no. Abba. in dicto capitulo. ad hæc. de relig. do. habetur per Innocen. & alios in capitulo in per dilectos. de dona. per Abba. in capitulo penultim. versu. secundo quaritur. de immu. ecclesie. & in capitulo. fin. de censibus probatur in cap. vnicuique. de conse. dist. j. firmat domin. Cardin. in dicto consilio xj. & est gloss. in dicta clement. quia contingit. in verbo altare. de relig. do. Poterit tamen episcopus accedere ad talia oratoria vt videat quomodo se habeat: & an præter formam iuris constructa sint: & an honeste tractentur secundum Abba. & alios post Innocen. in dicto capitulo. de censibus. non tamen habebit episcopus ius visitandi ea, nec procuraciones. tex. est & ibi notatur in cap. autoritate. j. de censibus. Est verum quod non dicitur haberi ius patron. in talij loco proprie loquendo: quia locus non dicitur ecclesiasticus: sed ille qui construxit dicitur potius dominus illius loci, vel oratorij regens illud autoritate propria. ita dicunt doct. in dicto capitulo. inter dilectos. & dom. Felinus Sandeus in capitulo de quarta. in secunda columna. in fine. & in quarta columna. in prin. de præscri. & dixi supra super verbo in ecclesia. in tertia questione. Quando autem tale oratorium vel talis locus constructitur cum episcopi autoritate, tunc dicitur locus ecclesiasticus: & subest hoc casu episcopo: nec amplius potest ad ipsum profanum conuerti. notatur in dicto capitulo. inter dilectos. & in locis supra allegatis. posset etiam hic oportere quæri. an aliqua pacta, conditiones, vel grauamina possit construens apponere in constructione, vel fundatione, vel dotatione actu, vel post. verum quia plene hoc discussi supra super verbo pro eo quod de diocesani consensu. in secunda questione. xij. & sequentibus, vbi etiam bene cadebat. ideo hic non repeto. & sic remaneat expedita ista questio. ¶ Vigesimo quæro à quo præsumatur constructa ecclesia, quando aliter non constat. ex se enim nasci non potest. videtur ergo, quod debeamus dicere ab aliquo fuisse constructam. puta ab illo populo, vel ab illis parochianis, vbi est constructa ecclesia. & ita videtur concludere Abba. in consilio suo. centesimo sexto. incipien. casus contingentiæ. circa medium in primo. vol. m. quod prima facie præsumitur ecclesia habere patronum allegat Ioann. Andr. in regu. quod alium. de regu. iur. libro sexto in mercurialibus pope finem. Ego arbitror in hoc puncto dicendum, quod licet sit verum, quod ecclesia præsumatur habere constructionem: quia ex se nasci non potest;

tamen non præsumitur per hoc esse patronata: quia in acquisitione iuris patrona. requiritur quod ecclesia fuerit constructa de consensu episcopi. & quod fuerit legitime dotata, vt in diffinitione iuris patrona. probatur. & propterea dico, quod imò ecclesia præsumitur libera. potest enim esse quod fuit constructa de oblationibus fidelium, qui non intendebant acquirere ius patrona. in ea & sic non est bona consequentia dicere, præsumitur ecclesia habere constructorem ergo præsumitur habere istum magis quam illum. Et istam conclusionem, scilicet quod ecclesia præsumatur libera, probatur per tex. in d. c. quærelam. vbi præsupponitur, quod populus non habet ius presentandi rectorem ad ecclesiam, ex eo quod illi de populo sint parochiani illius ecclesie: nisi etiam esset in quasi possessione presentandi. & ita expresse concludit do. Abbas ibi ita colligendo ex illo tex. in iij. notabili. & ita etiam in effectu voluit ibidem super gloss. in verbo consuetudine. & in capitulo. cum ecclesia Vulturana. columna penultima. de electi. vbi dicit quod si non constat de patrono. libera collatio spectat ad episcopum etiam si esset ecclesia parochialis. allegat Innocen. notabiliter in capitulo cum venerabilis. in fin. de exceptio. & Ioann. Andr. in capitulo vnico. de capellis mona. lib. vj. Idem tenet Bald. allegando Innocen. vbi supra. in repertorio suo in verbo ecclesia. versiculo vigesimo quarto. in repertorio iuris ciuili & canonici. Idem tenet Abba. in consilio septuagesimo sexto. incipien. inuocato. in secundo volum. vbi dicit præsumendum esse, quod populus construxerit & quod habeat ius patrona. in ecclesia quando est in quasi possessione presentandi. aliàs secus. & idem in effectu dicit in dicto consilio. cvj. in prin. & nota quod talis quasi possessio non præsumitur. tex. est quem singulariter ibi responderat Abba. & declarat in capitulo olim iij. de resti. spo. in iij. notabili. & comprobatur præmissa conclusio: quia regulariter quælibet res præsumitur libera l. altius. & ibi gloss. allegat iura concordantia. C. de ferui. & aqua. ergo etiam ecclesia libera præsumitur. ¶ Vigesimo primo quæro, an si quis construat simpliciter ecclesiam, nec dicat se velle esse patronum, sit nihilominus patronus. vide quæ dixi in præcedenti verbo. q. viij. & per hæc sit expeditum commentum huius verbi construxit: aggredior nunc aliud verbum diffinitionis, & dotauit.

- 1 Ius patronatus an acquiratur ex sola dotatione.
- 2 Consuetudo quod ecclesia non sit compatrona ratione fundi. sed presentatio tamen spectet constructibus & dotantibus capellam vel altare in ipsa ecclesia, an valeat.
- 3 Ecclesia si sine dote, an ex donatione ecclesia acquiratur ius patronatus siue ecclesia sit consecrata siue non.
- 4 Ius patronatus an acquiratur ex dotatione, quando ecclesia est consecrata.
- 5 Dos ecclesie si est depauperata non tamen in totum perempta: & quis suppleret dotem ipsam an efficiatur patronus.
- 6 Dotare an quis cogatur ecclesiam quam construxit vel altare vel hospitale.
- 7 Ius patronatus an acquirat qui dotat coactus à iudice.
- 8 Consensus idem est quod simul sensus.
- 9 Ius patronatus an quis acquirat ex legato dotatione vel relicto facto ecclesie.
- 10 Priuilegium non extenditur de persona in personam.
- 11 Dos debet assignari congrua ecclesie.
- 12 Dotatio an debeat fieri ante constructionem ecclesie: vel sufficiat quod fiat post. & nunc sequenti.
- 14 Dos quanta sit assignanda ecclesie.
- 15 In assignatione dotis quid sit attendendum.
- 16 Dotans ecclesiam parua dote, quæ non est congrua, licet episcopus consentiat: an efficiatur patronus.
- 17 Consensus episcopi an requiratur in assignatione dotis.
- 18 Dos, edificatio, & fundus faciunt quem patronum dummodo sint cum consensu diaconi.
- 19 Plures si simul dotent ecclesiam vel capellam: vel vnus fundet vel construat alter dotet. an omnes erunt patroni.
- 20 Ecclesie an sit vtilius habere vnum patronum quam plures.
- 21 Plures si dotent: & vnus conferat plus quam alter: an per hoc habeat maius ius in patronatu.
- 22 Heredes si plures insistantur quam vnus instituat in re minima: omnes tamen in solidum sunt patroni.
- 23 Dotans vnam capellam vel altare in ecclesia, an sit solus patronus illius capelle vel altaris: an ecclesia erit compatrona.
- 24 Episcopus an possit aliam ecclesiam vel capellam dotare de bonis proprie ecclesie.
- 25 Episcopus quare magis possit dare pro dote ecclesie construenda quam iam constructa.

- 26 *Episcopo d. ante aliam ecclesiam de bonis propria ecclesie: an ipsi vel ecclesia acquiratur ius patronatus.*
- 27 *Vsalus episcopi si doret ecclesiam de bonis feudis: an ius patron. transibit ad ecclesiam.*
- 28 *Patronus an sit qui dat pretium pro emenda dote.*
- 29 *Dot. aut quis ecclesiam si illa funditus destruat. Et dos illa assignetur alteri ecclesie: an ille efficiatur patronus secunde ecclesie.*
- 30 *Patronus an dicatur qui erigit vnam prebendam: vel assignat dotem pro vna prebenda cum consensu episcopi: disponendo quod ad eum spectet presentatio ad illam prebendam.*
- 31 *Prelatus eligitur in ecclesia collegiata.*



**D**otauit super isto verbo videbimus, an & quando ex dotatione ecclesie capellae, vel alterius loci pii. acquiratur ius pat. ¶ Primò igitur quæro, an ex sola dotatione acquiratur ius patr. videtur dicendum quòd sic. vt probatur in diffinitione communi. s. in princi. relata in alternatiua, vel ibi fundauit, construxit, vel dotauit. Contrarium tamen est dicendum & tenendum: quia si quis dotat ecclesiam: iam præsupponitur fundatio, & constructio ipsius ecclesie vel ab eo, vel ab alio. ex omnibus igitur his simul iunctis acquiratur ius pat. & non ex dotatione sola vt plenius dixi supra in princi. in discussione dictæ diffinitionis, & super verbo fundauit in secunda quaestione. Fateor tamen quòd benè loqueretur qui diceret, quòd ex sola dotatione ecclesie cum consensu episcopi facta acquireretur ius patronatus, declarando vt in quaestione sequenti. quia in hoc sermone præsupponitur ecclesiam subesse. & sic etiam præsupponitur fundatio & constructio. Et ad hanc quaestionem vide quæ dixi supra in prin. huius operis in discussione diffinitionis, aduertatur etiam quia quæ tudo in ciuitate ista se habet: & ita audio esse alibi, quòd ex sola dotatione altaris, vel capellae iam constructe acquiratur ius patrona. id est, ita vt ipse dotans solus sit patronus: non autem sit compatrona ecclesia ratione fundi & constructionis: licet de iure aliter sit dicendum. vt infra dicam in decima quinta quaestione. Obseruatur etiam consuetudo in hac ciuitate, quòd in altari vel in capella fundata sub nomine alicuius sancti vel sancte in qua sit iam creatum ius patronat. per vnum: si alter ordinet ad ipsum altare vnum alium capellanum, & dotem vel bona relinquat pro ipso alio capellano, dicendo se ibi fundare vnam capellam sub hoc vocabulo alterius sancti vel sancte: quòd talis admittitur ad presentandum tanquam patronus: licet hoc non videatur procedere de iure per ea quæ tradit Ioann. super hac rub. & Ab. in conf. suo quinquagesimo nono. incipien. quidam domin. Iacob. in ij. volum. in. maxime in vers. ij. principaliter. & in consilio decimosexto incipien. casus. versus finem, eodè volumine, & infra in sequenti quaestione, & sequentibus aliquid dicitur. An tamen ipsa consuetudo possit facere aliquem patronum, qui de iure non sit, dicitur infra super verbo ipse, quaestione vltima. Crederem bene quòd valeat consuetudo vt ecclesia non sit compatrona ratione fundi, sed presentatio tantum spectet constructibus & dotantibus capellam, vel altare in ipsa ecclesia: quia in provisione beneficiorum maxime consuetudo præfertur iuri communi. capitulo cum ecclesia Vulterana. vbi Abb. in vltimo. col. de elect. cap. fin. de insti. cum concordantibus. de quibus per Abb. vbi supra. ¶ Secundo quæro, quid si ecclesia sit sine dote: an ex dotatione ecclesie acquiratur ius patrona. siue ecclesia sit consecrata siue non. quo casu dicitur basilica. cap. primo. vbi gloss. declarat supra de reli. do. in hoc puncto concludit, quòd si ecclesia nondum sit consecrata, indubitanter acquiratur ius patrona. ex dotatione: dummodo cum consensu episcopi id fiat. ita colligitur ex verbis gloss. in cap. pia. mēt. tis. decima sexta quaestio. septima. & ex verbis Abbatis & doctorum. in dicto cap. quoniam. & satis probatur in capit. filii. xvj. q. vij. & in diffinitione iuris pat. non deberet tamen episcopus consentire tali dotationi, nisi primò requirere tur ille qui construxit talē ecclesiam. ad eum enim spectat dotatione. quimò & ipse & heredes sui ad id cogi possint cap. cum sicut. cū glo. j. de conse. eccles. vel alta. & firmat Abb. in dicto capitulo quoniam. post Innocen. super hac rubrica. & Ioannes And. in cap. j. j. eodeme eos coniungendo vt plenè dixi super præcedenti verbo in iij. q. Hoc tamen intellige sanè, vt non procedat, quando quis construxisset aliquod altare vel capellam in ecclesia ad ornatum ecclesie potius quā vt acquireret ius patrona. ita concludit dom. Abb. in d. con. cxvj. in ij. col. in prin. tunc enim alius posset ipsum altare vel capellam dotare non requisito constructore: vt sentit Abb. vbi supra. & est satis rationale. ¶ Quando autem ecclesia est consecrata, an ex dotatione

ne illius acquiratur ius pa. doctores sunt: diuersi, primò enim gloss. in d. c. pia. mēt. tis. dicit quòd non, mouetur in re: era. quia si post consecrationem fieret aliquis patronus, iam videtur imponi seruitus rei sacre. quòd esse non debet. l. seruitus. §. si ff. de serui. & l. caueri. ff. commu. præd. ius enim patronatus est quædam seruitus, vt dicit gl. prælegata. & gloss. & doct. in d. c. quoniam. & Bal. in rubrica. C. de vlt. fruct. dicit tamen ibi. Bal. quòd ius patr. est seruitus improprie loquendo, non autem proprie declarando vt per eum. cum prælegata gl. transit Archi. ibi idem sentit gl. in c. quicunque. el. ij. xv. q. vij. idem tenet Fede. de Senis in conf. suo cccxxiij. incip. super primo pūcto. in si idem tenet dominus Felinus Sandeus: licet prædictas autoritates non alleget. in capitu. cum venerabilis. in xij. colum. vers. sed aduerte. de excep. Contrarium opin. tenuit Inno. super hac rubrica. dicit enim Inno. quòd licet aliqui contradicent, ipse tamen tenet quòd licet ab initio, scilicet, tē pore fundationis male omiffa sit dos: q̄ tamen post ædificationem & etiam post cōsecrationem si ecclesiam dotaret patronus esset. mouetur quia sine substantia rerum non potest ecclesie deserviri. cap. si quis obiecerit. j. q. iij. Istam opi. Inno. refert & sequitur Ioā. And. in c. j. j. eodem. post medium. cum moderamine tamen, s. dummodo id fiat cum cōsensu episcopi. & dummodo ab eo qui constructi vel consecrari fecit ipsam ecclesiam dos haberi non possit. Istam opi. Inno. & Ioan. An. tenet d. Ab. in d. c. quoniam. j. eo. & idem d. Car. Flo. ibi cōcludentes idem esse quando: ecclesia femel fuisset dotata, & dos perisset in totum quia de nouo dotans efficeretur patronus. Mouetur d. Car. per similit. gloss. ibi dicitis, q̄ si ecclesia funditus destructa sit ex noua re ædificatione acquiratur ius patr. & subiicit d. Abb. ibi prædictam conclusionem esse notandā: quia quotidie hoc coningit in capellis fundatis in istis ecclesijs conuentualibus: quia si dotantur, acquiratur ius patron. hoc tamen quòd dicit Abb. de ecclesijs conuentualibus præsupponendo quòd in ipsis possit haberi ius patron. an verum sit, dixi super verbo in ecclesia. in iij. q. Præmissam etiam conclusionem, s. q̄ ex dotatione etiam post consecrationem acquiratur ius pat. quando ecclesia esset sine dote. firmat Abb. in conf. suo xxvij. incip. in causa communis. in ij. volum. & in conf. lix. incipiente quidam do. Iacobus de Racherio. in ij. col. vers. secundo principaliter. eodem volumine. & in conf. cvj. incipiente casus super quo consilium de iure postulatur, circa principium eodem volumine. idem firmat domi. Card. in hac rubrica, quaestione vj. & hæc conclusio est communis & eam tenendo non obstat gloss. in d. c. pia. mēt. tis. quia secū dum dom. Abb. in dictis consilijs maxime in d. conf. lix. & in conf. cvj. Illa gl. debet intelligi: quando iam ecclesia fuisset dotata. quia tunc non posset acquiri ius pa. ex alia dotatione post consecrationem facta: secus si nunquam dotata sit, vel dos sit in totum perempta. Vel aliter respondeo, quòd illa gl. malè loquitur, patet: quia fundamentum suum est falsum in proposito nostro, vt statim demonstrabo ex responsione ad illud. Non obstat igitur fundamentum dictæ gloss. in quantum dicit quòd rei sacre imponeretur seruitus, si quis efficeretur patronus ecclesie ex dotatione facta post consecrationem: quia responderetur quòd fauore ecclesie ipsa constitutio dotis retrotrahitur & fingitur ecclesia dotata ante consecrationem, vt sic quis inducatur ad dotandum propter acquisitionem iuris patrona. hoc igitur casus non imponitur seruitus rei sacre: ita responderet Io. An. in c. j. vers. fi. j. eo. & dom. Car. in d. vj. quaestione. & dom. Abb. in d. c. quoniam & in dicto conf. lix. Mouentur per simile de c. tanta. qui filij sunt legi. vbi fauore m̄simonij. filij geniti ante d̄ctum matrimonium, fingunt geniti post. & ista opinio est fauorabilis ecclesijs: quia sic facilius inducentur homines ad illas dotandum. ergo tenenda est. regu. l. sicut personæ. ff. de relig. & sumpt. su. ¶ Tertio quæro pone quòd dos ecclesie esset depauperata, nou tamen in totum perempta, & quis suppleret dotem ipsam, an efficeretur patronus: concludit quòd non. ita decidit dominus Card. Flo. in d. c. quoniam in j. q. iij. colum. Post Ioan. Cal. in c. significasti. j. eod. & probatur hæc conclusio per simile gl. in d. cap. quoniam quæ dicit q̄ ex refectione ecclesie non acquiratur ius patronatus idem tenet dominus Card. in d. c. quoniam in ij. q. reprobando opi. Host. qui contrarium dixit. Contrarium etiam tenuit dominus Abb. in dicto consilio suo xxvij. incip. in causa communitatis. vbi dicit q̄ cōferens aliquid ecclesie minus dotatæ acquirat ius pat. mihi magis placet opinio. Ioann. An. & Car. supra relata. & eam comprobo: quia illud suppleret dotē sicut aliud est ædificare, aliud reficere, c. p̄sultit de iudicis cum similibus ibi per doct. adductis. & per modernos in rubrica sol. matr. Non obstat modo autoritas Abbatis supra

# Tract. de iure patro.

relata, quia se fundat super autoritate. Io. And. in c. j. j. eodem. ubi loquitur in alio casu, scilicet quando concorditer plures simul dotarent, quia tunc omnes essent patroni, prout etiam dicit Abb. super hac rubrica post Inn. declarando ut per eum & dicimus j. in q. xj. huius verbi, sed quando vnus iam dotauit & est effectus patronus quod si postea dos ipsa depauperetur & alter suppleat quod efficitur patronus primo patrono inuero, id non dicit Io. And. Fateor tamen quod quando patronus primus consentiret suppletioni dotis, & vellet supplementum habere in compatronum quod id facere posset consentiente episcopo, & moueor, quia etiam sine aliqua suppletionem dotis posset ille primus patronus alteri donare in patronatus vel eum facere compatronum consentiente episcopo, capit. illud. & cap. quod autem. j. eodem. ergo multo fortius potest eum admittere in compatronum si suppleat dotem depauperatam ut supra. ¶ Quarto quæro, an quis cogatur dotare ecclesiam quam construxit, vel altare vel hospitale, dic ut dixi super præcedenti verbo in iij. q. & aliquid dixi j. in q. ij. huius verbi, & vide Abb. in c. cum sicut. de consecra. eccle. vel alta. quid dicit, quod potest cogi ex quasi contractu. ¶ Quinto quæro, an eo casu quo quis dotat coactus à iudice acquirat ius patronatus. Ista quaestione attingit d. Card. Flor. super hac rubrica. q. vi. & dicit quod Ioan. And. in c. cum sicut. j. de consecra. eccle. vel alta. videtur velle, quod ille qui dotat ex necessitate non acquirat patronatum, tamen Ioan. And. in libro meo hoc non dicit, & subiicit Card. ubi supra, quod ista opinio potest fieri tale argumentum. Nam non detrahit Trebellianicam qui compulsus adiit: ut restituat. l. nam quod. §. qui compulsus. ff. ad Trebel. ergo in simili videtur, quod non sit patronus qui compulsus dotat. Tandem concludit, quod non sit patronus qui compulsus dotat. Et aliter non probat hanc suam opinionem nec respondet ad fundamentum supra factum. In hac etiam opinio nem inclinatur dominus Signorolis de Homodis Mediolanensis in cons. suo lxxxij. incipien. iussu domini papæ, ubi dicit quod compulsus construere efficitur patronus, nisi in poenam delicti compellatur. Mihi magis placet opinio, quod non fiat patronus, & moueor per dictum. §. qui compulsus. & per rationem illius. Secundo moueor per simile. nam videmus quod consentiens delictum sponte habet priuilegium ut sibi alleuetur poena, secus si coacte. capitul. non dicatis. decima secunda quaestione prima. per quem text. ita decidunt Innocen. & doct. in capit. qualiter. secundo. & ibi Abb. in quinta columna. de accusa. Tertio moueor per simile l. conditione. quæ est l. ij. in §. de condi. & demon. ubi dicitur non dici quis satis fecisse dispositioni testatoris quando non adimpleret suam voluntatem ex proposito, sed fato vel casu, multo ergo minus satisfecisse diceretur si coacte adimpleret. ergo idem dicendum videtur in casu nostro. Quarto mouetur, quia ius patronatus est quædam gratia vel priuilegium concessum fundatoribus vel rectoribus ecclesiarum. capitul. quoniam. ubi substituit. & ita notant ibi omnes. infra eodem, absurdum ergo esset dicere quod erigens vel dotans ecclesiam coacte haberet illud priuilegium. argumen. dicto §. qui compulsus. & dicta l. conditionum. Quinto moueor quia ut in definitione iuris patronatus acquiratur interueniente consensu episcopi in fundatione, constructione, & donatione, sed verbum consensus (ut etymologia sonat) importat, id est simul sensus & sic satis denotatur quod non sufficeret coacte constituere vel dotare. Vltimo adiuco decisionem Ioan. And. in capitulo nobis. infra eodem verbo consensu. ubi dicit expresse. quod volenter construens non acquirat ius patronatus. ¶ Sexto quæro, an ex legato, donatione, vel relicto facto ecclesie quis acquirat ius patronatus. quemadmodum ex donatione ipsius ecclesie. videtur dicendum quod sic. propter identitatem rationis. Et istam opinionem sentire videtur Abb. Panormitan. in capitulo ad audientiam. primo in secundo notabili. infra de ecclesijs edificand. ubi dicit, quod si vna ecclesia donauit obventiones alteri ecclesie, efficitur patronus illius. Contrarium tamen concludit ipse Abb. in capitulo, quoniam super prima glossa. infra eodem. & mouetur quia talis non dicitur dotator sed benefactor. & potius iura autem indulgent patronatum non benefactori, sed dotanti. capitulo si iis decimasexta quaestione septima. igitur &c. & propterea monet ibi Abb. volentes dotare ecclesiam, ut sint cauti, & dicant, quod pro dote illa bona largiuntur. Idem tenet ipse Abbas in consilio suo quinquagesimo nono. incip. quidam dominus Iacob. in secunda columna. in secundo volumine. allegat Ioan. And. in capitulo nobis. infra eodem. & alia de quibus per eum. Fortè voluit allegare Ioan. And. in capitulo, circa medium. j. eodem. quia in capitulo nobis. nihil dicit de hoc: hoc

idem concludit ipse Abb. in cons. suo cvj. incip. casus. In j. col. in vers. sed his non obstantibus. eodem volumine. Fortius dicit Innocen. Io. And. & dom. Card. Flo. in d. c. j. co. q. etiam si quis daret rem magnam ecclesie, sed non pro dote, non acquireret patronatum. & mouentur per fundamentum. factum. scilicet quia indulgent patronatum, solummodo fundatori, constructori, & dotatori, & non alijs. & pro hac opi. etiam facit. quia licet Constantinus Imperator fecerit magnam donationem ecclesie, seu papæ Syluestro, tamen Imperatores non sunt patroni ecclesie Romane. ita decidit Abb. Panorm. post Vin. & Philippum. in capitul. per venerabilem. super glossa. in verbo carebit. de elect. facit decisio Io. An. in additio. ad spec. in tit. de iurisd. om. iudi. in ver. quæ autem in additione incip. vidisti duas. & Abbatis in c. veniens. in ij. notabili de accusat. & sequit do. Feli. in c. solitæ. in iij. col. ver. limita primo de maior. & obe. dicunt enim præfati doct. quod concessio temporalium facta ecclesie non censetur facta in feudum, sed liberè & totaliter: nisi exprimat quod in feudum fiat. pari modo dicamus, quod concessio non censetur facta pro dote nisi id dicatur. quinimò tunc censetur libera donatio. ergo ius patris non acquiritur. Corrobatur etiam hæc opi. quia priuilegium non extenditur de persona ad personam, etiam ex identitate rationis c. sane. & ibi notant omnes de priuilegio. ergo non acquirunt patronatum alie persone quam prædictæ: cum vi sæpe dixi ius patronatus sit quoddam priuilegium. Comprobatur etiam ista opinio: quia ut infra declarabit loco suo, & ecclesie debet assignari congrua dos, iuxta notata in cap. cum sicut. j. de consecra. eccle. vel alta. & in cap. nemo. de consecra. dist. j. non sufficit ergo donationem vel legatum esse factum: & maxime quando non contineat tantam quantitatem, quæ sufficiat ad sustentationem ministrorum & seruitium ecclesie. Comprobatur & vltimo hæc conclusio: quia si quis dicat dono, vel lego, vbi liberalitate uti: quæ donatio proprie est: quæ sit ex liberalitate. l. j. in prin. ff. de dona. ergo talis non videtur acquirere patronatum. quia si donatio non esset, liberatur. & hæc ratio demulcet aures meas: tamen valde dubito super præmissa conclusione: quia ea attendenda videretur lex iuxta verba contra c. commissaria. de elect. lib. vj. & l. j. C. communia de leg. nihil enim in effectu referre videtur, an quis dicat de centum pro dote ecclesie: an vero dicat de vel dono centum ecclesie. ut ibidem possint diuina officia celebrari: & illud suadet text. in capitulo pæ mentis. decimasexta quaestione septima. ubi collata prius donatione. & hoc maxime procedere videtur, ubi talia verba profertur ab eo qui dotare teneatur: puta a constructore, iuxta d. c. sicut. talis enim videtur velle facere illud ad quod tenetur, & sic dotare: non autem libere donare, vel relinquere: quia in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adim. leg. ponunt Bar. & doct. in l. si creditores. C. de pact. vnde in hoc puncto. Ego credo dicendum, quod vbi ille qui construit vel construere intendit, assignat certum quid ecclesie: id totum faciendo cum consensu episcopi. iuxta dictum. c. nemo, satis dicatur dotare. ita probat text. in d. capit. nemo. in verbo præfinit. In quo verbo denotatur quod sufficit præfinire necessaria pro luminaribus, & pro seruitibus ecclesie. nec exigit text. quod talis dicat assigno vel præfinitio pro dote. & suadet ratio: quia ut supra dixi, ex quo talis dotare tenetur non præsumitur donare: quia in necessitatibus nemo liberalis existit. d. l. rem legatam. Item id suadet adhibito consensu episcopi, qui in donatione, vel legato facta ecclesie non requireretur. si autem ecclesia sit iam constructa & dotata cum consensu episcopi tunc bene credo quod alter siue donet, siue leget, siue iterum dotet, non acquirat patronatum. hoc decidit Inno. super hac rubrica. ratio est: quia iam ecclesia est in esse deducta: ex quo est fundata, constructa, & dotata vnde cum talis non deducat ecclesiam de non esse ad esse, non potest dici patronus quia patronus dicitur ad similitudinem patris. & propterea secundum Inno. ubi j. talis potius dicitur benefactor quam dotator. Si autem tertio casu ecclesia nunquam fuerit dotata à constructore prout tenebatur dicto capitulo cum sicut. & dicto capitulo nemo: & talis sit inhabilis ad dotandum, vel ecclesia semel fuerit dotata, & dorem totaliter amiserit: & alter leget, vel donet, tali ecclesie: an talis acquirat patronatum. iste punctus seu istud membrum habet maiorem dubitationem. ego credo dicendum quicquid dicant Abb. & alij supra circa principium relati, quod potius sit attendenda mens quam verba: quia ut dicit Imperator in l. si quis filium. C. de liber. præteri. cum manifestissimus est sensus verborum interpretatio nusquam tantum valet, ut melior sensus existat & dicit text. in l. si. C. quæ res pig. ob. post. iustum est voluntates contrahentium potius quam verba inspicere. & hoc est re

est regulare in omni materia per iura vulgaria: quorum multa accumulata gloss. in capitulo quanto de privilegio. unde ad coniecturas arbitror recurrendum: an quis voluerit dotare, vel donare ecclesiam: & sic patronus fieri: quia ad donationem liberam, vel ad legatum factum ecclesie, vel ad oblationem faciendam non requiritur consensus episcopi: sed bene in dotatione: ut dicitur infra. in decima questione. si ergo adhibetur consensus episcopi, nihil aliud est presumendum, nisi quod dotare voluerit. & idem dicendum videtur, ubi alio modo appareat de mente eius, qui donat, vel legat ecclesie. & hoc videtur mihi mera veritas. ¶ Septimo quæro quod an dotationi debeat fieri ante constructionem ecclesie: vel sufficiat quod fiat post. istam questionem decidit text. in dicto capitulo nemo de consecra. dist. i. prima. ubi dicitur quod nemo ecclesiam edificare debet, antequam præfinit necessaria pro luminariibus, & pro stipendijs ministrorum, & sic ante constructionem debet dos assignari per quem text. ita etiam concludit gloss. in capit. præmentis. in verbo, collata. decima sexta. questione septima. & in cap. cum sicut. de consecra. eccles. vel altaris. & ibi Abb. Panorm. idem Ioann. de Ana. in consil. suo vigesimo quarto. incip. primo videtur. subiicit tamen gloss. in dict. cap. cum sicut. quod si per eum omnia sit dos tempore, quo constitui debebat, constitui debet postea. allegat illum text. & d. cap. præmentis. in verbo, collata, & faciunt quæ dixi supra in ij. questione. & super præcedenti verbo in iij. questione. No-

12 ta tamen quod licet à principio constitui debeat dos: quod tamen sufficit, quod construens vel construere volens se obliget ad tradendum ipsam dotem. ita decidit Archidiaconus. in d. capit. nemo. ¶ Octavo quæro quanta dos sit ecclesie assignanda. istam questionem videtur decidere text. in cap. nemo. de consecra. dist. i. ubi dicitur quod tantum debet assignari ecclesie quod sufficiat ad necessaria ministrorum, & ad luminaria. per quem text. ita concludit glo. in cap. quicunque. el. ij. quæst. septima dicens, quod dans modicam dotem non efficitur patronus quam gloss. dicit singulariter ad hoc esse notandam. domi. Abb. super hac rubrica circa finem: & eam extollit in c. ad audientiam. primo. de eccle. edific. aliter. tamen locuta est gloss. in cap. cum sicut. de consecra. eccles. vel alta. dicit enim illa gloss. quod si construatur vnum monasterium, dos debet esse tanta: quod presbyteri, diaconi, subdiaconi, cautores, & lectores possent ibi esse. allegat quod traditur in autentico ut detur. sit numerus cler. s. j. Si verò sit alia ecclesia non collegiata, dicit gl. quod dos debet ad minus constitui pro duobus. Allegat text. in argumentum. in cap. proposuit. de filiis presbyterorum. & in cap. illud. septima quæstio. prima. Item debet constitui talis secundum illam glossam. quod possint ibi recipi hospites, & episcopalia iura persolvere. in capitulo de monachis. supra de præbend. capitulo secundo. de supplen. neglig. præla. hanc opinionem reprobat Host. ibi. dicit enim Hostiensis. quod opinio illius gloss. non est bona: quia si tanta deberet esse dos, quod hospites recipi possent, pauci reperirentur qui vellet ecclesias construere. unde concludit Host. quod sufficit assignare vnum mansum terræ prodote. & quid sit mansum, traditur in capitulo primo. per glo. & docto. infra de censibus. subiiciens Hostiensis. quod attento quod ista obligatio dotandi provenit ex mera liberalitate, non debet multum seuerè agi contra ipsum edificatorem. nec est verum dicit ipse quod debeat dos à principio assignari pro hospitalitate tenenda, & pro iuribus episcopalibus solvendis ex alia ratione, scilicet quia ecclesia impotens non tenetur ad prædicta: imò nec tenetur secundum eum procurare episcopum visitantem. capitulo cauendum. decima sexta questione tertia. si tamen ecclesia peruenit ad pinguiorem fortunam: tunc dicit Hostiensis. poterit exercere hospitalitatem, & alia facere. de quibus in dicta gl. Alio modo in hoc puncto locus est Vin. quem refert Abb. Panorm. in dict. capitulo. cum sicut. in fin. dicit enim quod in assignatione dotis attendendum est, utrum ecclesia sit parochialis: quia eo casu habenda est ratio decimarum, & oblationum, & aliarum obventionum spiritualium. quasi dicat quod tunc minor dos constitui poterit propter ipsas decimas, oblationes, & obventiones. Aliter etiam loquitur gloss. in capitulo. ut quisque. de vita & honestate. cleric. dicit enim, quod tanta dos debet assignari ecclesie, quod sufficiat ad minus pro duobus, & illam glossam simpliciter sequuntur Ioann. de Imol. & Abb. ibi. Et illam opinionem in effectu etiam tenet ipse Abb. post relatas alias opinio. in d. cap. cum sicut. dicit enim. Abb. ibi quod. dos

debet esse tanta ut presbyter vivere possit, saltem cum vno ministro, quando ecclesia non est collegiata. & ratio est secundum eum: quia non possit deseruii ecclesie sine ministro. solennia enim missarum non debent celebrari sine suffragio clerici. capit. proposuit. supra de filiis presbyter. Quando autem ecclesia esset collegiata, dicit Abb. debere dotari secundum numerum collegiatorum. & qualitatè collegij. allegat gl. in capitulo primo. vigesima prima questione prima. Idem in effectu concludit ipse Abb. in cap. j. in primo notabili. de censibus. & in consil. suo lxxxix. incipien. in Christi nomine Antonius, & c. in tertio dubio in secundo volumi. Et hæc opinio non multum discrepat ab opin. gl. in d. capi. cum sicut. quoniam concordat excepto eo quod ibi dicitur de hospitalitate, & de episcopalibus persolvendis. Eraduerit, quia Abb. in prælegato consilio dicit, quod ubi dictum est dotem debere assignari pro duobus, illud procedit etiam ubi altare sacerdotale constructur. hæc etiam opinio in effectu non discordat ab opinione approbata in dicto capitulo nemo quæ supra primo loco relata fuit, scilicet quod debeat tanta dos assignari, quod sufficiat pro necessarijs ministrorum, & pro luminariibus. istam etiam ego sequor: quia ille textus est clarus & etiam probatur in capitulo pastoralis. ibi in usus ecclesie necessarios, & c. supra de his quæ sũ. à præla. sine consensu capitali. Si ergo ecclesia erit collegiata, ut quia construens disponat eam esse collegiatam, erit dotanda secundum numerum collegiatorum. alias erit dotanda secundum numerum eorum qui ibi habent deseruii. Item debebunt considerari alia necessaria ecclesie. Et ista opinio est de mente omnium communiter, dato quod per diuersa verba loquantur: & ut dixi non eundo per mendicata suffragia: clarè probatur in dicto capitulo nemo. & in dicto capitulo pastoralis. Quot autem clerici vel ministri debeant esse in ecclesia, traditur plene in dicto capitulo ut quisque. Et credo hanc conclusionem procedere etiam quod ecclesia verisimiliter sit habitura aliquas oblationes: quicquid dixerit Vincent. supra relatus: quia per hoc non debet minor dos constitui. ratio est, quia dos debet constitui à principio. ut dixi in questione præcedenti. Et ita reperio decidere domin. Felin. Sandeum in capitulo venerabilis. in duodecima columna. de except. per rationem prædictam, & per quasdam autoritates, quæ tamen parum faciunt. Sed præmissam decisionem suadet: quia ipse oblationes sint incertæ & casuales: unde per eas non esset succursus necessarijs ecclesie & ministrorum: prout exigunt iura supra allegata. Et hoc etiam videtur esse de mente doctorum prælegatorum tenentium præmissam conclusionem cum indistinctè loquantur. An autem aliquo casu ecclesia possit constitui sine dote: dixi super præcedenti verbo. in quarta quæst. post Abb. in capitulo ad audientiam. primo. de eccle. edifican.

16 ¶ Nonò quæro circa questionem præmissam. pone quod in rei veritate dos data ecclesie non sit congrua: tamen episcopus consentiat tali assignationi dotis: & illam approbet pro congrua: prout quotidie contingit: nec solent episcopi multum ad hoc aduerter sed indifferenter admittunt vnumquemque dotantem tanquam patronum: an talis dotans erit patronus. gloss. in dicto capitulo. quicunque. secundo. decima sexta questione septima. videtur sentire quod non. dicit enim quod dans modicam dotem ecclesie non est patronus. Sentit ergo ex quo generaliter & indistinctè loquitur, quod etiam episcopo consentiente talis non erit patronus: nec esset bonum intelligere illam glossam in casu in quo episcopus non consentiret: quia quando non consentiret, etiam si assignetur congrua dos non acquireretur ius patroni, qui ut infra dicam & etiam probatur in diffinitione iuris patronat. consensus episcopi requiritur etiam in dotatione congrua. Prædicta conclusio mihi placet, & eam comprobo per decisionem claræ dom. Abb. in cap. j. in primo notabili per illum textum. infra de censibus. ubi dicit quod quando dos necessaria assignatur ecclesie & non ultra: non potest patronus aliquod seruitium vel aliquam pensionem sibi constituere in illa dote necessaria: etiam quod consensus episcopi interueniret. & ratio est secundum eum: quia consensus episcopi non prodest, ubi aliquid sit contra ius. si ergo assignatur modica dos ex quo sit contra ius, non prodest episcopi consensus, nisi forte ex causa episcopus id faciat, iuxta ea quæ dixi supra in quarta questione præcedentis verbi. ¶ Decimo quæro quod an in assignatione dotis requiratur consensus episcopi, etiam quod dos congrua assignetur. cõclude breuiter quod sic. ita probatur in diffinitione iuris patronat. in qua præsupponitur generaliter consensus episcopi interuenire debere in constructione, fundatione, vel dotatione. Et istam con-



clusionem expressè tenet Ioan. Andr. cum quo transeunt alij  
 18 in c. nobis. in ij. colum. j. eo. vbi dicit quod dos, ædificatio, &  
 fundus faciunt quem patronum, dummodo fiant cum con-  
 sensu diocæsan. sed si alterum istorum haberet sine dicto con-  
 sensu, dicit ipse, quod illi tantum qui haberent consensum ef-  
 sent patroni. Ista sunt verba sua post Hostiæ. ibi. & comproba-  
 tur hæc conclusio bona ratione, nam forte ille qui dotat est ta-  
 lis, qui de facili ad ius patro. non er. r admittendus. ergo dignū  
 est, quod cōsensus episcopi interueniat. Præterea dignū  
 est, quod cōsensus episcopi interueniat. vt intelligat quomo-  
 do ipsa dos sit constituta, & an sit congrua. vt dicit dom. Cald.  
 in consi. suo vigesimo. quod est consilium vltimum sub hoc  
 tit. de iure patr. & faciunt quæ dixi super verbo pro eo quod  
 de diocæsan. consensu. in iij. q. & super verbo ecclesiam fun-  
 19 dauit in quinta quæstione. ¶ Vndecimō quæro, an si plures  
 simul dotant ecclesiam, vel capellam, vel vnus fundet, & con-  
 struat, alter dote: an omnes erunt patroni. dicas quod sic. gl.  
 est quam nemo improbat in summa lxxij. distin. idem tenet  
 Hosti. in summa huius tituli. in §. qualiter trāsferatur, ver. quid  
 si plures. vbi dicit, quod si plures fundent, vel dotent omnes  
 sunt patroni. idem concludit d. Abb. super hac rubrica ante  
 finem. & etiam satis est de mente gl. in clem. plures. in gl. ma-  
 gna post principium, eodem titu. nec istud dubitationem ha-  
 bere videtur. Aduerte tamen, quia licet omnes simul dotætes  
 acquirant ius patro. vt suprā, si superior tamen prouidere de-  
 bet, ne ex multitudine patronorū grauetur ecclesia. ista sunt  
 verba domi. Card. Flor. in d. clem. plures. in prin. colum. iij. &  
 dicit Pet. quem refert Abb. in cap. quærimoniam. infra eodē.  
 20 ¶ quod vtilius est ecclesiæ habere vnum patronum quam  
 plures: quia secundum eum, quod communiter possidetur de  
 facili negligitur. l. ij. c. quando & quibus quarta pars debe-  
 tur. lib. vi. Considera tamen super hoc vltimo: quia videtur fa-  
 uor ecclesiæ habere plures patronos & plures defensores vt  
 de se patet, & si nō esset vtile ecclesiæ ius nō admitteret plures  
 patronos: prout facit clem. plures. cum similibus. eodē  
 ti. & vide quæ dicam. j. super sequenti verbo. in xij. q. ¶ Duo-  
 21 decimō quæro circa prædicta. pone ¶ q. plures dotēt, & vnus  
 plus conferat quam alter: an per hoc habeat maius ius in pa-  
 tronatu. Hostien. f. in loco præallegato dicit quod ius patron.  
 ad singulos pertinet & in solidum: tamen in alendo & in one-  
 re ecclesia est magis astricta illi qui plus contulit. Et istam de-  
 cisionem refert, & cum ea transit dom. Bartholo. Bellencinus  
 in apostillis ad Abbatem in dicto c. j. j. eodē. in verbo de hoc.  
 & in c. nobis. j. eodē. in verbo quando. Præmissam etiam de  
 cisionem, scilicet, in quantum dictum est, quod licet vnus mi-  
 nus conferat, tamen ita patronus est sicut qui plus confert:  
 comprobo per decisionem gl. in clem. plures. in gl. magna  
 post principium. eodem ti., quæ dicit quod omnes concordāt  
 in hoc vt in hæredes etiam ex inæqualibus partibus æquali-  
 ter transeat ius patro. Et etiam omnes concordant secundum  
 glo. ibi. vt qui aliquid in dote posuit ita sit patronus, sicut qui  
 plus posuit. & ibi sequitur d. Card. in principio. colum. ij. & alij  
 Idem gl. Inno. Hostien. Io. And. & alij in cap. j. j. eodē. Et ad-  
 ducit Host. pro hac conclusione parabolas de vinea & de ope  
 rarij vineæ Marci xij. & Matth. xx. hanc etiam conclusionem  
 tenet gl. in summa. lxxij. dist. idem tenuit Bar. in l. vt iure iuran-  
 22 di. §. si liberi. ff. de oper. liber. vbi dicit ¶ quod si plures institu-  
 antur hæredes, dato quod vnus instituat in re minima, ta-  
 men omnes in solidum sunt patroni. ¶ Comprobatur hæc  
 conclusio tali ratione. nam ius patro. est indiuisibile. c. j. j. eodē.  
 ergo nimitum si omnes in solidum sunt patroni. Et cum ista  
 conclusione transeunt communiter doctores & dicit domi.  
 Andr. Barb. in capitulo quanto. in fine. de indi. quod tantum  
 habet de iure patr. qui ædificat vnum angulum sicut qui ædi-  
 ficat tres & tantum pauperula quantum rex. Sed dubitatio  
 est, an verum sit quod suprā dixit velle Hosti. in dicto §. quali-  
 ter transferatur, ver. quid si plures, scilicet, quod ecclesia erit  
 magis astricta ei qui plus contulit in dote. Ioann. And. in dict.  
 capitulo primo. in fin. infra eodem, viderit velle quod sic. Et  
 hanc opinionem etiam refert in glossa magna versus finem  
 in dicta clementina plures, idem tenet Bellencinus in locis  
 suprā allegatis post Hosti. vt dixi suprā. quinimō Bellencinus  
 refert Hostien. plus velle, scilicet, quod etiam in honore est  
 magis astricta ei qui plus contulit. quod etiam velle videtur  
 Innocen. in capitulo primo. infra eodem. vbi concludit licet  
 prius dicere videatur contrarium: quod sicut ratione dignita-  
 tis in electionibus aliquando vnus habet duas voces vel plu-  
 res: ita etiam esse possit inter patronos: quia secundum par-  
 tem hæreditatis habeat etiam vocem in præsentatione: quasi  
 dicat quod pinguiorem vocem habet qui maiorem partem

habet in hæreditate. Istam decisionem Innocen. refert & se-  
 quitur sub dubio forsan. glo. in clem. plures. præallegata in  
 glossa magna post principium. Et pro hac opinione facit tex.  
 in l. maiorem. ff. de pact. quem text. ad istud proposuimus alle-  
 gat Ioan. And. in c. j. j. eodem. paulo antè finem, licet contra-  
 rium teneat vt statim subiiciam. Cōtrariam opi. scilicet, quod  
 tantam vocem habeat qui minus contulit in dote, & qui mi-  
 nus habet hæreditatis sicut qui plus, sentit gloss. in d. c. j. j. e-  
 odem. idem tenet Host. ibi quem refert & sequitur Ioan. And.  
 ibidem. & sic Hostien. fuit sibi contrarius in hoc puncto: quia  
 vt suprā retuli aliter locutus est in summa sua. Et istam opi-  
 nionem etiam tenere videtur d. Card. in d. clem. plures. in  
 principio. in iij. colū. qui dicit quod hæredes ex inæqualibus  
 partibus æqualiter sunt patroni. Et ratio est secundum eum  
 propter incommodum diuisionis. Item dicit, quod si plures  
 sint dotantes inæqualiter vterque est patronus. Et ratio est  
 secundum eum: quia is qui plus contulit admittendo alium  
 secum, videtur communicare ius sibi competens in patrona-  
 tu. videtur ergo sentire quod par ius habeant, & sic parem  
 vocem. Et hoc clarius dicit in dicto c. j. in ij. q. per prædictam  
 rationem. Item mouetur ex alio: nam dicit ipse, diuisionem res-  
 pectu vocum fieri non debet: nisi quatenus reperiamus expres-  
 sum, prout in casu clementi. secundæ. eodem titulo. Et subi-  
 cit do. Card. quod non apparet modus per quem possit fieri  
 diuisionem. Hoc casu secus secundū eū si apparet modus: vt quan-  
 do patroni paciscerentur, quod alternis vicibus præsentarēt,  
 vel alio modo facerēt: vt per eum quem videas. Istam etiam  
 opin. clarè tenet Abb. Panorm. in dap. c. j. subiiciens quod est  
 communis opi. Et mouetur: quia cum ius patro. sit indiuisibi-  
 le non potest dici, quod quis habeat duas partes, vel maiorē  
 partem in tali iure. ista ratio, item ratio do. Car. in locis suprā  
 allegatis concludunt, quod etiam notū sit verum, quod eccle-  
 sia sit magis astricta ei, qui plus contulit: nec etiam sit verum  
 quod grauificandum sit ei, qui plus contulit: licet cōtrarium  
 dixerit Ioannes Andreas in capitulo. j. in fin. & ita etiam mihi  
 per prædicta dicendum videtur in puncto iuris: licet contra-  
 ria opinio sapit aliqualem æquitatem. ¶ Decimotertio quæ-  
 ro, an possit quis dotare altare vnum in ecclesia religiosorū,  
 & per hoc effici patronus illius altaris. dic vt dixi super verbo  
 præcedenti. in vij. q. & super verbo in ecclesia. in iij. q. ¶ Deci-  
 moquarto quæro, an si quis dotat vnum altare vel capellam  
 in ecclesia, cuius alter sit patronus, per hoc acquirat ius patr.  
 dic vt plenè dixi super præcedenti verbo, in vij. q. ¶ Decimo-  
 23 quinto quæro, ¶ an dorans vnum altare vel capellam in ec-  
 clesia sit solus patronus illius altaris vel capelle: an verò etiā  
 ecclesia ipsa erit compatrona. concludē quod sic, erit enim  
 compatrona ratione fundi. ita concludit domi. Abb. Panor.  
 in capitulo ad audientiam primo. de eccles. ædific. subiiciens  
 hoc non esse ab alio tactum, & communiter non obseruari  
 propter inaduertentiam. Idem firmat ipse. Abbas in capitulo  
 cum ecclesia Vulterana, in quarta colum. suprā de elect. Hæc  
 etiam concisionem sequitur dom. Felin. Sandeus in capitu-  
 lum venerabilis. in duodecima colum. de exce. alia allegado  
 maximè dominos de Rota vt per eum & firmat. s. in verbo  
 fundauit. in penultim. quæstio. in fin. ¶ Decimosexto quæro,  
 24 ¶ an possit episcopus vel alius prælatus ecclesiæ dotare aliā  
 ecclesiam vel capellam de bonis propriæ ecclesiæ: distinguit  
 in hoc puncto vt distinguit textus in dicto capite apostolicæ.  
 de donationibus. dicitur quod ecclesiæ construenda potest  
 episcopus dare pro dote quinquagesimam reddituum suæ pro-  
 priæ ecclesiæ, vel quinquagesimam possessionum secundum  
 gl. Io. An. & doct. ibi communiter. ecclesiæ autem iam constru-  
 ctæ potest dare pro dote centesimā, si tamen constaret quod  
 ecclesia aggrauaretur: dato quod non excederet dicta sum-  
 ma, tamen non posset fieri talis donatio. dato quod in dubio  
 non præsumatur hoc casu ecclesia grauata: ex quo non est  
 excessa summa taxata à iure, ita declarat Io. de Imo. in d. capi.  
 apostolicæ. in notabilibus. & etiam in glo. iij. si tamen ecclesia  
 sua, vel mensa episcopalis in tantum abundet, quod possit do-  
 nare vltra quinquagesimam vel centesimam sine grauamine  
 ecclesiæ: id facere poterit cum superioris autoritate. ita proba-  
 25 tur in d. c. apostolicæ. ¶ Quare autem magis dare possit epis-  
 pro dote ecclesiæ construendæ quàm iam constructæ: dic vt  
 per Io. de Imol. ibi in notabilibus, quod ratio esse potest. quia  
 pro constructione nouæ ecclesiæ religio magis augetur. ideo  
 plus fuit cauendum. An autem consensus capituli requira-  
 tur in tali donatione distinguit vt per Abbatem post alios, in  
 dicto capitulo apostolicæ. & in dicto capitulo pastoralis. cir-  
 ca finem dicit tamen. Io. de Imol. in d. cap. apostolicæ. colum.  
 penult. quod tutius est ad opiniones vitandas, quod semper  
 adhibea

adhibeat consensus capituli. An autem quod dicitur in episcopo habet locum in aliis prelatibus viderur quod non, quia in dicto capitulo apostolica. sumptus a cap. bonæ rei. xij. questio. secunda loquitur de episcopo & non de aliis. Et ita concludit Abbas in dicto ca. apostolica. in notabilibus, dicens quod hoc privilegium conceditur episcopis tantum. cogita tamen an verum dicat, quia contrarium videtur probare text. in ca. quæstio. decimasexta. q. vij. qui dicit quod valuit quædam donatio facta per Abbatem Transquilitanum de quadam quantitate terræ pro ecclesia construenda: licet abinde supra reuocetur donatio ut ibi. an autem episcopus possit dictam dotem constituere de rebus alterius ecclesie sibi subiecte vel suæ diocesis, dicas quod non. ita concludit Inn. lo. Andre. & Imo. vbi refert & sequitur in iij. colum. in dic. cap. apostolicæ subiectis Imol. quod secundum dom. Cardina. Flor. ibi ista opinio est verior per illum text. saluat tamen ibi Imo. opinionem contrariam vno casu ut per eum. Præmissam etiam conclusionem tenet Innocen. & Egidius quos refert & sequitur Abb. ibi in fin. in dict. capi. pastoralis. ¶ Decimo septimo quæ. 26 r. an in casu quo episcopus dotat de bonis ecclesie aliam ecclesiam ius patronatus acquiratur ipsi ecclesie suæ: an vero episcopo: breuiter dic quod acquiratur ecclesie cuius erant bona. ita decidit Abb. Panormit. in c. ad audientiam. §. i. per illum text. de ecclesi. adifi. in consilio suo lvij. incipiente a tunc. gam. circa finem. in primo volumine. & est text. clarus in capitulo apostolicos. in fin. xij. quæst. secunda. & ibi bona. glou. de clarat. idem dicit domin. Felin. Sandeus in ca. cum venerabilis colum. xij. de excep. & propterea Abb. in d. cap. ad audientiam. dicit peccare clericos qui de redditibus ecclesie ædificant capellas & attribunt patrimonio suo ius patrona. quia vsurpant bona ecclesie. hinc etiam dicit dominus Cardina. Florenti. in consilio suo cxxij. incipiente in nomine indiuiduæ trinitatis. 27 r. Quod si episcopi vasallus dotauit ecclesiam de bonis feudum ius patrona. non transibit ad hæredes suos. sed. transibit ad eos ad quos transibit feudum. q. refert & sequitur domin. Felin. Sandeus. in dicto capitulo. venerabilis. in duodecima colum. ante finem. & facit quod dicunt Ioan. And. & alii in d. cap. nobis. in verbo confuixit. infra eodem. & vide quæ dixi supra super verbo ecclesiam fundauit. q. sexta. ¶ Decimo octauo. 28 r. quæro an qui dat pretium pro emenda dote patronus fiat: concludit q. sic. ita decidit Io. And. in c. nobis. super verbo cõ. struxit. & alii cum eo transunt. infra eod. allegat text. in l. q. sui pretio. ff. de vsufru. vbi dicitur q. qui vitur pretio intel. ligitur ut principali re: & multa similia possunt allegari. ¶ De 29 r. cimonono q. pro an si q. doret ecclesia. & illa ecclesia fundata destruat: & illa dos assignetur alteri ecclesie: an qui dedit illam dotem. & sic qui erat patronus primæ ecclesie sit patronus secundæ dicas quod sic. & ita. concludit Innocen. super hac rubrica. & refert & sequitur domin. Cardina. Florenti. hic in sexta. q. & dixi super verbo ecclesiam fundauit. in tertia. q. ¶ Vigesimo quæro an ex dotatione alterius loci quam ecclesie vel altaris: puta hospitalis vel alterius loci pii. acquiratur ius patro. dic vt dixi super verbo in ecclesia in iij. & v. q. ¶ Vigesimo primo quæro pone r. quod quis erigat vnã præbendam. seu assignet dotem pro vna præbenda cum consensu episcopi disponendo. quod ad eum spectet presentatio ad illam præbendam. an erit patronus. videtur dicendum quod non. quia huic casui non conuenit diffinitio iuris patronatus declarata vt supra in principio. oportet enim vt ibi dictum est. quod ad hoc quod quis efficiatur patronus. quod fundet. cõ. struat. & doret ecclesiam vel capellam. vel quod si vnus vult solum dotare quod reperiantur alii vel alius qui fundet & construat. Præsupponitur ergo quod ex sola donatione quæ contingit in casu proposito non acquiratur ius patronatus. Secundo hoc videtur probari. quia ista esset quædam immutatio status ecclesie: scilicet quod vnus præsentaretur per laicum vbi canonici alii eliguntur vel recipiuntur iuxta notata in capitulo cum Mi. Ferrariensis. in glossa in verbo receperunt de consi. Sed ista commutatio non potest fieri per episcopum sine consensu capituli. vt inquit Innocen. in capitulo. cum consuetudinis. de consuetu. ponunt doct. maxime Abbas & moderni in capitulo. cum omnes de consi. & in capitulo. cum accessissent. eod. tit. Super hoc casu ego fui interrogatus à quodam nobili huius ciuitatis & respondi ei quod si erigeret dictam præbendam & constitueret dictam dotem cum consensu episcopi & capituli dictæ ecclesie in qua intendit præbendam erigere. quod efficeretur patronus. & sum motus per decisionem Innocen. & Ioan. And. quam ibi sequuntur alii. maxi me Panormitan. in cap. nobis. de iure patro. vbi dicit r. quod in ecclesia collegiata licet patronus non possit præsentare

re prælatum quod ille eligitur. vbi notatur. tamen bene poterit presentare ad præbendas argumen. capitu. fina. de concess. præbend. & capit. dilectus vltimo de præbendis. idem vult Abb. post Host. in c. suggestum. eo. tit. & clarius Abb. in consi. lvij. incipiente ex infra scriptis. in vltima colum. vbi dicit istum casum dicit enim ibi quod quædam præbendæ fuerunt dotate de bonis quorundam consulum. & quod propterea ad eos spectat presentatio canonicorum ibidem instituentorum. & præmissa conclusio communiter tenetur vt dicit Ioan. de Imo. in dict. capitulo. si. in vltimo notabili. & vide quæ dixi supra. in verbo in ecclesia. in ij. q. & hoc tenedo nec obstant contraria. & primo non obstat quod sola dotatio nõ faciat quem patronum quia illud esset verum. vbi dotaretur ecclesia vel capella construenda. quia nisi construeretur per ipsum dotantem vel alium. sola dotatio nihil operaretur: ex quo ecclesia non deduceretur in esse. sed vbi ecclesia est fundata & recta ex creatione & dotatione cuiuscunque beneficii in ipsa ecclesia acquiritur ius patronatus. vt dicit dominus Abbas in dicto consilio lvij. & satis est de mente doctorum super declaratione dictæ diffinitionis. Item militat hoc casu ratio quare sit concessum ius patronat. laicis. de qua per doctores. in capitulo. tertio. & in cap. cum dilectus. post gloss. infra eodem non obstat etiam si dicatur. quod prædicti doctores non requirunt consensum canonicorum & capituli in tali creatione. quia respondeo. quod vbi quis fundaret. erigeret. & dotaret ecclesiam collegiatam. tunc presentaret ad omnes præbendas: nec in tali creatione & fundatione requireretur consensus canonicorum. qui nondum essent creati: sed vbi iam ecclesia est fundata & canonici creati. & capitulum creatum credo procedere quod dixi per notata per Imol. in dicto capitulo. cum consuetudinis. & in locis præallegatis. & sic sum expeditus de commento verbi. & dotauit. Aggredior nunc verbum. vel is à quo causam habuit.

- 1 Ius patronatus quot modis transferatur de vna persona ad aliam.
- 2 Successio iuris pat. an fiat in stirpes an in capita.
- 3 Collaterales qualiter succedant patronis.
- 4 Hæredes plures vnus patroni quare habentur pro vno & vnã tantum habent vocem.
- 5 Clementina plures. multis modis limitatur.
- 6 Hæredes plures vnus patroni si sint discordes: an attendantur voces plurium ad illam vocem perficiendam. & num. 7.
- 8 Testator legat ius pat. aliquib. sub nomine collectiuo. & alteri singulari personæ: an tantum ius habebit ille. solus quantum alii.
- 9 Papa si condemnat abbatem & conventum in cenium: dimidiam soluet abbas. & aliam dimidiam conventus.
- 10 Testator quando vitur aliquo verbo denotante q. singulariter sint patroni omnes illi qui sunt de vna stirpe: tunc omnes succedunt in capita. & nõ habentur pro vno.
- 11 Testator dicente Titio cum ecclesia mea ius pat. lego fundum: an fundus censetur legatus ecclesie & pro dimidia: & Titio pro alia dimidia: an cõ. sebitur factum legatum Titio & de iure pat. dictæ ecclesie.
- 12 Patroni sunt quatuor. & sic habent quatuor voces: si vnus sit hæres alterius. an habebit duas voces.
- 13 Successio qua fit in iure pat. vel ex testamento. vel ab intestato. an fiat de iure communi: an de gratia.
- 14 Ius pat. an transferatur per successione ad filias sicut ad filios vel ad feminas sicut ad masculos.
- 15 Ius patronatus an possit legari filio vel filia non hæredi vel etiam alteri qui non instituat hæres.
- 16 Ecclesia si vacet: & hæres presentat antequam episcopus approbet legatum factum de iure pat. tenet presentatio.
- 17 Ius pat. an transeat ad omnes hæredes etiam extraneos. an solum ad hæredes sanguinis.
- 18 Ordinatio facta à fundatore vel testatore. quod ad hæredes sanguinis tantum & non ad extraneos transeat ius pat.
- 19 Testator disposuit q. ius pat. spectet filio suo & descendenti. euenit casus q. non habet descendentes. sed moritur relicto hærede collatorali vel extraneo. an talis hæres erit patronus.
- 20 Ius pat. an transeat cum hereditate in fideicommissarium.
- 21 Iura sepulchrorum hereditariorum transeunt ad quemcunque heredem: & tamen non transeunt ad fideicommissarium.
- 22 Transire quando aliquid dicatur ad hæredes tanquã ad hæredes.
- 23 Ius pat. an transeat ad bonorum possessorem.
- 24 Hæres extraneus dato q. non sit iustus in possess. an possit presentare si ad eum deuenit ius pat.
- 25 Ius pat. si relinquatur proximiorib. an auunculus admittatur cum hæredibus defuncti.
- 26 Index an possit in diuisione hereditatis adiudicare vni ex hæredibus ius patroni.

# Tract. de iure patro.

- 27 Ius pat. an possit permutari cum quacunque alia re.
- 28 Consensus episcopi an requiratur in permutatione iuris pat.
- 29 Consensus episcopi an requiratur an ubi habens patronum relaxat eius ius pat. ita ut solus sit patronus.
- 30 Consensus episcopi an requiratur in donatione iuris pat.
- 31 Verbum liberam quid denotet.
- 32 Ius pat. quando datur religioso, an assumat naturam iuris patronat. ecclesie sicuti.
- 33 Presentatio fundationis ecclesie vel capelle quo casu sit inualida.
- 34 Donatio presentationis an possit fieri resente iure pat.
- 35 Donatio iuris pa. futuri an possit fieri sine consensu episcopi.
- 36 Iura requirementia consensum episcopi in donatione iuris pa. loquuntur quod ipsum ius pat. iam est vocatum & formatum.
- 37 Donatarius iuris pat. an possit presentare donatorem.
- 38 Patronus si dicat domo ecclesiam meam, an per hoc censeatur donasse ius pat.
- 39 Patronus cuius ius pa. ab alio occupatur si porrigat libellum contra illum dicendo peto ecclesiam meam, libellus sustinetur.
- 40 Ius pat. an transeat cum vniuersitate.
- 41 Ius patronat. quando dicitur esse in vniuersitate vel adhibere vniuersitati.
- 42 Mea, dictio, est significatiua domini.
- 43 Fundo vendito in quo est capella, an veniat capella.
- 44 Venditio honorantis an transeat ius pat.
- 45 Castrum dicitur quid vniuersale.
- 46 Venditio vniuersitate in qua sit ius pat. an si illud exprimat in venditione transeat cum vniuersitate.
- 47 Venditio omnib. honorib. & honorantijs. & iure pat. an transeat ius patronat.
- 48 Copulatio facit copulatum venire principaliter.
- 49 Dedicans se religioni cum bonis suis: an expressio honorum aliquid operetur.
- 50 Cum dictio denotat accessionem.
- 51 Verba debent intelligi proprie in dubio.
- 52 Venditio iuris pa. simoniaca respectu iuris pa. expressi an teneat.
- 53 Recipitur aliquis de presentibus in canonicum & promittitur sibi prima vacatura: & receptio in canonicum tenet, & promissa vacatura est nulla.
- 54 Ius pa. an veniat in venditione si de eo fiat mentio.
- 55 Pretium datum pro venditione iuris patro. an debeat restitui.
- 56 Ecclesia patronata si emat ius pat. an erit libera.
- 57 Ius pa. an transeat in locatione vniuersitatis.
- 58 Conductor maxime ad modicum tempus non facit fructus suos.
- 59 Consuetudo si sit & vicini & parochiani rectorem presentem episcopo, & reperiatur domus alicuius ex illis parochianis locata an presentatio preestabit ad conductorem, an ad dominum domus.
- 60 Ius pat. an transeat cum vniuersitate pignori data.
- 61 Pignus non consistit nisi in his que quis de bonis suis facit obnoxia.
- 62 Ius pat. an transeat cum vniuersitate data in dotem, ita quod vacante ecclesia vel capella presentatio spectet ad maritum non ad uxorem.
- 63 Maritus non potest percipere fructus ex reb. dotalib. quando in breui non renascuntur.
- 64 Ius pa. non consideratur in venditione sed accessorie transit.
- 65 Ius pa. an transeat in fscum ex confiscatione bonorum.
- 66 Feudum reuertitur ad ecclesiam confiscatis bonis vasallib. ob crimen lese maiestatis.
- 67 Emphyteosis ecclesiastica si transit ad heredem extraneum & contingat heredem delinquere, ita quod bona eius confiscantur: talis emphyteosis transibit etiam ad fscum.
- 68 Bona alicuius si confiscantur non transibit in fscum nisi illud quod transiret in extraneum.
- 69 Ius pa. an emanet si quis priuatur in specie iure patronat. propter delictum.
- 70 Ius pa. an possit de se per se sine vniuersitate dari insoluto creditoribus vel an possit in solutum capi a creditoribus.
- 71 Presentare an possit si contingat ecclesiam vacare ille penes quem factum est questum ecclesie vel ius pat.
- 72 Patronus an possit renuntiare iuri pat. in preiudicium descendendum vel legitimorum heredum.
- 73 Ius pa. si competat illis de parentela tantum: an vnus de parentela possit renuntiare extraneo ius suum.
- 74 Dispositione stante quod ius pa. non exeat domum vel parentela, si quis creatus de illa domo vel adoptatur, an talis sit patronus sicut alii.
- 75 Legatum factum alicui in tempus liberorum non debetur illi qui sibi filios adoptauit.
- 76 Adoptiuus non succedit in feudum.
- 77 Filiorum appellatione non veniunt adoptiuus in dispositione hominis.
- 78 Statutum preferens masculos feminis non habet locum in adoptiuis.
- 79 Donatio que renouatur per superuenientiam liberorum non habet locum in adoptiuis.
- 80 Verba debent intelligi naturaliter & proprie non civiliter & fecte.

- 81 Ius pat. an possit prescribi.
- 82 Laicus non potest possidere ius spirituale.
- 83 Ius pa. antiquissimum probatur per iudicia & per samam: & possessio antiqua habetur pro titulo.
- 84 Memoriam hominum non extare quomodo probetur.
- 85 Triuatus non potest prescribere merum imperium.
- 86 Tempus quantum requiratur ad causandum prescriptionem iuris patronatus.
- 87 Tempus quantum requiratur ad probandum vel presumendum titulum.
- 88 Tempus longae vite hominis, & sic tempus centum annorum dicitur esse de antiquo.
- 89 Prescribens vniuersi: atem an prescribat ius pat.
- 90 Ecclesia vna an possit aliam prescribere.

**P**se vel is à quo causam habuit. ¶ Super hoc verbo videbimus quot modis transferatur ius pat. de vna persona in aliam, & etiam quomodo transferatur in precedentibus erenim verbis & supra in discussione definitionis iuris pat. habita in principio operis visum est quomodo ius pat. creetur & seu in esse deducatur à principio. item visum est de alijs ad materia iuris patronatus facientibus. ¶ Primo igitur quare quot modis transferatur ius pa. de vna persona in aliam. gloss. in capit. pie mentis xvj. q. vij. circa si. dicit quod transferatur quatuor modis. primo transferatur successione. secundo donatione. tertio permutatione. quarto transferatur quocumque vniuersitas in qua sit ipsum ius patronat. transferatur in alium. & ad singulos modos allegat gl. iura clare probantia. idē concludit gl. viij. in c. cū seculum, infra eodē. que allegat hos versus, ius patron. transire facit nouus hæres. Res permutata, donatio, venditioque. hanc conclusionem facit etiam Inno. hic super hac rubrica. in fine & sequuntur alii communiter dato quod Bald. in l. fin. in pen. colū. C. de edic. diui Adrian. tollendo. & in cons. suo clxxv. incipiente quadam mulier. in tertio volumine. dixerit quod ius patro. non transit in alium titulo singulari. Et exemplificat in donatione. quod etiam tenuit Ab. factis amplis allegationibus ad vtranque partem in disputatione sua incipiente Augerio. in primo dubio. sed vt dixi præcedens opinio est communis & verior declarando: vt infra in processu huius verbi dicitur. vt tamen materia ista clarius intelligatur sigillatim insitam circa vnunquemque modum transferendi ipsum ius pat. Et primo circa modum successione. ¶ Secundo igitur quare, quia paulo ante dictum est, quod ius pa. transferatur in alium per modum successione: tan successio iuris pat. fiat in stirpes, an in capita. hæc questio est subtilis valde. & super ea insudarunt maiores nostri. Inno. in capit. primo. § eo. concludit successione fieri in stirpes & mouetur, quia in successione hæreditatem sit successio in stirpes. al legat. §. & quia placuit. instit. de hæredi. que ab intest. def. ita quod secundum Inno. si plures vni succedant, habentur loco vnius. arg. l. cui fundus. ff. de condi. & demonst. iudiciens Inno. q. hæc conclusio magis consonat æquitati. Et hanc æquitatem dicit subtilitari præponendam. l. ita vulneratus. §. si. ff. ad l. Aquil. istam opinionem Inno. & multi secuti sunt: quos refert glo. in cle. plures. circa principium eo. titu. Contrariam opinionem scilicet quod successio fiat in capita. tenuit Vincen. in c. secundo. §. eo. & alii sequaces relati per d. gl. Et mouetur, quia ad successione liberti patroni veniunt per capita non per stirpes. §. multis. instit. de success. libe. Ergo secundum eum idem est dicendum in successione iuris patron. propter identitatem rationis. Pro hac opinione facit secundum dictam gl. quia ius pa. est indiuisibile, sed indiuidua non diuiduntur inter hæredes. l. ij. l. eadē. §. cato. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. ob. Ergo vnusquisque succedit in solidum: & sic successio fit in capita. Tertiam opinionem distinguentem & ad concordantiam reducentem prædictas opiniones tenuit Arch. in c. si plures. xvj. q. vij. quem refert prædicta glo. in dict. cle. plures. dixit enim Arch. q. si plures ex diuersis causis sunt patroni: vt quia vnus fundauit, alter dorauit, tunc omnes descendentes ab altero habentur loco vnus: & sic succedunt in stirpes, & ita procedat opinio Inno. Si autem ex vnica causa sint patroni, vel vnus sit patronus: tunc descendentes succedunt in capita. & procedat opinio Vincen. Hanc tamen opinionem, licet aliquatulum videatur demulcere aures, reprobatur dicta glo. ex pluribus rationibus, de quibus per eam hodie prima opinio s. relata scilicet q. successio fiat in stirpes & sic plures descendentes ab vno vnus duntaxat loco habeantur, approbata est per dictam cle. plures. in prin. & ita dicitur glo. & ibi doct. & do. Car. Abb. & ceteri in c. j. §. eodem. & omnes doctores de hac materia loquentes post compilationem dictæ

dicta clementin. plures & propterea dicunt prefati docto. In ipsa clementina quod si duo patroni decedat, vnus relinquit decem heredes, & alius relinquit duos vel vnum tantum ita potens erit vox illorum duorum vel vnus, sicut aliorum decem, quia illi decem habent vnā vocem tantum: & alii duo vel vnus habent vnā aliam vocem. Quæ autem sit ratio, infra statim declarabitur. Limita tamen hanc conclusionem nisi aliter de mente testatoris apparet vt infra dicā in sequenti quæstione versus finem. Sed pro pleniori declaratione huius conclusionis suboriuntur aliquæ quæstiones accessoriz. Prima quæstio est quia supra dictum est quod descendentes à pluribus patronis succedunt in stirpes ¶ an idē sit in collateralibus succedentibus ipsis patronis. do. Car. Floren. in dicta clemen. plures. in principio. in prima col. concludere videtur quod nō. dicit enim quod in collateralibus loquēdo sit successio in capita, nisi quando tractatur de successione patruī quo casu succedunt frater & filii alterius fratris defuncti in stirpes. autem. cessante. C. de legi. hære. idem quādo tractatur de successione patruī inter nepotes duorum fratrum præmortuorum secundum opinionem glossæ in dicta autem. cessante. quæ communiter approbatur secundum eū. quod etiam dixit domin. Alex. in l. post consanguineos. in principio. ff. de suis & legi. In contrarium tamen vrget text. in d. ele. plures in principio qui generaliter loquitur quod plures relictī heredes ab vno ex patronis habentur loco vnus: nec distinguit an illi heredes sint collaterales vel descendentes. dicimus ergo quod etiam in collateralibus successio in iure patronat. ecclesiarum fit in stirpes per generalitatem text. in dict. clementi. plures. vnde dicamus quod si vni ex patronis succedant plures etiam collaterales quod loco vnus habentur per illum text. item propter identitatem rationis. ¶ Ratio enim quare plures heredes vnus patroni habentur pro vno, & vnā tantum vocem habent est: quia si aliter diceremus, de facili absorberetur ius patroni superuenientis: quia etiam vnā vocem tantum habet. & sic esset aperta via fraudibus: quia sic posset patronus instituire plures heredes quasi haberent plures voces, semper excluderent patronum superuenientem istam rationem ad dictā clementinā plures. assignat ibi glossa magna versus finem. & domin. Cardina. ibi in quarta quæstione. & alii omnes sequuntur: ista enim ratio militat vtroque casu, igitur. & c. Et hoc tenendo non obstat quod dicit do. Cardina. supra relatus scilicet quod in collateralibus successio fiat in capita: quia vt ipsemet dicit ibidem in quarta colū. in vers. & pro hoc dicto. illud procedit in successione hereditatis. aliter in hereditate enim succeditur in iure patronatus ecclesie aliter in hereditate. vt etiam dicit An. Areti. in §. multis. in fine insti. de successio. liber. & quantum ad propositum nostrum hoc bene probatur: quia ratio quā supra dixi militare in successione ius patronat. non militat in successione hereditatis vt ad oculum constat. & propter prædictam rationem dicimus, quod si vnus tantum sit patronus ecclesie qui decedat relictis pluribus heredibus non habet locum dicta clemen. & sic non habetur loco vnus, quinimo succedunt in capita & vnusquisque habet vnā vnā vocem cum hoc casu cesset dicta ratio: si tamē postea vnus ex istis heredibus, vel patronis decedat vel omnes decedant, & quilibet eorum relinquit heredes, successio in iure patronat. fit in stirpes, & sic heredes vnus habentur pro vno & vnā tantum vocem habebunt. & idem erit dicendum, vbi plures à principio sunt patroni. quia heredes illorum succedunt in stirpes vt euitetur fraus supra recitata. & ita declarat & intelligit istam materiam Laurentius in dicta clementi. plures in principio quem refert & sequitur domin. Cardina. Florentin. ibi in quarta colū. subiiciens quod hic modus computandi placuit sibi etiam dum esset scholaris. & quod hoc modo intelligendo soluat opinio Archidia. supra recitata in vno membro: & tolluntur intricaciones & contraria de quibus p. gloss. in dicta clementina plures. ad quæ sigillatim responderet domin. Cardina. ibi, dic vt per eum. & prædictam declarationem Laurentii etiam refert & sequitur dominus Ioannes de Imo. ibi in viij. columna super glo. in verbo. ab vno. & etiam idem in effectu dicit Abbas Panormitan. in consilio suo liiij. incipiente casus. in primo volumin. & idem. domin. Alexand. in l. vt iurisiuran. §. si liberi. ff. de oper. lib. in secunda columna ¶ Et procedit prædicta conclusio & declaratio & seu dicta clement. plures, declarata vt supra nedum in pluribus heredibus ex testamento, sed etiam ab intestato propter identitatem rationis. ita Pau. de Eleaza. & Stephanus quos refert & sequitur Ioann. de Imo. in dicta clement. plures. super gl. in verbo relictī. & alii communiter sequuntur. Procedit etiam prædi-

ta conclusio & declaratio seu dicta clementi. plures. quādo ius patronatus vnus ex patronis descenderet ad plures per viam contractus: puta si donetur ius patronatus pluribus vel vendatur seu alienetur vniuersitas, in qua sit ipsius vnus patronatus pluribus, quia illi plures habentur pro vno. ita decidit gloss. in dicta clementi. plures in verbo relictī quam sequuntur omnes ibi. & pro hoc facit identitas rationis quam supra retuli. Procedit etiam dicta clement. plures. siue heredes sint sui siue extranei, siue masculi siue foemine: vt omnes communiter ibi concludunt, & infra declarabitur. Suboritur nunc alia quæstio accessoria circa prædicta: posito ¶ quod plures heredes vnus ex patronis habeantur pro vno, & vnā tantum vocem habeant, pone quod inter se sint discordes: an attendantur vota plurium ad illam vocem perscendam. iste est elegans & quotidianus punctus: & in eo reperio tres opiniones. Prima opinio est Stephani in dicta clementi. plures. qui vt refert ibi Ioan. de Imo. super gloss. magna tenuit, quod vox ipsa sit apud omnes: ita quod omnes debeant esse concordēs adeo quod vnus contradictio totum impediret, & per consequens secundum istam opinionem si daretur casus, quod essent decem heredes, & nouem præsentarent vnum: alius decimus alium: neutra presentatio valeret. Secunda opinio La pi quam ibi refert & sequitur Ioan. de Imo. quod dicta vox sit apud maiorem partem ex eis etiam comparatione minoris partis. & sic si daretur casus quod essent decem heredes & quinque præsentarent vni: tres alii duo alii quod presentatio illorum quinque valeret: & alie duæ presentationes nihil valeret: quia licet illi quinque non sint maior pars omnium: tamen est maior pars aliarum partium presentantium, apud quam maiorem partem est ipsa vox vt ipsi dicunt. Pro ista opinio. facit id quod decidunt Ioann. Andr. Abbas & communiter ceteri in dicto capitulo. tertio. infra eodem. & in capitulo. ecclesia. el primo. supra de elec. vbi dicunt quod vbi presentatio competit pluribus vt singulis, & non vt collegio, præfertur vox maioris partis etiam comparatione minoris, de quo plene dixi supra super verbo honorificum. quæstio. liiij. Tertia fuit opinio Ioan. de Lignano in dicta clement. plures. quā opinionem etiam tenet clare domin. Cardinal. ibi in quarta colū. ver. item per hæc dicta. dicunt enim prefati doctores, quod ad dictam vocem efficiendam requiritur maior pars omnium: nec sufficeret maior pars comparatione minoris. & ratio est vt dicit domin. Cardina. quia ex quo vox est vnica oportet dicere quod sit apud omnes vel maiorem partem ipsorum omnium. Et ista opinio magis mihi placet, & eam cōprobo per simile: nam in actu fiendo per vniuersitatem vel collegium requiritur maior pars omnium, vt dicunt doct. in d. c. tertio infra. eod. & in dict. cap. ecclesia. per illum text. §. de elec. Ratio est quia non potest dici quod ille actus sit factus ab vniuersitate, nisi saltem maior pars vniuersitatis id fecerit. I quod maior. cum similibus. ff. ad municipales. ita dicitur doc. in locis præallegatis. sic dicamus in proposito nostro: nam illi omnes heredes habeantur pro vno corpore. & vnā tantum vocem habent, vt supra dictū est. non potest ergo diui. actum esse factum ab illo corpore, nisi saltem maior pars omnium de corpore conueniant, & ipsum actum faciant. & pro hoc tollitur illud quod supra dictum est, scilicet, quod vbi actus: pura presentatio competit pluribus, vt singulis: sufficit maior pars comparatione minoris: quia in casu isto non competit pluribus, vt singulis: sed competit pluribus tanquam vni: ita quod omnes habeantur pro vno. & sic similiter eadem ratio ac si competeret pluribus, vt collegio. Cōprobo etiam istam opinionem per decisionem gloss. & doctorum in capitulo. pastoralis. super verbo plures supra. de rescrip. dicit enim ibi gloss. quam dicunt singulariter esse notandam. domin. Anto. de But. Ioan. de Imo. & Abb. ibi quod plures deputati ad vni officium sunt omnes loco vnus. ¶ Queritur modo ibi quid si tales deputati habent conuenire cum aliis deputatis ad aliud officium cum illi etiam loco vnus habeantur, an debeant omnes conuenire, vel sufficiat maior pars. Et decidunt communiter doctores ibi post gloss. quod requiritur maior pars cuiuslibet corporis. & multa alia ad hoc accumulata domin. Felin. ibi quæ videri possunt. volunt ergo prædicta gloss. & doctores, quod vbi plures habeantur pro vno, requiritur maior pars illorum ad faciendum actum. & mouetur quia si haberet maior pars corporis per consequens haberet interpretatiue consensus omnium: quia quod facit maior pars omnes facere videntur. supra. de his quæ fiunt à maio. part. capitul. & dicta l. quod maior. cum similibus. & sic loquuntur doctores. ibi de maiori parte omnium. Idem ergo erit dicendum in casu nostro propter identitatem rationis.

Conclu



# Tract. de iure Patro.

Cōcluditur ergo, q̄ si p̄supponatur decem heredes vnus ex patronis vt supra, & alter patronus superuiuat & deueniant ad p̄sentationem si dictus patronus p̄sentaret vnum, & maior pars illorum decem p̄sentet alium tales p̄sentati habebunt æquale ius, vnde si alter eorum erit idoneus erit p̄ferendus, alius locus erit gratificationi. Ita dicunt domi. Cardina. & Imo. post Lapum in d. clementi. plures. & faciunt notata. in d. c. pastoralis. & aduerte quia dato quod minor pars illorum decem p̄sentaret eum qui est p̄sentatus ab altero cum patrono, tamen per hoc non p̄feretur ille quia vox illorum decem est apud maiorem partem, ita quod de suffragio vel p̄sentatione minoris partis non est curandum, ita colligo ex verbis docto. in locis p̄allegatis. & maxime dominis Cardinalis in dicta clementina. plures in quarta colū. scilicet in secunda. q. in fi. & Abb. in d. c. pastoralis circa si. prin. cip. vbi dicit quod vnus ex trib. de eodem corpore pro nihilo reputatur, quando maior pars contradicit ei. & idem concludit domin. Fel. ibi circa finē. in vers. sed est communiter repro- bata. vbi tenet post Io. An. in ca. collatione de app. li. vj. q. si duo corpora habent actum facere, & vnus corpus concordet, & etiam habeat vnā personam alterius corporis, pro hoc non obtinebit: quia vox illius corporis est apud maiore partem, ita Io. An. vbi. s. reprobandō opinionem Host. qui cō- trarium tenuit. in ca. postulasti. de concess. p̄bē. Idem tenet Gemin. in dicto capitu. à collatione. & multi alii idem tenuerunt, quos refert dominus Felin. in d. cap. pastoralis. qui etiam attestat hanc esse communem opinionem. ex quo dicit q̄ opin. Hostien. contraria communiter est reprobanda. & hac bene nota: quia in practica saepe contingunt, & vidi multos errare. ¶ Tertio quæro circa illum modum acquirendi ius patro. scilicet per successionem. ¶ pone quod testator leget ius pat. aliquibus sub nomine collectiuo & alteri singulari p̄- sonæ vt quia dicat lego ius patron. tali collegio & Petro an- tantum ius habebit Petrus quantum totum collegium, con- clude breuiter quod sic. ita probatur in l. fi. & ibi doct. omnes ponūt similes decisiones. C. de imp. & aliis sub. dicitur enim ibi maxime per Bal. in prin. & per eum probatur in illo tex. quod plures contenti sub nomine collectiuo habentur pro vno. hunc dicitur Ang. & Io. de Imo. in l. liber homo. §. Titius. Io. primo. ff. de hære. insti. quod si rectori & vniuersitati scho- larium daretur potestas eligendi notarium, vel alium actum faciendi, tantam vocem habebit rector solus, quantum tota vniuersitas. hinc etiam dicitur lac. Bu. Bal. & Ang. in l. quoniam C. de appel. ¶ si papa condemnauit abbatem & conuentū in centum; dimidiam soluet Abb. & aliam dimidiam conuen- tus. & idem dicit Sal. si potestas cum suis officialibus condē- natur in centum; quia potestas soluet dimidiam & alia pos- sunt accumulari: quæ videas per doc. in d. l. fi. & in locis ibidem memoratis per eos. & per d. Felin. in c. pastoralis. versus si. prin. supra. de rescript. Limita tamen prædictam conclusionem nisi aliud apparet de mente testatoris: quia tunc nomina- ti sub nomine collectiuo nō haberentur pro vno. ita dicit Io. de Imo. in d. l. liber homo. §. Titius. allegat. l. cum virum. C. de fide committ. & est bonus tex. in l. Lucius Titius testamen- to. §. Lucius. Io. ff. de leg. ij. & est de mente omnium. in d. l. fi. & in terminis istis est decisio. An. Bart. in consil. suo xxix. incip. ¶ Iesu Christi in primo dubio: vbi dicit, quod ¶ quando testa- tor vtriusq̄ verbo denotante quod singulariter sint pa- troni omnes illi qui sunt de vna stirpe, tunc omnes succedēt in capita, & non habebuntur pro vno: vt puta quia vtatur, ver- bo distributiuo. ita etiam decidit Petr. de Anchar. in consilio ccc. vj. incip. visis puncto; & quæ sit in primo dub. & est idē consilium de verbo ad verbum. Quid autem si aliquibus le- gatur ius patronatus sint coniuncti per copulam & etiā lege- tur ius pat. alteri persona separati. an illi coniuncti habe- buntur pro vno. vide bonū tex. in l. liber homo. §. Titius. ff. de hæred. institut. & nota in d. l. fi. & in d. l. re coniuncti. ff. de leg. ij. ¶ Quid autē si testator dicat Titio cum ecclesia mea ius pat. lego fundum, an fundus censetur legatus ecclesie pro dimidia, & Titio pro alia dimidia, an vero censetur fa- ctum legatum Titio & de iure pat. dictæ ecclesie & de fundo dicas quod legatum censetur factum Titio de vtroque. ita decidit Roman. dicens sibi accidisse hunc casum. Romæ in suo singulari. incipien. accidit mihi in vndecima char. colū. j. in fi. allegat. tex. vnicum qui bene probat in l. i. si qui duce- ¶ si quis leger. ff. de rebus dubiis. ¶ Quarto quæro in hac materia. pone quod quatuor sint patroni, quo casu habent quatuor voces. an si vnus sit hæres alterius habebit duas vo- ces. Conclude quod sic secundum Pau. de Eleza. Lau. & La- pum, quos refert & sequitur Ioann. de Imol. in dicta clemen-

plures. in viij. col. super gloss. in verbo vno. eodem titulo. de iure patrona. & quia ista quæstio non habet dubitationem ulterius non insisto. ¶ Quinto quæro an ista successio quæ sit in iure patronatus, vel ex testamento, vel ab intestato fiat de iure communi, an de gratia. dic breuiter quod de gratia: ita Abb. Panormit. in cap. primo. de p̄b. per cap. quam. j. eo. ¶ 4. & plene dixi supra super verbo ius. in secunda. q. d. ¶ Sexto quæro an ius patron. transfertur per successionem, ita ad filias, sicut ad filios, vel ad foeminas sicut ad masculos. Istam q̄- sitionem explicari plene supra super verbo competens alicui in prima. q. & conclusi q̄ sic. & ibi etiam tetigi quod si foemina esset mœretrix. Intellige tamen præmissam conclusionem, quando foemina esset hæres sicut masculus, quia ius pat. trã- sit ad illum ad quem transit hæreditas. ita dicit Inn. super hac rub. & sequatur ceteri. idem Abb. & alii in c. j. & in c. c. i. secū. j. eo. Idē doc. communiter in cle. plures. eod. ti. maxime Car. ibi in prin. in vj. & vij. q. hinc dixit Pet. de Anc. in c. ex in- nuatione. j. eo. quod si ex forma statuti vel consuetudinis ex- rantibus masculis excludatur foemina dotata, excludet etiam in iure pa. & per cōsequens à p̄sentatione rectoris, & ab a- liis effectibus iuris patr. & hoc refert & sequitur dominus Lau- tus de Palatiis de Tano in suo tractatu super staturo, quod extantibus masculis filia non succedant. in vlti. colū. Istud etiam dixit Fede. de Senis in consilio suo cvj. quem refert & sequitur domin. Abb. Panor. in d. c. cum seculum, sed corrupte allegatur: quia hoc dicit Fede. in consil. suo cxj. incip. quæ- stio talis est. in pen. colū. vbi subiicit quod ita seruat cōse- tudo. idem etiam firmat dom. Car. super hac rub. q. vij. idem Abb. in consil. suo. lix. incip. casus in primo vol. ex prædicta est declaratione inferunt doc. in prædictis locis q̄ si filius renun- tiat ius hæreditatis paternæ, non retinet etiam ius pa. licet argui possit in contrarium: vt per gl. in c. considerandum. xvj. q. vij. quæ allegat l. filii. ff. de iure patron. vbi expresse dicitur: quod filii abstinentes se ab hæreditate paternâ, ius pat. quod habet in liberis non amittunt. sed ille tex. non loquitur in iure patr. ecclesiæ, quod transit ad eum ad quem transit hæreditas. vt s. dixi & faciunt quæ dicant. infra in quæstionibus sequentibus. ¶ 5. ¶ Septimo quæro an ius pat. possit legari filio vel filia nō hæredi, vel etiam alteri qui non instituitur hæres. In hoc p̄- cō distinguere secundum Ioan. An. in eo. c. cum seculum quæ refert & sequitur ibi do. Car. Flo. in v. q. quod si legatū factū est ecclesie tenet, sicut teneret donatio. c. illud infra eodem cum concordantibus: ibi memoratis, si autem factum est priua- to non valet, nisi consentiente episcopo sicut nō valeret do- natio. d. c. illud. Nam legatum est donatio. §. j. insti. de legatis & subiicit Ioan. An. ibi consilium esse vt à principio ante te- stamenti factioem vel ante mortem interueniat episcopo au- thoritas: fauore tñ vltimarum voluntatū dicit videri, quod est post mortem possit episcopus approbare & cōsentire. & hac opinionē suam refert ipsemet Io. An. in addi. Spe. in hoc tit. in addi. magna post principiu. Præmissam est conclusionē se- quuntur Cal. & communiter ceteri in d. c. cū seculum. put- ibi est attestatur Abb. hinc dicitur præfati doctores, quod in casu quo fieret legatum iuris pa. laico consistere ipsum ius pa. apud heredem vniuersalem: vsquequo episcopus consen- taret & approbaret ipsum legatum, iura enim vt dicunt doct. præfati voluntia, q̄ ius pa. transferatur per successionē, loquū- tur de hæredibus. non autem de legataris, ergo quoniam non succe- der in iure pat. per viam legati nisi episcopo cōsentire. & hac conclusionem etiam firmat do. Car. super hac rubrica in q. 8. & pro prædicta conclusionem est et decisio Arch. in c. p̄sens clericus. in prin. xx. q. iij. vbi dicit quod pater non possit filio legare vel donare ius pa. nisi eū institueret hæredē. quod in- telligitur nisi episcopus consentiat vt supra. quā decisionē re- fert & sequitur do. Bart. Bellenci. in apostillis ad Abbatē in d. c. cum seculum. In actu autem inter viuos, puta in donatione iuris pa. an cōsentus episcopi debeat de necessitate interueni- re tēpore ipsius donationis, vide quæ plene dixi. s. super ver- bo de diocessani consensu in quarta. q. & ibi dicta etiā faciūt ad intelligentiam prædictorum. Ex præmissis inferri videtur ¶ quod si contingeret ecclesiam vacare & hæres p̄sentaret antequam episcopus approbaret legatum factum de iure pa- tronatus quod p̄sentatio teneret: quia ius patronatus. vt di- ctum est remanet apud heredem vsquequo erit approba- tum ipsum legatum. In contrariū tñ puto esse veritatē, quia si verum esset quod prædixi, de facili pararetur via fraudibus. p̄- fererem hæres statim mortuo testatore p̄sentare & non expectare consensum episcopi. & sic reperiretur legatarius exclusus. & licet ius patro. remaneat apud heredem ante con- sensum episcopi tamen iniquū videtur, quod ipse hæres p̄- sentet



# Tract. de iure patro.

¶ Duodecimo quæro circa istū modū transferendi iuris pa.  
25 in alium. pone ¶ quod ius pat. relinquatur proximiorib. an  
auniculus admittatur cum nepotib. defuncti. cōclude quod  
non ita decidit Bal. in consi. suo. 87. inci. super eo q̄ quæritur.  
circa fi. in iij. vo. vbi dicit q̄ præferuntur nepotes. Et ratio est  
secundū eum: quia præferuntur à iure ex sui qualitate priuile-  
giata. & verba debet ciuilitè intelligi allegat authenticā post  
fratres. C. de le. her. ¶ Decimotertio quæro an in diuisione  
26 hæreditatis possit iudex vni ex hæredib. adiudicare ius patr.  
Istam quæstionem attingunt doc. communiter in c. querimo-  
niā. j. c. tit. Ioan. And. post Goffr. ibi tenet q̄ non. per illū text.  
qui prohibet mutationem ordinationis ecclesie propter mu-  
tationē patroni. do. Pet. quē ibi refert Abb. tenet contrarium  
& miratur de Ioann. Andr. dicit enim do. Petr. quod ius patr.  
poterit vni ex hæredibus adiudicari ex pluribus rationibus.  
prima, quia non prohibetur ius patrona. trāsferri de vna per-  
sona in aliam. secundum eum. Secunda, quia ius patronatus.  
trāsfit cū vniuersitate. c. ex literis. j. c. Tertia, quia vtilius est ec-  
clesiæ vñ habere patronum quam plures, quia vt ipse dicit  
foler negligi q̄ communiter possidetur. l. ij. C. quando & qui  
bus quarta pars debetur. l. x. Primam opinionem tenet Abb.  
ibi tali fundamento. nam aut hæreditas æqualiter diuiditur  
inter hæredes & tunc non apparet ratio. quare magis debeat  
ius pa. adiudicari vni ex hæredib. quam alteri: vnde cum sit  
ius indiuisibile consistit penes omnes in solidū per notata p̄  
gl. in c. j. co. aut vero illi cui adiudicatur ius pa. fuit data mi-  
nor pars hæreditatis. & nō valet talis adiudicatio. Ratio, est  
quia videtur adiudicatum ius pa. in compensationem bonorū.  
& sic quodammodo cōmutatur cum temporali & recipit esti-  
mationem j. c. de iure. j. co. & subiicit Abb. ibi hanc quæstio-  
nē esse mentem tenendam: quia quotidie potest accedere. Istam  
etiam quæstionem tangit Abb. in c. j. co. & remittit se ad no-  
tata in d. c. ad quærimoniam. Præmissam conclusionem com-  
probo per illud q̄ decidunt Host. Io. And. do. Car. & Abb. in c.  
ex insinuatione. j. co. vbi dicunt, q̄ si plures sunt patroni. laici  
non potest vnus alteri remittere vel relaxare ius suū ita vt al-  
ter sit solus patronus sine consensu epi. quicquid dixerit ibi  
gl. contrarium concludens. quā opinionē aliqui secuti sunt  
ibi. & præceptor meus do. Ias. in l. voluntas. C. de fideicom. q̄  
secundum sensum dictæ gl. aliud est relaxare: aliud donare:  
scilicet id fundamentum reprobāt Host. & sequaces. s. relati.  
& Arch. in c. nemini. xvj. q. vij. per c. quærelam. j. de simonia.  
cum similib. ergo in diuisione hæreditatis non poterit iudex.  
vel ipsi hæredes ordinare non poterunt: quod vnus ex eis so-  
lus sit patronus sine episcopi consensu. requiritur enim secu-  
dum præfatos doctores vbi. s. consensus episcopi ne aliquid  
falsitatis. vel fraudis contingat in tali donatione. adiudicatio-  
ne. vel relaxatione. nā sæpe in veritate fit emptio: & sic simo-  
nia committitur & fingitur donatio vel libera relaxatio. Pre-  
missam etiam conclusionem reperio tenere dom. Hostiē. in  
summa huius tit. §. qualiter transferatur. circa principium. Et  
hanc conclusionem tenendo ad argumenta dom. Pet. facilis  
est responsio. Et primo non obstat. dum dicit quod ius patr.  
potest in alium transferri. ergo etiam vni ex hæredibus pote-  
rit in diuisione adiudicari: quia respōdetur. quod imo ius pat.  
non potest in laicum transferri sine consensu episcopi: & tūc  
etiam non potest transferri nisi titulo lucratiuo. vt plene tra-  
ditur in cap. illud. j. cod. si ergo ius patron. adiudicetur vni ex  
hæredibus in diuisione hæreditatis & adiudicetur libere. &  
non pro incontro. alicuius partis hæreditatis cum consensu  
episcopi id fieri poterit inter ipsos hæredes. iudex tamen in  
que faceret id faciendo: quia nulla ratio hoc patitur. Si  
autem adiudicetur pro incontro. seu in compensationem  
alicuius partis hæreditatis. tunc quia ius pat. quodammodo  
vēderetur & sic simonia committeretur. d. c. de iure. j. cod. id  
fieri non possit etiam cum consensu episcopi per nota-  
ta in d. c. illud. Non etiam obstat aliud in quantum dicebat d.  
Pet. q̄ ius pa. potest vni adiudicari. quia transit cum vniuersi-  
tate. quia respondetur. q̄ hoc argumētum facit contra: eum  
quia si ibi est ius patron. vbi est vniuersitas hæreditatis: ergo  
omnes remanebunt patroni non obstantē adiudicatione fa-  
cta vni ex eis: quia apud quemcunq̄ eorum remanet pars  
hæreditatis: & sic pars vniuersitatis. Præterea quando ius pat.  
adiudicatur. vni. tunc specificè adiudicatur. non autem trā-  
sit cum vniuersitate. Minus etiā obstat tertium super quo se  
fundabat do. Pet. dicens. q̄ vtilius est ecclesiæ habere vnum  
patronum quam plures. Igitur vni potest adiudicari ius patr.  
quia responderetur q̄ ex quo iura patiūtur plures esse patro-  
nos. clem. plures. cum similibus. co. tit. id etiam debet pati iu-  
dex. nec est concludens istud tertium fundamentum. & sic re-

manet expedita hæc quæstio. ¶ Decimoquarto quæro. an  
ius pat. transeat ad filios bastardos spurios vel alio modo ille-  
gitimos. Hęc q̄ decidit fuit super verbo competens alicui in  
ij. quæst. dic. vt ibi. & sic sum expeditus de quæstionibus pri-  
mi modi transferendi ius pa. de vno in alium. s. per viā succes-  
sionis. ¶ Decimoquinto quæro. quia dictū est. s. in j. q̄. huius  
27 verbi q̄ ius pa. transferatur per viam pmutationis. ¶ an ius pa.  
possit permutari cū quacunque re. Conclude. q̄ non sed tan-  
tummodo pmutari poterit cum alio iure spirituali. Ista sunt  
verba Host. in summa huius tit. §. qualiter transferatur verbi.  
res permutata. allegat c. nemini. xvj. q. vij. c. ad quæstiones. &  
c. si. de rer. permu. & ita etiam sentit gl. allegando d. c. nemini.  
in d. c. cum seculū. j. e. & Inn. super hac rub. & Gof. in summa  
huius tit. in vers. transferatur. Et ita intelligit d. Car. in c. cum se-  
culum. & gl. in cle. plures. in verbo libere in fi. co. titu. Et ratio  
huius conclusionis est: quia si permutaretur ius pat. cum re  
temporali. simonia committitur. iuxta notata in d. c. ad quæ-  
28 stiones. & in c. de iure. j. co. ¶ Decimosexto quæro. an in p-  
mutatione iuris pa. requiratur episcopi consensus. tex. in dic.  
cle. plures. in vers. & vt facilius. in verbo libere probat in si-  
mili quod non. dicit enim ibi tex. q̄ libere. id est. sine superio-  
ris auctoritate secundum expositionem gl. ibi possunt patro-  
ni inter se conuenire de rectore ab eis alternis vicibus præsen-  
tando. & dicit ibi gl. in d. verbo argumeto illius tex. q̄ patroni  
duarū ecclesiarum possunt inter se pacifici vt vnus sit patro-  
nus vnus. alter sit patronus alterius. Ego credo dicendum q̄  
consensus episcopi requiratur prout requiritur quando ius  
patronat. alteri donatur vel conceditur. Et istud vult Abb. in  
effectu post alios in c. illud infra. co. vbi concludit quod quā-  
do ius pa. conceditur laico requiritur episcopi consensus per  
rationes de quib. ibi per eum. quæ verba satis comprehendit  
casum permutationis. Et etiam rationes ibi assignatæ per eū  
post alios satis militant in permutatione. possent enim fingi p-  
mutatio. & in veritate fieri venditio. & sic simonia committe-  
retur. ergo nimirum si consensus episcopi interuenire debet.  
Et istud expresse firmant Host. Io. An. d. Car. & Abb. in c. quæ-  
rimoniā. j. co. per illum tex. secundum vnum intellectum q̄  
fuit Host. ibi & placet præfatis doctoribus. Comprobo hanc  
conclusionem per illud quod dicunt Host. Io. An. d. Cardi. &  
29 Abb. in c. ex insinuatione. j. c. vbi dicunt. ¶ q̄ si quis habeat  
compatronum & ei relaxat. et ius pa. ita vt solus patronus sit.  
requiritur episcopi consensus. Idē enim est relaxare vel remit-  
tere quod dare. c. quærelā. j. de simonia. cap. veniens el primo.  
de testib. Et in proposito nostro per d. iura ita decidit Arch. in  
d. c. nemini. in fi. ergo etiam in permutatione requiritur con-  
sensus episcopi. Comprobatur etiam hæc conclusio per simi-  
le. quia beneficia non possunt permutari sine auctoritate su-  
perioris. c. quæsitum & c. cum olim. & c. cum vniuersorū. de  
re. perm. Et istam conclusionē videtur et velle Abb. in d. c. ad  
quæstiones. in j. not. vt ibi dicit q̄ generale est dictum docto-  
rum. vt beneficia & iura quæ habentur in eis qualitercunq̄  
sint possint cum auctoritate superioris permutari. Et hanc cō-  
clusionem tenendo non obstat rex. in d. cle. plures. quia ibi ta-  
lis cōuentio est respectu exercitii iuris pa. Et valet sine cōsen-  
su episcopi co. quia tendit ad tollendam discordiam. & ad fa-  
ciliorem prouisionem ecclesie: vt dicit gl. ibi in verbo libere  
quæ ratio cessat. vbi permutatur ipsum ius patr. Non etiā ob-  
stat. quod dicit gl. prædicta. quæ simpliciter inquit permutari  
posse ius pat. quia debet intelligi accedente cōsensu superio-  
ris vt supra. & si aliter intellexit male dixit per prædicta. ¶ De-  
cimosextimo quæro. quia dictum est supra. in secunda. q̄  
ius pat. transferatur in alium per viam donationis. capi. ex in  
30 sinuatione cum similibus. j. codem ¶ an in tali donatione re-  
quiratur consensus episcopi. in hoc puncto fuerunt opinio-  
nes gl. in cap. illud. in gl. j. in fi. infra cod. sentit quod non re-  
quiratur consensus episcopi in concessione iuris patronat. idem  
tenuit glossa in capitu. nemini. decimasexta q. septima. Cōtra-  
rium sentiunt gloss. penulti. & fina. in dicto capitulo. illud. ple-  
ne etiam istum punctum attingit Abb. post alios in d. capit. il-  
lud. & plenissime in disputatione sua incipiēte Augerio. Cō-  
munis est conclusio distinguens: aut ius patronatus concedi-  
tur loco religioso: & tunc id fieri possit sine consensu episcopi.  
aut vero conceditur vel donatur laico vel clerico recipiē-  
ti nomine proprio. & tunc requiratur episcopi consensus.  
ita distinguit Hostiensis. in summa huius tituli. §. qualiter  
transferatur. in versiculo donatio. Et probatur hæc distinc-  
tio in dicto capitulo illud. in versicu. licet. vbi dicitur quod  
quisq̄ue habet liberam facultatem concedendi ius patronat.  
31 loco religioso. ¶ verbum enim liberam denotat. quod  
nullius auctoritas requiritur vt notatur in capitulo de mul-  
ra. s.

ta. s. de præben. & in cap. licet episcopus. eodem titulo. libro vi. & in clementin. plures. per gloss. in verbo libere eodem ti. probatur postea & contrario sensu ille text. aliud esse cum ius patronat. donatur laico. idem probat text. clarior in ca. vni eo. in principio eod. tit. libro sexto. vbi dicitur formaliter, qd si laicus ius patron. loco religioso dixerit conferendum, talis collatio absque consensu episcopi efficax est censenda à cōtrario. Ergo probat text. aliud esse quando laico donatur ius patronat. vt tunc bene requiratur episcopi consensus. Et ista conclusionem communiorem & veriozem dicit domin. Abbas in dicto capitulo illud. & ibi rationem diuersitatis assignat. Istam etiam conclusionem tenet domin. Cardina. ibi subiiciens in vltimis verbis, quod ista opinio est communis. eam etiam tenuerunt multi alii relati per domin. Cardi. Ab. & modernos in dicto cap. illud. istud etiam tenent communiter docto. in dicto c. ex insinuatione. & in cap. cum seculu. j. eodem. & Abbas in cap. quærimoniam. j. eod. & in cap. de monachis. in vlt. col. de præben. & ibidem Imo. in quarta colum. & communiter doc. ibi & alibi. licet Abbas aliter loquutus fuerit in sua disputatione. s. allegat. Aduerte tamē pro declaratione huius conclusionis, quod dicit Rota in anti quis sub hoc tit. vltima decisione, quod in præiudicium donatis, valet concessio iuris patronat. sine consensu episcopi facta. quia talis consensus non requiritur quantum ad donationem, sed quantum ad translationem iuris patro. & adducit Rota iura & similia. Contra tamen prædictā distinctionē, & conclusionem fortiter vrgit text. in capi nullus. infra eod. q. text. dicit formaliter quod sine consensu episcopi nullus laicus quicquid ecclesiastici iuris est transferre potest canonicis vel monasteriis. Ergo videtur quod etiam loco religioso non possit ius patronat. concedi, vel dari sine episcopi consensu responde vt per Host. in d. veru. donatio. & per Goffr. hic in summa sua circa medium & per gl. pulchrā in d. cap. vni eo. tit. lib. vi. in verbo censenda. An autem in casu quo requiritur episcopi consensus sufficiat quod postea interueniat. dixi supra super verbo pro eo quod de diocesani, in iij. q. An autem donatarius possit præsentare sub spe approbationis donationis. dixi supra. in vij. q. in fi. ¶ An autem quando ius patronat. donatur loco religioso assumat maturam ius patronatus. ecclesiastici, conclude quod sic. casus est & ibi gl. declarat in capitulo. vni eo. tit. lib. vi. Firmat Ab. in c. de monachis. in vlt. col. supra de præben. Suboritur etiam alia quæstio in ista materia ¶ pone quod quis funder & dotet ecclesiam vel capellam, & statuat cum consensu episcopi, quod presentatio spectet sibi & Titio vel alii quos ipse edificas duxerit pro libito voluntatis eligendos. Contingit quod dictus Titius bis præsentauit vna cum fundatore: postea eueniente casu tertia presentationis fundans adiuncto sibi alio & excluso dicto Titio presentat. Quæritur an talis presentatio valeat. in hoc puncto. Cald. in consilio suo vltimo tenet, quod presentatio non valeat ex pluribus, de quibus per eum, & illud consilium licet sit in numero consiliorum Calderi. tamē vt subscriptio sonat est consilium Petri de Anch. & mihi etiā placet decisio prædicta. eo fundamento, quia fundans admit tendo dictum Titium bina vice, eum satis eligit, & sic seruatur dispositio sua facta tēpore foundationis. ¶ Decimo octauo quæro, an donatio presentationis fieri possit retento iure patronat. in aliis conclude qd sic secundum Vincen. in cap. ex insinuatione. j. eo. quem refert & sequitur Cald. in consilio suo xia. suo hoc eo. tit. & hæc conclusio etiam probari videtur in clemen. plures eo. tit. ¶ Decimonono quæro ¶ an possit fieri donatio iuris patronat. futuri sine episcopi consensu. Exemplum in questione quæ fuit de facto vt attestatur do. Cardin. florent. in c. cum seculum. in iij. q. j. eo. Quidam donauit aliqua bona plebano, & canonicis cuiusdam plebis, vt de illis dotaretur capella. & in insiro donationis dixit velle qd A. & B. laici essent patroni: an talis donatio vel dispositio valeat, ita quod non possit postea dictus donator alium relinquere patronum illius capelle: pura hæredem suum vniuersalem. videtur prima facie, qd talis ordinatio sit irrenocabilis, tãquam actus factus inter viuos. Nec ob. si dicatur, qd non valuerit, vel non valeat ex quo episcopus tali ordinationi non consensit. quia respondetur qd non requiritur episcopi consensus hoc casu, ex quo non donatur ius patronat, quod nõ- dum est in esse deductum. ¶ Iura enim requirentia consensum episcopi in donatione iuris pa. facta laico, loquuntur quãdo ipsum ius pa. iam est creatum & firmatum. Cõtrarium tamē concludit dom. Car. vt supra, dicens, qd talis donatio iuris pat. non valuit propter defectum dicti consensu. & mouetur, quia quemadmodum consensus episcopi requiritur in con-

cessione iuris pa. firmato: ita etiam requiritur in preparatoria. arg. l. oratio. ff. de sponsa. & c. præterea. de offi. dele. Et subii cit dom. Card. quod ita fuit obtentum & quod hæres vniuersalis dicti donatoris fuit patronus. Quæ conclusio etiam mihi placet, & eam comprobo: quia rationes quare consensus episcopi requiratur in donatione iuris patron. iam creati, de quibus per Abb. & doc. in c. illud. j. eo. militat etiam in donatione iuris pat. creandi. Huic tamen conclusioni vnum obstat scilicet, quia episcopus potest semper consentire ex post facto, & ratam habere donationem: vt concludunt domini de rota in decisione vltima sub hoc ti. de iure pa. in antiquis, & dixi. s. in verbo pro eo qd de diocesani consensu. in ij. q. ergo verbo quod vsque quo appareat episcopum nolle cõsentire quod nõ possit talis donatio reuocari, sed facilis est solutio, quia ex quo donatio non valet, vsqueque episcopus consentiat, potest donans interea disponere alio modo nec posset potest episcopus consentire in præiudicium hæredis, cui fuit ius quæsitum, quod etiam dicunt domini de Rota in præ-

37 allegata decisione circa medium. ¶ Vigesimo quæro an a- bûdat in hac materia donationis iuris pa. an donatarius iuris pa. possit præsentare donatorē. Breuiter concludo qd sic cõcludit Io. an. & sequuntur. Abb. & communiter ceteri in ca. ex insinuatione. j. eo. Limitatur tamen hæc conclusio secundum præfatos docto. nisi pro vna vice sit concessum ius præsentandi, quia tunc non potest presentari concedens: quia is facere dicitur cui nomine sit. l. j. de iust. ff. de vi & viar ma. c. mulieres. de sen. ex com. cum similibus & facit quod dicit Abb. in simili in c. fi. in fi. s. de instit. & clarius Car. Flo. post Io. Calde. ibidem dicentes quod si pro vna vice sit donatum ius conferendi, tñ non potest beneficium donatori conferri: licet Io. de Imo. ibi & quidam alii aliter loqui videantur disti- guentes an concessio sit facta tanquam procuratori, an tanquam donatario: vt primo casu non possit beneficium cõferri concedenti seu constituti procuratorem, sed secundo casu sic: quæ distinctio etiā est de mente. Io. And. & Pan. ibi & est rationabilis, quia si donatum est ius presentandi mihi dato quod pro vna vice tantum ego postea presentabo nomi- ne meo pro illa vice, secus si concedatur mihi ius presentandi vt procuratori quia tunc non possum presentare conceden- tem: quia ipse seipsum presentare diceretur. & hæc distinctio etiam est de mente Panormit. post Io. And. in d. capitulo. ex insinuatione. in fi. & Spec. in hoc tit. circa fi. & vide quod dixi supra super verbo honorificum. in ix. q. in ver. nota tamē. ¶ Vi-

38 gesimo primo quæro ¶ an si patronus dicat dono ecclesiã meam, per hoc censetur donasse ius patronatus. Conclude quod sic. dummodo cõsensu episcopi interueniat. Ratio est, vt actus potius valeat quam pereat. ar. l. quoties. ff. de reb. dub. c. Abbate. j. de verb. sig. si enim cõferretur donasse ipsam ecclesiam non valeret donatio: quia laicus ecclesiã vel aliud spirituale possidere non potest. c. causam. cum similibus de præscript. cum vulgarib. Istam conclusionem probat text. in arg. in c. pastoralis. de donationib. & firmat gl. in c. quædam. s. fi. j. eo. & firmat do. Ant. & Abb. & ceteri trans eum communiter in c. de monachis. s. de præben. & in d. c. quod autem. & in ca. illud. j. e. & dixit Bal. in l. monumeta. C. de lega. q. legans ecclesiam censetur legare ius pat. quod in ea habeat & faciunt quæ. j. dicam. dubitatio tamen est inter doctores an quando talis donatio fieret loco religioso requireretur consensus episcopi, quemadmodum si fieret laico: si enim simpliciter donaretur ius pat. An episcopi consensus requiratur satis dictu est s. in q. xvij. sed nunc loquimur quando donatur ecclesiã. in hoc puncto Philippus quem refert & sequitur Abb. in d. c. quod autem tenent quod per talem donationem non transfertur ius pa. nisi episcopi consensus interueniat, idem do. An- to. & Abb. in d. c. illud & mouentur per illum text. qui simpliciter dicit, quod concessio ecclesiã facta religiose domui est nullius momenti, ex quo fuit facta inconsulto episcopo. idē probatur in dicto capitulo. quod autem. in fi. & ibi gloss. ita intelligitur. idem gl. magna circa principium in d. cap. de monachis Erratio, quare non valeat talis donatio, est, vt dicit Abb. in dicto capitulo. illud, quia peccat in forma. Contrariam tamen opinionem tenuit Vincen. quem refert Abb. in dicto capitulo. quod autem. Idem concludunt Ioan. de Imol. & Abba. sibi contrarius. in d. capitulo. de monachis. vbi formaliter dicit, quod hoc casu peccatur in materia & non in forma. & quod propterea donatio tenet & hæc opinio magis mihi placet: quam comprobo: quia si donatio fiat de solo iure patronat. loco religioso, talis donatio tenet etiam sine episcopi consensu. d. c. illud. ergo eodem modo, quando donatur ecclesiã in qua donans habeat ius pat. qua sic præsumitur voluisse



# Tract. de iure Patro.

tan tuen modo donare: ius patro. vt s. probatum est ergo nihil est, qd suadeat consensum episcopi debere interuenire magis hoc casu quam alio. Et hanc opinionem tenendo non obstat d. c. quod autem. & d. c. illud, quia debent intelligi vt loquatur, quando donans intendebat donare proprietatem ecclesie & non ius pa. prout etiam dicit Ab. ibi super gl. in primo membro suae distinctionis ibi factae. Comprobo etiam praemissam conclusionem de qua in prin. per illud qd dixit Abb. in 39 c. pro illorum. in primo nota. de praeb. vbi decidit qd si patronus cuius ius pat. ab alio occupatur porrigat libellum contra illum dicit do peto ecclesiam meam: libellus sustinetur & exponitur ecclesiam. i. ius pat. quod etiam firmat do. Fel. Sand. alias auctoritates allegans in cap. auditis in ij. col. de praescrip. ¶ Vigesimo secundo quero: quia dictum est s. in l. q. huius ver 40 bi qd ius patro. transit cum vniuersitate: quero tan sit verum hoc quando vniuersitas transferatur per titulum, in quo requiritur particularis rerum tradito, vt in venditione hereditatis vel alterius vniuersitatis iuxta Lqui tibi. C. de haere. vel actio. vendit. Conclude quod sic. secundum Ioan. And. Cald. & communiter doct. in c. ex literis. infra eodem. & sequitur do. Fel. in c. ca. usam. in iij. col. de praescrip. dicens hanc esse communiorum opinionem. idem tenet ipse do. Fel. in d. c. cum Bertoldus. in fi. de re iudic. licet Pau. de Eleaza. contrarium tenuerit, vt in dictis locis sit mentio. & cum sequitur dominus And. Barb. in c. quanto. in vij. col. de iudi. refert tamen Bal. in l. j. C. de bonis libertorum tenentem quod s. dixi. & vide quae s. di. 41 cam. q. xxv. ¶ Vigesimo tertio quero quando dicatur ius patro. esse in vniuersitate vel adherere vniuersitati. & sic quid sit vniuersitas de qua nos loquimur. docto. communiter post Inn. in d. c. ex literis. concludunt quod vniuersitas in proposito nostro dicatur illa quae absq. alia expressione iura vniuersitatis in se continet: sicut est villa vel castrum, & ius patronatus. & similia. vel aliter dic. quod vniuersitas dicitur quae continet iurisdictionem, honorem, districtum, & ius patronatus. & similia. vel aliter dic. quod vniuersitas dicitur quae continet in se corporalia. ita Bald. in consil. suo xxxij. incipien. quidam nobilis in iij. volum. Et propterea ibi dicit, qd consideranda sunt verba contractus vt vnde venditio sit facta sub forma vniuersitatis: an vero sint venditae res corporales tantum exemplificando vt per eum. hinc etiam dicit Pau. de Cast. in consil. suo cxxxiiij. incip. notandum. in j. col. vbi allegat iura & auctoritates ad hoc quod vendito castro venit in venditione iurisdictionis, imperii: & similia. & quod vendito castro vel villa transeat ius patro. nemo negat, vt dicit do. Card. in dicto c. ex literis in xj. quaest. post Io. And. Idem si detur castrum, villa, vel ciuitas in feudum in qua sit ius patro. tunc etiam transeat ipsum ius patro. Ita probatur in c. cum seculum. & ibi not. infra eo. & firmat Oldrad. in consil. suo cccxij. incipien. thema quaestiois: non tamen possit ius patro. dari in feudum particulariter & de per se. ita notatur in dict. c. cum seculum. Firmat Ludouicus Roma. in consilio suo cclxviiij. incipiente. praesens consultatio. vbi fortius dicit quod non valeret consuetudo in contrarium etiam tanti temporis cuius memoria in contrarium non existeret, ex bonis fundamentis de quibus per eum. Praedictam etiam conclusionem Innocen. & docto. vbi supra firmat Bald. in consil. suo cclxxxv. incip. quaedam mulier. circa finem. in iij. volum. nec ab ea deuiat in l. si. in vlt. colum. in prin. C. de edic. diui Adria. tol. Et facit quod ponit Abbas post alios in c. ij. in vi. colum. de ord. cog. & Bartol. in l. j. in j. col. ff. de eden. & Bald. in dicto consilio pulchre declarat quid sit totum vniuersale, quid in regale quid numerale. Ex praedicta conclusione inferunt docto. in dictis locis, & Ioan. Andr. in additio. ad Spe. in hoc titulo. in additione magna in prin. quod si habens fundos aliquos in villa dicat, vendo tibi omnia iura quae habeo in villa: non transit ius patro. quod ibi habeatur quia hoc casu non subest aliqua vniuersitas, cui adheret ius patronatus. & perinde est ac si diceretur vendo tibi talem & talem fundum. Et comprobatur domin. Cardin. in dicto cap. ex literis. in xj. quaestione dicens, quod si hoc casu transiret ius patronatus. posset illud vendere, dicendo vendo omnia iura quae habeo in ciuitate vel prouincia. Hanc conclusionem etiam tenet Rom. in suis singularibus charta ij. in singulari incipi. volo tibi dicere. & idē dicunt docto. quando dicatur vendo omnia bona quae habeo in tali villa: quia tunc non transit ius patronatus. & ibi etiam firmat domin. Cardinal. in dicta quaestione vndecima. & mouetur: quia eo casu perinde est ac si essent tot contractus quot sunt res. scire debemus. ff. de verborum oblig. sed ius patronatus, de per se vendi non potest. c. de iur. infra eodem. igitur, &c. Item militaret absurdum, de quo supra in praecedenti difficultate. Et pro ista opinione etiam facit: quia ius patronatus

non est de bonis. ita formaliter dicit Bald. in praesalleg. consil. cclxxxv. Contrarium tamen in hoc puncto, scilicet quod si vendi bona, &c. ius patronatus transferatur, tenuit Goff. in libellis suis in hoc titulo. in versum item transferatur & sequitur domi. Abbas in dicto cap. ex literis. referens quosdam alios ita tenere, & mouetur Abbas per l. bonorum. la. ij. ff. de verborum signifi. vbi bonorum appellatio ita continet vniuersitatem sicut hereditas, sed vendita hereditate transit ius patronatus. vt communiter doctores concludunt. in d. c. ex literis. & late ibi profertur do. Card. in xj. q. & satis s. dixi. igitur etiam transibit venditis bonis: & in veritate ille tex. probat inenitabiliter opinionem istam. pro qua etiam adduco idem sensisse Bald. in d. l. si. in vltima colum. C. de edic. diui Adria. tollen. vbi dicit qd si vendo omnia bona mea non transit ius patronatus. quia dictio mea, est dominij significatiua: sed patronus non est dominus: vt ipse dicit nisi abusuē. sentit ergo Bald. quod aliud esset quando in venditione simpliciter diceretur vendo bona sine illa dictione mea. & tenendo hanc opinionem: ego eam limitarem prout limitabam alias legendo d. c. ex literis. scilicet vt non procedat, quando vendens nihil penitus haberet, nisi ius patronatus: quia tunc dicendo vendo bona quae habeo, non transiret ius patronatus quod probo ex pluribus. & primo, quia si aliter dicamus, concederetur per indirectum quod directo non conceditur contra regulam cum quid vna via. de reg. lib. vj. cum similibus. praeterea & secundo hoc casu nulla est vniuersitas rerum, cui inheret ius patronatus prout doctores requirunt in conclusione praemissa. Tertio probo, quia hoc casu committeretur simonia: quia animus contrahentium tantummodo se habet ad ius patronatus cum aliud non habeat vendens. Quarto & vltimo probo, quia regula iuris est, qd vbi genus non potest verificari nisi in vna specie habetur pro specie. l. ij. ff. de liberis & posthumis. & ibi no. & in capitulo quoniam Abbas. & in capitulo ex parte. de offic. delega. Ergo si dicat vendo omnia bona & vendens non habeat nisi ius patronatus. confertur ipsum ius patronatus. venditur: quod est prohibitum. capitulo de iure. infra eodem. cum similibus. Et hoc etiam dixit dom. Cardinal. in dicto capitulo ex literis. in xj. quaestione. vt supra retuli ad aliud propositum. Et ista videtur mihi veritas in hoc puncto. Et istam limitationem ex eisdem rationibus credo militare vbi venderetur hereditas. Et per istam limitationem tollitur vnum fundamentum Cardin. qui vt supra retuli tenuit contrarium eius quod ego supra firmaui. Alia etiam fundamenta in contrarium adducta tolluntur per dictum textum. in d. l. bonorum. Inferunt etiam ex praemissis Innocen. Ioann. And. & Abba. in d. cap. ex literis. quod si venditur fundus vel palatium in quo sit capella iuris patronatus. ipsum ius patronatus non venit in tali venditione, etiam quod non habeatur aditus ad dictam capellam nisi per fundum vel palatium. Et ratio est secundum eos: quia palatium vel fundus non est quid vniuersale sed res particularis. Contrarium tamen dicit Bartol. in l. si mercedem s. si cum fundum. ff. de action. empti. per illum textum. concludens 43 quod vendito fundo in quo sit capella, venit in venditione ipsa capella nisi ad eam habeatur aditus ex publico. quod dictum referunt doct. in d. cap. ex literis. & Ludouic. Rom. in notabilibus suis, in secunda charta, in singulari incipiente, si vendo fundum. vbi etiam tenet hanc partem. Et multa allegat quae non faciunt ad propositum: quia loquuntur in casu, quando venderetur vniuersitas. sed vt dictum est fundus vel palatium non dicitur quid vniuersale. Istam etiam partem tenet do. Card. Floren. in cap. cum seculum. in iij. quaest. j. eodē. & in consil. suo cxxij. incip. in nomine indiuiduae trinitatis. in j. columna. mouetur ex multis, sed potissimum ex d. s. si cum fundum. qui tex. verè fortiter stringit, ita vt de facili disputando teneri posset haec pars. tamen praecedens est communis vt attestatur dom. Abb. in d. c. cum seculum Concludens communiter doctores eam tenere etiam in casu quod fundus super quo esset capella fuisset in feudum datus. quod est fortius vt ibi per eum. Et hanc opinionem dicit etiam esse communem. Abbas in disputatione sua incipi. Augerio. in decima colum. in princip. Licet dicat contrariam partem posse sustineri ex rationibus de quibus ibi per eum. Praemissam etiam conclusionem reperio tenere Bal. in l. si. in penul. col. in fi. C. de edic. diui Adria. tollen. vbi dicit quod si habeo ecclesiam in fundo meo, & dono tibi fundum, non transit ecclesia: etiam si ad eam non sit accessus nisi per fundum. ratio est secundum eum: quia non est eiusdem conditionis ecclesia cum ipso fundo: licet secus sit, vt ipse dicit in sepulchro. quod bene transiret finem: quia potius in facto quam in iure consistit. Ex quibus verbis colligit solut. ad d. s. si cum fundum. vbi praesupponitur quod

quod vendito fundo transeat in venditione sepulchrum: vel solue vt per Ab. post Inn. & alios in d. c. ex literis. & considera quia pars est tutior in venditione loquendo: quia eam tenendo euitatur dubium simoniae. ¶ Vigesimoquarto quæro circa prædicta tan venditis honorantiis transeat ius patronatus videtur dicendum quod sic. quia ius patronatus est honor vt patet in diffinitione iur. de qua per docto. super hac rub. dum dicunt quod est ius honorificum, & c. Item istud verbum honorantias, videtur quid vniuersale igitur, & c. in contrarium consuluit Baldus in consil. suo cclxxv. incip. quædam mulier versus finem in tertio volumine secundum primam impressionem. & in consil. xxxij. incip. quidam nobilis, eodem volu. & mouetur inter cætera. quia ius patr. non est simpliciter honorantia, sed etiam continet onus & vtilitatem, ex prædicta diffinitione constat. ex quibus verbis tollitur primū argumentum factum in contrarium. Non obstat etiam aliud, scilicet quod honorantia sit quid vniuersale. quia docto. communiter sentiunt contrarium in dicto. c. ex literis. vbi dicunt quod villa & castrum dicuntur quid vniuersale. quia continent in se iura vniuersitatis, scilicet iurisdictionem, honorem, & districtum. volunt ergo, quod honor vel honorantia sit de contentis sub d. c. terminis vniuersalibus: & sic quod non sit quid vniuersale. quia vt de se patet aliud est continens: aliud contentum quæ conclusio est iuridica, & æqua. & menti tenenda: quia de facto facilius contingere posset. ¶ Vigesimoquinto quæro circa hunc modum transferendi ius patronatus in alterum. pone quod quis vendat vniuersitatem in qua sit ius patronatus. an si illud exprimat in venditione transeat cum vniuersitate. exemplum, quis dicit vendo villam vel castrum cum omni iurisdictione, honore, iure patronatus, & c. istam quæstionem attingit Ioan. And. in c. vnico. in prima colum. eod. tit. lib. vj. in nouella. Et post argumentationem ad patres concludit, quod ius patronatus transit cum vniuersitate. & mouetur inter cætera: quia etiam in spiritualibus illa quæ insunt sine vitio exprimuntur. cap. significasti. & ibi gl. ij. & docto. notant. supra de electio. & gl. ij. & ibi Pan. & docto. no. in c. ad audientiam. secundo de rescrip. & ibidem do. Fely. Sandeus in vj. colum. in vers. exprimere multas alias auctoritates accumulatas. subiicit etiam Ioan. Andr. vbi supra quod audiuit pro hac parte sententiam in curia de venditione ville gelheym, quam fecerat capitulum herbipolense decano & cap. sancti Stephani Maguntini: quia in venditione expresserat curiam, agros vineas, decimas, census, ius patr. cum omnibus iuribus, & c. consuluit tamen Ioan. Andr. ibi aduertendum esse ne fiat expressio iuris patr. venditione coniuncta, scilicet, per quam dici possit ius patr. expressè venditum: tunc enim non valeret venditio respectu iuris patr. c. de iure. infra eod. & omnia verba Io. And. vbi supra. ibi Gemin. refert, licet aliam opinionem tenere videatur: vt infra dicam. Et istam opi. Io. An. ipsemet refert & cum ea transit in additio. ad Spe. in tit. hoc in additioe magna post prin. & eam etiam refert Ludouic. Roma. in consil. suo cclxxvij. incip. præfens consultatio. licet omnia eius dicta non referat. eam etiam refert & sequitur Ab. in c. illud. in ij. col. f. eo. & do. Card. Flor. in c. ex literis. in xj. q. an fin. j. eo. Ista eandem conclusionem tenet Bal. in l. fin. in vlt. col. C. de edic. diui Adri. tollen. vbi dicit, quod si dicatur vendo tibi castrum, & patronatum: transit in venditione tale ius pa. quia vt ipse dicit inutilis ampliatio non vitiat. allegat. cum precario. ff. de præcatio. & l. si tam augusti. ff. de seruitutibus. Et hoc idem videtur sentire Bald. recte consideranti in consil. suo cclxxxv. incip. quædam mulier. vbi concludit quod si quis vendit omnes honores, & honorantias, & ius patronatus: transit ipsum ius patronatus. & mouetur, quia illud verbum honorantias: non est terminus vniuersalis, ergo sentit quod si esset terminus vniuersalis, transiret non obstante expressione facta. idem clarè concludit Ioan. de Anan. in ca. quærelam. in fin. infra de simo. idem etiam tenet Oldrad. clarè in consil. suo cccxij. incip. thema quæstionis. Aliam opi. in hoc puncto tenuit Io. Cald. in d. c. vnico. c. tit. lib. vj. & distinguendum sit, quod aut aut expressio iuris patronatus fuit facta declaratiue: vt quia dicatur vendo villam cum omnibus iuribus suis, videlicet iurisdictione, honore, iure patr. & c. & tunc transeat ius pa. quia talis declaratio non inducit nouam vel singularem venditionem. aut verò fuit facta expressio non declaratiue sed cōiunctiue. & tunc licet ipsa expressio non fuerit necessaria putat non transire ius patronus. Ista opinionem post multa refert ibidem Gem. in principio. in ij. col. & ita refidet. vnde videtur istam tenere: ex quo eam refert vltimo loco: vt notat gl. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. Io. Andr. in cap. j. de pœnis. lib. vj. in nouella. & in cap. j. de senten. excommuni. &

probat in l. si idem. eo. §. fin. ff. de iurisd. om. iud. & in l. bona fides. vbi not. Bar. ff. de positi. & firmat Bal. in authentica ex testamento. in ij. colum. C. de colla. & in l. si mater. C. ne de sta. defun. & dom. Alex. in consil. lxxvij. incip. in causa & lite ventente coram reuerendo patre. in ij. col. & in consil. clixij. incipiente, viso processu in principio in ij. volu. & alibi sæpe doc. Aliam & tertiam opinionem in hoc puncto tenuit Abba. Panor. in d. c. quærelam. de simo. distinguendo, quod aut ius pa. exprimitur per dictionem, & : vt quia dicitur in venditione vendo villam, & ius patr. & isto casu ius patr. non transit secun-  
 43 dum eum. mouetur per gl. ibi dicentem quod copulatiua facit copulatum venire principaliter. vnde dicit Abb. videtur hoc casu esse venditum ius patr. principaliter, sicut est vendita villa quod esse non potest: vt in ca. de iure. infra eod. aut verò ius patronatus exprimitur per dictionem cum, & tunc transit quia illa dicitio cum non denotat accessionem quandam, sed per accessionem bene transit ius patronatus etiam in venditione: vt supra dictum est. igitur, & c. & ita dicit limitandum esse dictum Io. And. in d. ca. vnico. sed pro veritate prædicta dicitio est de mente ipsius Io. And. Ista etiam opinionem quæ do apponitur dicitio & in venditione tenere videtur ipse Ab. in c. quanto in ij. col. de iudi. licet ibi nihil dicat quando apponitur dicitio cum. Comprobat ista opinio d. Ab. per doctri-  
 49 nam Bart. in simili in auth. ingressi. in pen. col. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit quod si quis dedicat se religioni cum bonis suis expressio honorum nihil operatur. quia quemadmodum bona tacite veniebant accessorie pariter veniunt hoc casu cum natura dictionis cum: sit coniungere accessorie. l. j. & ij. ff. de peculio leg. §. si quis ancillas. & ibi notatur in sit. de leg. si verò quis dedicaret se & sua: tunc expressio fit per alium modum, quam tacite inesset secundum gl. ibi. nam tacite bona veniebant per quandam consequentiam. sed hoc casu exprimitur per se & principaliter: quia natura dictionis & : est copulare per se & principaliter vt d. l. prima secunda & tertia. ff. de peculio legato. ita Bart. vbi supra inferens ad decisionem quæstionis: de qua ibi per eum. Ista tertiam opi. Abb. reprobatur Ioan. de Ana. in d. c. quærelam. ad si. Et mouetur, quia vna dicitio potest poni pro alia prout est necesse. allegat gl. notabilem in l. eas causas. ff. de cond. & demon. & alia de quibus per eum. vnde dicit ipse quando ius pa. exprimitur per dictionem & : exponitur pro cum: vt sic res potius valeat quam pereat. c. abbate. infra de ver. sig. l. quoties. ff. de rebus dubis. & sic concludit quod quomodocumque fiat expressio iuris patr. siue per dictionem & siue per dictionem cum: quod omni casu transeat cum vniuersitate vendita. & istud etiam videtur sentire Bald. in dicta l. si. C. de edic. diui Adri. tollen. vbi loquitur de dicitioe & Et eodè modo loquitur Oldr. in dicto consil. cccxij. quia in casu suo erat cōcessa ciuitas cum omnibus iustitiis, & c. In hoc subtili puncto verior videtur opin. vt ex prædictis constat: quod si ius patronatus exprimitur in venditione vniuersitatis, eo modo quo inest in ipsa vniuersitate. & sic per dictionem cum quæ accessionem denotat, tunc transit cum ipsa vniuersitate vendita: quia sic nullum pretium videtur esse statutum pro ipso iure patronatus. & sic non potest dici simonia commissa. quæ opinio etiam mihi placet per rationes supra allegatas. & maxime per rationem, quæ habet quod etiam in spiritualibus illa quæ insunt sine vitio exprimuntur, quando exprimuntur prout insunt vt declarat d. Fel. in spiritualibus loquendo in loco supra in princip. allegato. & norant doct. in l. ij. ff. de leg. j. difficultas stat quando ius patronatus exprimitur in venditione per dictionem & in hoc puncto mihi placet opinio Ab. quæ vt dixi supra etiam est de mente Io. And. in si. suæ doctrinæ in d. c. vnico. nec alio modo possunt verificari verba sua ibi. Fundamentum est: quia expressio iuris patr. fit per alium modum quam in sit in vniuersitate. quia exprimitur æquè principaliter cum vniuersitate vendita. prout est natura dictionis & : vt supra dictum est. non ergo datur rō, quia venditio ita facta non dicatur de iure patr. sicut de vniuersitate & per consequens est necesse dicere simoniam esse commissam. c. de iure. infra eo. vnde debemus dicere, quod hoc casu non transeat ius patr. quam conclusionem corrobore per doctrinam Bart. in auth. ingressi. supra alleg. & inductam. Nec obstat id quod dicit Io. de Ana. sc. quod vna dicitio exponatur pro alia: quia respōdeo quod in dubio verba debent intelligi proprie. l. non aliter cum vulgaribus. ff. de legat. ij. Et ista conclusio maxime procederet in foro animæ vt puto: quia vbi dubitatur an actus sit simoniacus, sienda est interpretatio in deteriorem partem fauore animæ: iuxta not. per gloss. in capitul. vnico. de scruti. facit text. & ibi not. in capitul. auenien. de spon. & habetur per d. Fely. San. in capitul. si. in iij. colum.

colom. de p̄sum. per hoc tradens limitationem ad regulā, quā habet, quōd in dubio actus p̄sumitur licitus. & quilibet p̄sumitur bonus. que reg. limitatur etiam per eundem alijs tribus modis. & ego alijs plenius ipsam regulam ordina-  
 52 uicū xiiij. limitationibus in c. nulli. de accusatio. ¶ Sed hic laboratur quæstio accessoria, an in casu prædicto quo venditio censetur simoniaca respectu iuris patronatus expressi, & deducta principaliter in venditione, teneat venditio saltem respectu vniuersitatis & aliorum sub ea contentorum, cōclude breuiter q̄ sic. Et ita sentiunt omnes doct. in quæstione p̄posita dū dubitant, an expressio iuris pa. in venditione vniuersitatis impediatur quominus ius pa. trāseat. p̄supponunt ergo q̄ respectu aliorum in venditione contentorum nō sit aliquid dubium. & hoc clarē sentit Io. And. in d. c. vnico. Et istam cōclusionem cōprobo per decisionem in terminis gl. quam ibi notat doct. maxime Abb. & Io. de Ana. in d. c. quærelam. de simo. vult enim illa gl. q̄ quando v̄duntur plura principaliter & est aliquid quod vendi nō p̄t. nō retractatur contractus in omnibus rebus venditis. sed solum in re prohibita vendi. facit r̄g. v̄tile. de reg. iur. lib. vi. & bñ in p̄posito facit l. i. & l. ex mille cum multis similibus. ff. de euicti. Facit etiam cōmunis conclusio doctorū in c. cum M. de constit. & in c. dilectus primo. post gl. ibi in verbo approbātes. de proba. vbi dicunt q̄ si quis recipitur in canonicū de p̄senti, & promittitur sibi prima vacatura, receptio in canonicū tenet, & p̄missio vacaturæ est nulla. q̄ satis probatur in d. c. dilectus. & in c. relatiū. eod. tit. & multa alia exempla possent adduci. de quib. per gl. in dicta reg. v̄tile. & per doct. in l. i. s. si stipulanti. ff. de ver. obli.  
 54 Secundō dubitatur circa prædicta q̄ an exprimēdo ius patronatus in venditione eo modo quo supra. p̄per dictionem & p̄posito quōd in venditione non veniat, an propter simoniā commissam in vendendo ipsum ius patro. illud amittat vendens: vel priuari saltem debeat per sententiam. Archi. in c. qui studet. in q. j. dicit quōd non priuatur nec priuari debet. & mouetur quia quando quis vendit ius patron. ius solum annullat contractum. dicto capitul. de iure. infra eodē. & ibi domi. Bartolo. Bellencinus in apostillis ad Abbatem. illam decisionem refert & cum ea transit. ¶ Contrarium tamen tenet glo. in c. quia clerici. in verbo spolando. infra eodem. dicens quōd quando venditur ius patronat. tunc applicabitur ipsum ius patron. ecclesiæ cui per venditionem facta est simoniaca iniuria, & ibi etiam hoc tenere videtur Inn. dicens quōd quādo venditur ius patr. ecclesia erit libera ab aduocato. i. patro. no. & ibidem Io. And. Card. & Abb. & communiter alij. idem dicunt. & idem doct. maxime Car. in d. cap. de iure. in vltimis verbis. & est gl. bona in c. vnico. in verbo eidem. eod. tit. lib. vi. ergo p̄supponunt d. glo. & doct. quōd ius pa. amittatur per talem venditionem. intelligit tamen Ioann. Andre. ibi q̄ ipso iure non sit priuatio facta. sed quōd priuatio debeat fieri per sententiam. & ibi plenius hoc firmat do. Car. Flo. in iij. oppo. post Goffr. ibidem quod videtur quous. licet in hoc multi contradicant dicentes, q̄ nullus processus & nulla sententia requiritur per text. ibi in verbo spoliando. sed do. Card. & alij tenentes quōd prædixi exponunt verbum spoliando. i. priuando per sententiam quam expositionem etiam Abb. Panor. ibi non improbat. Tertio in fin. accessorie requiritur pro-  
 55 plena intelligentia huius materia. q̄ an p̄posito quōd ius patro. non possit vendi vs̄ supra si vendatur debeat pretium restituī emptori: videtur dicendum quōd sic. ex quo ius patronatus sibi venditum consequi non potest. Contrarium determinat Io. Andr. do. Card. Flo. Abb. & communiter cæteri in d. ca. de iure. vbi decidunt q̄ pretium non restituatur emptori: quia fuit in mala fide emendo contra iuris dispositionem argu. l. si fundū. C. de euic. & l. quemadmodū. C. de agri. & cens. lib. xj. & c. de hoc j. de simonia. & hoc etiam dicit do. Car. in d. c. quia cler. in vlti. verbis. Non etiam remanebit pretiū apud venditorem: quia non debet locupletari cū iactura emp. reg. locupletari. de reg. iur. lib. vi. vñ secundum præfatos do. tale pretiū applicabitur ecclesiæ cui fuit facta simoniaca iniuria. Et istam opinionem etiam tenet: quia abundat in proprijs terminis gl. in c. de hoc. in vlt. gl. infra de simo. & etiam probatur in illo tex. & in §. & hanc in authentico quō oportet ep̄os. & ibi notat Bar. multa alia ad hoc allegās. Idem Bar. in §. p̄r̄ oibus. quem legit cū prin. in authentico de sanctis. ep̄is. vbi vult hoc esse regulare. q̄ qñ aliquid auferatur ab aliquo, quia fecit iniuriam ecclesiæ debet ipsi ecclesiæ applicari. & refert & sequitur Ioan. de Ana. in dicto c. de hoc in vltimis verbis hoc intelligens secū dū distinctionem do. Ant. & Ab. ibidem sup̄ similia p̄cto ibi p̄ eos post gl. Quarto & vltimō dubitatur circa p̄dicta pone q̄ ipsamet ecclesia patronata emat ius pa. an rema-

nebit libera, quæadmodū si alius emeret vt §. conclusum est. gl. in dict. c. quia cler. videtur velle q̄ ecclesia non remanebit libera, alij tenēt contra: quia secundū eos delictū personæ nō nocet ecclesiæ. reg. delictū de reg. iur. lib. vi. Io. An. & do. Ant. ibi distinguūt. q̄ aut solus prælatus emit, & ecclesia remanebit libera, quia delictū personæ nō debet nocere ecclesiæ, aut verō prælatus cum collegio emerit. & tunc ecclesia non remanebit libera, sed ius pa. remanebit apud v̄ditorem. & mouetur, quia delictū prælati & capituli nocet ecclesiæ iuxta notata in c. ij. de ord. cogni. & in dicta reg. delictum. Io. Cal. do. Card. & Abb. in d. c. quia clerici. tenēt opin. q̄ indistincte ecclesia remanebit libera. & dicit Ab. remouendo tacitum contrarium, quōd ecclesia remanebit libera nō ratione sui cōtractus. §. quia emerit. sed ex eo, quia v̄ditor debet spoliari ipso iure patro. v̄dito. & si tu dicas isto mō ecclesia ex delictū reportabit cōmodū. q̄ videtur indignū: r̄ndet d. Car. ibi q̄ ecclesia, & sic ipsi clerici qui deliquerūt emēdo, poterūt alio modo puniri. & hæc opinio etiā mihi placet. quia in dubio est tenēda opi. fauorabilis ecclesiæ arg. l. sunt personæ. ff. de reli. & sum. fu. in fi. ibi summā esse rationē quæ pro religione facit. Comprobo etiā hæc cōclusionem per doctrinam Host. d. Ant. Ab. Ioan. de Ana. & cōmuniter doctorū in d. c. de hoc. vbi cōcludunt q̄ et si omnes clerici ecclesiæ aliquid recipiāt simoniace, illud totū applicabitur ipsi ecclesiæ. & p̄ hæc sit expedita hæc xxv. quæstio principalis. ¶ Vigesimo sexto quæro principaliter quia vi dimus, an & quando in venditione vniuersitatis transeat ius  
 57 patro. q̄ an in locatione vniuersitatis transeat ius patro. ita vt p̄sentatio spectet conductori, si contingat ecclesiam vacare loca-  
 tione durante. In hoc notabili puncto dicas, quōd si locatio sit perpetua vel talis, per quam vtile dominū in conductorem sit translatum, tunc indubitanter transit ius patro. nisi fuerit in locatione exceptum. casus est vbi ita summant doct. in c. ex literis. infra eo. Si autem locatio sit facta ad tempus modicum, gl. & cōiter doct. ibi sentiunt q̄ non transeat ius patro. quia dicunt quod in casu dicti ca. ex literis. ideo transit ius pa. in conductorem: quia in eum transit vtile dominium. & sic ibi fuit locatio ad longum tempus. vbi ergo vtile dominium non transferatur prout in locatione ad modicum tempus, vult quōd non transeat ius pa. & hanc cōclusionem plenē & clarē firmat Pau. de Cast. in cons. suo lvij. incip. venerabilis vir in j. column. & mouetur inter cætera: quia locare nihil aliud est quam fructus rei vendere, iuxta not. per Barr. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publi. vnde non censetur venditus fructus iuris patro. & sic p̄sentatio vel ius p̄sentandi quia venditio potest quemadmodum nec vendi potest ipsum ius patro. c. de iure. infra eo. & istam decisit Pau. de Cast. refert & simpliciter sequitur do. Fely. Sandeus. in c. cum Bertold. in pe. col. supra de re iudi. Contrarium tamen in hoc membro tenent domi. Card. Flo. & Ab. in d. c. ex literis. & mouetur do. Card. quia in conductorem ad tempus modicum transit com-  
 58 moditas, dato q̄ non transeat vtile dominium, igitur secundum eum transit p̄sentatio, vel ius p̄sentandi: quod est quædam commoditas vel quidam fructus iuris patro. ita domi. Card. ibi. in j. quæstio. licet non ita clare. Abb. autem ibi mouetur: quia conductor vel colonus possidet naturaliter sibi, licet ciuilitate domino. vnde ratione suæ naturalis possessionis poterit p̄sentare. ¶ Item mouetur: quia quemadmodum colonus percipit alios fructus, ita debet percipere istum fructum p̄sentationis. ¶ Tertio & vltimō mouetur: quia text. in d. cap. ex literis. loquitur indistincte: & sic debet intelligi in omni locatione. Mihi placet opinio, primo loco relata: quæ etiam videtur magis cōmunis. & eam cō-  
 59 probo tali fundamēto: q̄ nam conductor maximē ad modicum tempus nō facit fructus suos, qui breui tempore nō renascuntur. l. diuortio. §. si fundū. & ibi Bal. & doct. notat. ff. so. ma. sed fructus p̄sentationis est domini, quia nō renascitur omni anno, sed tantūmodo percipi p̄t talis fructus vacante ecclesia vel capella. igitur nō spectabit ad p̄ductorē. & tenēdo istā cōclusionē nō obstat fundamēta do. Car. & Ab. §. in d̄rium deducta. Primō enim nō obstat dicere q̄ p̄ductor habet alias cōmoditates & alios fructus: ergo istū fructū p̄sentationis habere debet quia cōsequētia nō est bona: ex quo vt §. dixi p̄sentatio est fructus qui breui tpe nō renascitur. Secūdo respōdeo vt p̄ Pau. de Cast. vbi §. q̄ fructus p̄sentationis emi nō p̄t quædam modū alij fructus. sed cōductor cēsetur fructus emere vt §. dictū est. igitur. & c. Nō obstat mō fm dū dicebatur q̄ p̄ductor vel colonus possidet naturaliter ergo p̄sentare p̄t: quia verior opin. est q̄ colonus nō possidet sibi, aliquo mō, nec ciuilitate nec naturaliter. l. nō solū. §. q̄ vulgo. vbi gl. & Bar. ff. de vñca. gl. in §. possidere. insti. de interdic. Bar. in l. j. in fi. principij. ff. de acquir.

agui. pos. & faciunt notata in l. colonus. eo. ti. Non ob. etiam  
 vltimum. l. quod dictu. c. ex literis. loquatur in distincte: quia  
 nō est absurdum intelligere illū tex. & limitare vt tātū proce-  
 dat in conductore ad longū tempus ppter fundamenta. s. fa-  
 cta. argu. l. non est nouum. ff. de legibus. & sic remanet expedi-  
 ta hæc notabilis & quotidiana quæstio quam alibi ita ple-  
 nē ractam non reperi. sed suboritur quæstio accessoria ad præ-  
 59 dicta. quid sit consuetudo. put est Mediolani quod vicini  
 vel parochiani rectorem præsentent episcopo. & reperiatur  
 domus alicuius ex illis parochianis locata. an præsentatio spe-  
 ctabit ad conductorem. an ad dominum domus. in hoc pūto  
 ego credo attēdendos esse terminos consuetudinis: quia con-  
 suetudo non egreditur terminos suos. vt dicit Bart. in l. post  
 dotem. ff. sol. ma. in pen. col. in auth. qui rem. in fi. C. de sacro-  
 san. eccl. do. Alex. in consil. suo ix. incip. viso themate. in prin.  
 in iij. vol. Considerabitur ergo an domini domorum tantum  
 præsentare consueverint: an etiam conductores. & sic illi qui  
 habitant in illa parochia. & vide quæ dicam j. q. xij. an autem  
 talis præsentatio quæ fit ex dicta consuetudine fiat vigore  
 iuris patronatus. declarauit s. super verbo competens alicui. in  
 60 xv. quæstione. in fin. ¶ Vigesimo septimo quæro ¶ an cum  
 vniuersitate pignori data transeat ius pat. ita vt vacante  
 postea ecclesia vel capella possit creditor præsentare. Conclu-  
 de breuiter quod non: casus est secundum communem intel-  
 lectum. vt per Abb. ibi in primo notabili. in c. cum Bertoldus.  
 supra de iudic. & ibi nota. & in c. ex literis. j. eo. & firmant lo.  
 de Imol. & Ab. in c. fi. in fi. s. de concess. præb. & si tu dicas quæ  
 est ratio diuersitatis. quare ius patr. transit cum vniuersitate  
 vedita. vel alienata. vel cum hereditate. in qua quis succedit.  
 & non cum vniuersitate pignorata: doctores in dictis locis  
 plures rationes assignant. Gof. etiā in d. c. ex literis. vt ibi re-  
 fert Io. An. & do. Car. dixit rationē esse: quia licet p contractu  
 pignoris transeat possessio in creditorē. tamē absurdū est q  
 ratione talis possessio ecclesie transeat in credi-  
 torē. sed vt dicit do. Car. vbi supra hoc nō est reddere rationē  
 nec probatur causa absurditatis. aliam rationem assignauit Ia-  
 no. vbi s. dicens. q. ideo contractu pignoris non transit ius pa-  
 quia in creditorē nō transit vtile dñi. nec directū. ista etiam  
 rō vt vides nō tollit difficultatem. aliam rationem assignauit  
 61 Host. vbi s. dicens q. ratio est. ¶ quia pignus non consistit nisi  
 in his. quæ quis de bonis suis facit obnoxia. l. qui filios. C. que  
 res pigno. ob. po. c. j. & ij. supra de pign. ista etiam ratio nō est  
 bona: quia licet de se se ius patronatus. non possit obnoxia-  
 ri. tamen videretur dicendum secus esse. quando vniuersi-  
 tas. in quā esset ius patronat. obnoxietur: vt in simili vidi-  
 mus. quando vniuersitas venditur vt diximus supra. in viij. q.  
 & notatur in d. c. ex literis. vnde melior ratio & communis  
 est quam assignauit gloss. vlti. in dict. cap. cum Bertol. scilicet  
 q. ideo non transit ius pa. in contractu pignoris: quia creditor  
 tenetur restituere omnem fructum vel quasi quem capit ex  
 pignore. vel in sortem computare: & si fructum consumpsit  
 tenetur estimationem computare: vt no. in l. j. & ij. C. de pig-  
 no. actio. & in c. j. de vtr. sed si ius patrona. transeat in credito-  
 rem & præsentaret non possit restitui ipse fructus scilicet ip-  
 sa præsentatio. nam si creditor præsentaret. & præsentatus in-  
 stitueretur: non deberet postmodum remoueri vt in ca. con-  
 sultationibus. supra eo. & in c. querelam. de elect. non possit  
 etiam dari estimatio: quia præsentatio est inestimabilis. tan-  
 quam res annexa spiri. ualitati. & istam rationem sequuntur  
 Ab. & do. Fely. circa fi. & communiter do. in d. c. cum Bertol.  
 & etiam Ab. illam tenet in d. c. ex literis. ij. col. licet de gloss. in  
 d. c. cum Bert. nō faciat mentionē. ex hac ratione infert Ab.  
 iu d. c. cum Bertol. in colum. penul. q. si ratione iuris patr. ali-  
 qua pēso deberetur. illa trāsiret cum pignore creditorem: eo  
 qa possit restitui & in debitū ppenfari: & sic cessat hoc casu  
 ratio prædicta. quod est nota dignū. Aliqualiter tamen p̄dictæ  
 cōclusioni repugnare videtur. quod dicit Ro. in singulari suo  
 incipiente quæritur à me charta xv. col. iij. allegando text. in  
 l. elegant. s. fin. ff. de pigno. act. vbi cōcludit. q. creditor in ca-  
 stro sibi pignori dato pōt iurisdictionem exercere: tñ si restē  
 62 p̄p̄dis ex prædictis patet solu. ¶ Vigesimo octauo quæro  
 an cā vniuersitate in dotem data transeat ius patronatus. ita  
 q. vacante ecclesia vel capella præsentatio spectet ad maritū  
 & nō ad vxorem. Istam quæstionem attingūt domini de Ro-  
 ta in decisionibus nouis. decisionē x. incipiente. fuit dubitatu.  
 sub hoc eo. ti. & decidit q. maritus poterit præsentare. & hoc  
 maxime procedit secundū eos. si hoc habeat p̄suetudo. si tñ  
 cōcurrat maritus & vxor. præsentando præfertur præsentatus  
 ab vxore. & q. maritus possit præsentare. mouētur: qa maritus  
 est dñs rerū dotaliū viuēte vxore. l. doce ancillā. C. de rei ven.

vel ad minus habet vsumfructum in rebus dotalibus ex quo  
 tenetur onera matrimonij supportare. c. per vstras. de dona.  
 inter vir. & vxor. Præterea dicunt ipsi. præsentate est fructus  
 iuris patro. ergo cum maritus sit in possessione villæ vel alteri-  
 us vniuersitatis. in qua sit ius pat. merito eo iure par. vti po-  
 test. c. consultationibus. infra eo. quod autem vbi concurrant  
 maritus & vxor in præsentando. præfertur præsentatus ab  
 vxore: mouentur per simile. quia si tutor & pupillus concurrant  
 in præsentando diuersos. præfertur præsentatus à pupillo  
 vt per Io. And. in c. ex eo. de elect. lib. vj. de hoc tamen vltimo  
 dic vt s. dixi super verbo competens alicui. q. iij. Contrariam  
 opinionem tenet domi. Anto. de But. in c. fi. supra de concess.  
 sio. præben. quem ibi refert & sequitur Io. de Imo. in fi. dicant  
 enim præfati doct. quod præsentatio in quæstione proposita  
 spectat ad vxorem & non ad maritum. & mouentur quia ius  
 patr. est quædam honorificentia quo ad actum præsentandi:  
 quæ non est proportionabilis ad sustentationem onerum ma-  
 trimonij. ideo non transit in maritum. sicut non transiret in  
 creditorem occasione pignoris sibi dati: quia tales fructus nō  
 sunt compensabiles in debito & per istud fundamentum idē  
 etiam tenet Abb. ibi subiiciens. quod ista opinio est verior.  
 subtilior. & elegantior. Eandem opinionem tenere videtur  
 d. Fely. Sandeus in c. cum olim. in j. col. de maio. & obe. referen-  
 do do. Ant. & Imo. vbi supra. idem etiam clari tenet dic.  
 Fely. in c. causam. in iij. col. de præscri. & allegat idem tenere  
 Pau. de Eleaza. in disputatione sua. incipit. patronus ecclesie  
 sancti Martini col. x. & in repe. c. nobis. in pen. col. infra eod. &  
 cum illa opi. Pau. vbi supra transir simpliciter Pet. de Anch. in  
 cle. plures. eod. tit. in iij. colum. vbi refert argumenta præfati  
 Pau. Reperio tamen q. do. Fely. in d. ca. cum Bertoldus in vlti.  
 col. dicit q. cum semel allegasset in Rota opin. Imo. in d. capit.  
 non fuit exauditus. & q. pro opi. Rotæ adducebatur tale fun-  
 damentum. nam maritus lucratur fructus perceptos & con-  
 sumptos. vnde cum non habeat eos restituere. frustra fit æ-  
 quiparatio de ipso ad creditorē. qui debet fructus perceptos  
 restituere. præterea adducebatur. vt ipse dicit aliud fundamē-  
 tum: quia tex. in d. c. ex literis. infra eo. solum considerat q. cū  
 vniuersitate transit ius præsentandi: & sicut ad possessorem  
 transeunt alij fructus rei possessæ: ita transibit præsentatio. sub-  
 dit tamen do. Fely. q. pro tunc non fuit aliter conclusum in  
 Rota. eo quia etiam do. Ant. de But. & Abb. in d. c. fin. tenent  
 contra Rotam. Pro ista etiam opi. ego adduco simile bonum.  
 63 nam maritus non potest percipere fructus ex rebus dotali-  
 bus. quando in breui non renascitur. l. diuortio. s. si fundum.  
 & ibi no. ff. solu. mari. sed præsentatio est domini: quia nō fit  
 omni anno sed raro. s. vacante ecclesia. ergo ad maritum non  
 debet spectare in puncto iuris videtur mihi verior opinio. q.  
 ad maritum transeat ius præsentandi. & intantum transeat q.  
 ad vxorem non spectet. & sic approbo opin. Rotæ in vno: in  
 alio tamen mihi vera non videtur. In quantum dicit. q. si mari-  
 tus & vxor concurrant. q. præfertur præsentatus ab vxore. id  
 enim falsum videtur. & hoc totum dico inenitabiliter expo-  
 nari in d. c. ex literis. à fortiori. ibi enim ius patr. transit in condu-  
 ctorem vniuersitatis ad longum tempus: & tamen minus ius  
 habet talis in rebus conductis quam maritus in dote. vt ex-  
 pressè dicit Bal. in l. doce ancillam. C. de rei ven. maritus enim  
 habet propriè dominium dotis. vt dicit Bald. in l. in rebus. in  
 iij. notabi. C. de iure do. patronatus ergo transire debet in ma-  
 ritum cum vniuersitate in dote data. ibi etiam præfertur  
 conductor locati in præsentatione. ergo etiam debet præferri  
 maritus vxori à fortiori. quicquid dixerit Rota. cuius funda-  
 mentum non est concludens in proposito nostro. vt de se. pa-  
 ter. & per d. c. ex literis. etiam respondetur ad vñū argumen-  
 tum quod fit pro contraria parte. scilicet q. vbi in aliquo titu-  
 lo etiam vniuersali requiritur specialis traditio rerum. non  
 potest transire ius pa. q. singulariter transire non potest. quo  
 argumento inter cætera fundabatur Paul. de Eleaza in dicta  
 sua disputatione. prædictum enim c. ex literis. probar contra-  
 rium vt etiam ibi dicit Ioan. de Ana. col. ij. & do. Anto. de But.  
 & etiam do. Car. Flo. q. xj. & plenè infra dicam in vlti. q. huius  
 verbi. in ver. sed hic suboritur quæstio: Et tenendo istam opi-  
 nio. non obstat etiam fundamentum doctorum contrarium  
 tenentium: dum dicunt. quod ius par. vel præsentatio est quæ-  
 dam honorificentia. quæ non est proportionabilis ad onera  
 matrimonij sustentanda. propter quæ onera datur dos. quia  
 ad istud fundamentum credo faciliter responderi posse. vnde  
 dico q. licet verum sit q. præsentatio non sit fructus habilis  
 ad sustentationem onerum matrimonij sufficit quod ipsa vni-  
 uersitas in qua est ius patr. ad id sit habilis. & vbi vniuersitas  
 transfertur non consideratur ipsum ius patro. sed transit ac-  
 tract. de iure patro. KKKk 2 cessorie



cessorie patet in dicto ca. ex literis. vbi locatur vniuersitas in qua est ius pat. & tamen verum est dicere quod ius pat. locari non potest. arg. c. de iure. infra eo. & tamen transit cum vniuersitate locata. Ratio est, quia ipsum ius pat. non habetur in consideratione sed transit accessorie. ista sunt verba Abbatis in effectu post alios in d. c. ex literis. in primo notabili; vbi dicit quod ideo ibi ius patro. transit cum vniuersitate: quia contractus videtur in ius super rebus temporalibus, & non super iure patro. Pari modo dicimus quando vniuersitas in qua est ius patro. venditur: certè pretium non est proportionabile ad ius pat. d. c. de iure & tamen transit in emptorē: vt dixi supra 64 in vij. q. huius verbi. Ratio est quia ius pat. non consideratur in venditione, sed accessorie transit. In proposito ergo dicamus quod licet verum sit quod ius pat. vel presentatio non proficit ad onera matrimonij sustentanda, tamen accessorie transeat cum vniuersitate in dotem data: quia non consideratur ipsum ius pa. de per se, & hanc solu. arbitror verissimam. Non obstat etiā aliud scilicet in quantum dictum est quod maritus non potest percipere fructus, qui in breui non renascuntur quia dico quod maritus non percipiet istum fructū presentationis tāquam maritus & ranquam ius pat. sit de rebus dotalibus. sed percipiet tanquam possessor vniuersitatis. & per quandā consequentiam vt dixi s. Et in istam opinionē etiā inclinare videtur do. Card. Flo. in cle. plures. in vij. q. eo. rit. vbi reprobata opi. do. Anto. Imol. & sequacium de quibus s. Cogita tamen bene si casus contingat propter auctoritatē tantorū patrum. Et tenendo primum opi. ex ea inferri potest ad aliam decisionem, quod si quis decedat relicta vxore vsufructuaria plenaria, quod presentatio spectabit ad eam, & non ad heredem, præsупposito quod in hereditate esset ius pat. Tenendo tamen aliam opi. de qua s. contraria conclusio esset scienda. quare bene considera omnia prædicta. & istū vltimū punctū in specie attingit moderniores repetentes in l. Titia. §. Titia. q. xxxix. ff. de leg. ij. & quædam alia puncta ibi in proposito attingit de vsufructuaria. an & quando ei cōpetat ius presentandi: sed ex prædictis ad illa colligitur decisio. & faciunt quæ dixi supra in questione 65 ne xxvj. huius verbi. ¶ Vigesimo nono quæro an ius patronatus transeat in fiscum ex confiscatione bonorum. istam difficultatem sentit gloss. in cap. filius. xvj. q. vij. dicit enim illa gloss. quod iudex laicus potest cum vniuersitate priuare aliquem iure patro. sed per se non potest allegat tex. in argu. in d. c. ex literis. infra eo. vult ergo d. glo. quod si iudex confiscat bona alicuius, quod etiam ius pat. transeat cum ipsis bonis. Eandem opi. tenent Ioan. And. & Abb. in ca. nobis. infra eod. idem Ab. in c. cum laici. j. eo. & in c. quanto. in ij. colum. post do. Anto. ibi s. de iudi. sed ibi do. Anto. nihil dicit de hoc. idem tenet do. Card. Flor. in d. c. quanto. dicens ita se consuluisse & ibidem Ioan. de Imo. & allegant d. c. ex literis. & gloss. singularem in d. c. filius. Contrarium decidere videntur gloss. in cap. satis peruersum in simili. 50. distinctio. & clarius in proposito nostro glo. in cle. pastoralis. in verbo subiectæ. de re iudi. quæ formaliter dicit quod per condemnationem vel confiscationem iudicis secularis non perdit quis ius patro. sed Abb. in dictis locis respondet quod non obstat dictæ gloss. quia loquuntur quando iudex secularis in specie & de per se vellet priuare aliquem iure patro. tunc enim non potest d. c. pit. quanto. de iudiciis. Nec consuetudo in contrarium valeret quod iudex laicus se intrinsece de iure pat. ita concludunt domini de Rota in antiquis decisionibus sub tit. de consuetud. decisione iij. Et istam opi. videtur tenere Bald. in l. j. C. de bonis libe. & in l. si. in pen. colum. C. de edic. diui Adria. tol. vbi dicit quod si iudex secularis mittit aliquem in possessionem hereditatis videtur etiam mittere in possessionem iuris patro. & ista opinio. bene probatur argu. d. cap. ex literis. vbi ius pat. transit in eum in quem transit vniuersitas. ¶ Probatur etiam: quia ea quæ transeunt ad heredem extraneum transeunt in fiscum. l. j. ij. & iij. & ibi not. ff. de bonis damn. & faciunt not. per Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infec. sed ius pat. transit ad extraneos heredem vt not. in c. i. infra eod. & in cap. filiis. post gloss. xvj. q. vj. igitur, &c. Opinionem tamen quam supra dixi velle gloss. in d. clem. pastoralis. tenet Archid. in cap. filiis. xvj. q. vij. & domi. Anto. de But. in d. clem. pastoralis. dicens, quod imo in confiscatione bonorum non transit ius patronatus & mouetur ex pluribus: & inter cetera. quia ius patronatus est quid spirituale. capit. quanto de iudiciis. & ideo secundum eum non potest iudex secularis pronuntiare tacite vel expresse directe vel indirecte. super eo allegat capitulum. de ord. Cogni. item mouetur domi. Ant. quia certi sunt modi inducti à iure canonico, per quos transferri potest ius

patro. in alium. de quibus in capitulum. cum seculum. & in capitulum. infra eo lib. vi. sed inter illos modos non reperitur iste, semper per viam confiscationis iudicis secularis. ergo stabimus sub regula negatiua, eo maxime secundum eum, quia istud videtur exorbitans quod ius spirituale sine licentia episcopi per laicum in alium transferatur, & sic non debet fieri extensio. ar. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. & reg. quæ à iure. ff. de reg. iu. li. vj. subdit tamen sub dubio forte quod iudex ecclesiasticus propter delictum commissum, ex quo bona vehunt confiscanda poterit illud ius confiscare inisco ecclesiæ. argumento notatorum per gloss. in capitulum. quia diuersitatem. de concef. prebend. istam opin. & fundamenta do. Anto. refert & sequitur Ioan. de Imo. in l. insulam. ff. sol. ma. subiciens quod hæc pars forte est de iure verior. & etiam mouentur præfati doctores in clem. pastoralis. de re iud. in §. rursus. in fi. vbi illa sententia Imperatoris non trahitur ad feudum ecclesiæ, quod tenebat rex Roberrus condemnatus vt ibi. istam etiam opinionem quod ius patronatus non transeat in confiscatione bonorum tenet domi. Card. Flo. in clem. plures. in princip. in vij. q. eodem rit. dicit tamen ibi, quod non remanebit ius patronatus. apud patronum: sed redibit ad ecclesiam patronatam per rex. in arg. in cap. in quibusdam. de pœnis. & in cap. felicitis. de pœnis libr. vj. in §. si qua verò. & dicit quod Barto. & Salic. consulerunt 66 quod confiscatis bonis vasalli ecclesiæ ob crimen læsæ maiestatis, feudum reuertitur ad ecclesiam. discordat Cardinal. ab eo quod dicit dominus Anto. supra relatus: quia vult domi. Anton. quod ius patronatus poterit confiscari inisco ecclesiæ per iudicem ecclesiasticum. Cardi. autem vult quod applicetur ipsi ecclesiæ patronatæ, quæ per hoc remanebit libera. mouetur etiam Cardinal. alio colorato fundamento: quia si fieret confiscatio iuris patronatus, ageretur de præiudicio ecclesiæ: quia nūquam esset spes quod ipsum ius patronatus ad ecclesiam reuenteretur, sicut quando est apud patronum quod etiam in simili dicit Ioan. de Imo. in c. fin. in fine. de rebus eccle. non alienand. & istud etiam est fundamentum do. Anto. & Imo. in locis supra allegatis. & subicit dominus Cardinal. vbi supra, quod hæc opinio licet omnino non probetur in dictis iuribus, tamen quia est fauorabilis ecclesiæ sufficere potest. Eandem conclusionem refert & sequitur d. And. Siculus in cap. quanto. in vij. col. supra de iudiciis. dicens formaliter, quod eo casu quo confiscatur ius patronatus spectans ad laicum, quod applicatur inisco ecclesiæ & erit effectus secundum eum: quod ius patronatus extinguetur & ecclesiæ remanebit libera sub præte episcopi. Allegat Arch. in ca. considerandum. xvj. q. vij. & Io. de Imo. in d. cle. pastoralis. & do. Anto. in c. nobis. j. eod. & Bal. in l. j. C. de bo. liber. & gloss. in c. maximum. j. q. vij. quæ nihil facit. eandem conclusionem tenet do. Præpos. diui Ambrosij in c. j. pen. col. x. distinct. vbi dicit quod in translatione vniuersitatis odiosa, puta in confiscatione bonorum non transit ius patronatus, secus in translatione voluntaria & fauorabili. volunt ergo præfati doctores. in effectu quod in confiscatione bonorum iudicis secularis non veniat ius patronatus. & sic volunt quod non transeat ius patronatus ad fiscum secularem, licet vniuersitas bonorum transeat. Et istam etiā opi. tenet in effectu do. Fely. Sandeus in d. c. quanto. in iij. col. allegando d. Ant. & Imol. in d. cle. pastoralis & Imol. repeti. l. in insulam. ff. sol. matri. mihi magis placet in puncto iuris opinio primo loco relata. f. quod ius patronatus transeat in confiscatione bonorum ad ipsum fiscum, ad quem transeunt alia bona. licet alia sit æquior, scilicet quod ecclesiæ remaneat libera. Et hanc opinionem inenitabiliter probant argumenta supra pro ea adducta maxime text. in dict. capitulo ex literis. item quia vt dictum est ea quæ transeunt in heredem extraneum transeunt in fiscum. quia argumentum in isto articulo. facit Cardi. Flor. in d. cle. plures. Et eam 67 probat per simile. quia videmus quod si emphyteusis ecclesiastica transit ad heredem extraneum, & contingat emphyteutam delinquere, ita quod bona eius confiscentur: talis emphyteusis etiam transibit ad fiscum. ita concludere videntur doctores in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infec. & in locis ibidem memoratis per do. Alexand. & idem vult Bal. in l. j. ff. si ager. vectigalis. & ibidem Albericus in versic. quæro an in iure in emphyteutico. Bald. in capitulum. in presentia in vij. col. de probationibus. in l. sed & si possessori. §. si iura vero. ff. de iure iurand. in capi. literæ. de dila. & probatur in l. j. C. de bonis liber. & ibi gloss. Barto. & alii dicentes, quod ius patronatus liberi non transit in confiscatione bonorum: quia non vadit ad extraneum heredem. Et ideo dicit ibi Bartol. in vltimis 68 verbis, quod si bona alicuius confiscantur non transit in fiscum: nisi illud quod transfret in extraneum. quod dicit esse perpe

perpetuo notandum, & dicit ibi Paul. de Castro in vltimis verbis, quod cum emphyteusis ecclesiastica non transeat regulariter in extraneum heredem non transibit etiam in fiscum, si tamen præsupponatur, quod emphyteusis transeat ad extraneum heredem: puta ex pacto apposito in inuestitura certe transibit in fiscum per supradicta. Ergo in proposito, dicamus, quod ius patronatus transibit in confiscatione bonorum ad fiscum, propterea quia transit cum vniuersitate etiam ad extraneos heredes: vt concludunt communiter doct. super hac rubrica, & in c. cum seculum, & in ca. ex literis, infra eod. & Abb. in ca. j. infra eod. & doct. in varijs locis supra per me memoratis in viij. q. huius verbi. Aduertendum: quia istud simile de emphyteusis ecclesiastica intelligitur per Bartol. & Ro. & dom. Alex. in d. §. si de vestigialibus, & per doct. ibidem relatos per d. Ale. hoc modo videlicet quod licet emphyteusis ecclesiastica transiret in fiscum in publicatione bonorum, tamen est in facultate ecclesiæ repetere emphyteusim à fisco per text. in §. j. in authen. de alie. & emph. & sic attentò isto simili pati modo videtur dicendum in iure patrona. & sic in effectu istud simile potius videtur probare. opin. dom. Card. in d. clem. plures, & tantò magis, quia Ro. & dom. Alexan. in d. §. si de vestigialibus, allegant d. cap. foelicis, §. si qua verò, de poenis libro vj. Si ergo voluerimus tenere opin. gloss. in d. c. filiis, & sequacium: licet alia tanquam æquior sit amplectenda, oportebit facere fundamentum super d. capit. ex literis, & super d. cap. cum seculum. Et ipsam opinionem tenendo rñdeo ad argumenta contraria. Non obstat igitur primò fundamentum quod faciebat, dom. Anto. supra relatus, videlicet quod ex quo ius patr. est quid spirituale vel annexum secundum communem opi. iudex laicus nō habet iurisdictionem super eo nec directè nec per indirectum: & sic nec iudicando in specie de iure patronat. nec in genere: quia respondeo quod fateor obiectum, sed dico quod ius patr. transit virtute accessorii, seu quia est accessorium ad vniuersitatem. d. cap. ex literis. non autem transit propter iurisdictionem vel sententiam iudicis. Non obstat etiā aliud dum dicit do. Anto. quod inter modos inuentos à iure ad transferendum ius patro. de vno in alium non reperitur hic modus confiscationis, seu sententiæ iudicis secularis: quia respondeo quod non reperitur vnus modus magis specificatus quam alter: sed per omnem modum non simoniacum & licitum potest transferri ius patronat. de vno in alium: vt satis probat text. in d. capit. cum seculum, ibi ratione feudorum emptorum aliove modo acq̄sitorum, vel etiam alio modo ius patr. acquisueritis, quæ verba sic geminata probant quod dixi. Non obstat quoque clem. pastoralis, §. rursus, quia respondeo, quod illa sententia loquebatur de feudo, vel iuribus ecclesiæ, sed nos loquimur quando sententia non facit mentionem de iure patro. vt dicit Abb. Panor. in dicto capit. quanto. Vel alter non reperitur iure cautum, quod illud feudum ecclesiæ sit accessorium ad alia bona prout est ius patronat. & propterea ille text. non obstat. Non obstat quoque iura allegata per domi. Cardin. in dicta clem. plures, videlicet dictum c. in quibusdā, & d. cap. foelicis, §. si qua verò, quia non loquuntur in terminis nostris, videlicet, quando iudex secularis proferret sententiam super vniuersitate bonorum, sed capitulum in quibusdam loquitur de sententia lata à iure in specie super iure patronatus, quod debet applicari ipsi ecclesiæ patronatæ, cui iniuria est facta per occisionem, vel mutilationem rectoris. textus verò in d. capit. foelicis, non loquitur pariter de sententia iudicis secularis. Item non loquitur in casu quando in vniuersitate vel bonis condemnati erat ius patro. vel tale quid quod transeat cum vniuersitate. Non obstat modo vltimum dum dicebatur q̄ si ius patr. transiret in fiscum ageretur de præiudicio ecclesiæ, quia non esset spes quod reuerteretur ad ecclesiā aliquo tempore: quia potest dici q̄ & istud non est præiudicium considerabile, nec hoc reperitur iure cautum in terminis istis vel talibus in quibus militet eadem ratio, vel dicamus quod transibit in fiscum & apud illum durabit tanto tempore quanto fuisset duraturum penes patronum argum. l. lex vestigiali fundo, ff. de pigno. & l. præco. §. prædium, ff. de leg. & l. statius, §. Cornelio foelici, ff. de iure fisci, & ca. j. in fi. de c. Conradi, in vltibus feudo, cum similibus. Et sic stat defensata opi. glo. in d. c. filiis & sequacium. Opinio tamen do. Anto. videtur vt dixi æquior: scilicet q̄ non transeat ius patr. in fiscum & ultra supra adducta eam etiam sequitur reuerendus & excellens doctor do. Andr. Pomus auditor Rotæ apostolicæ, & 62 mihi pater obseruandus in d. ca. quanto, de iudi. ¶ Trigesimo quæro, posito q̄ ius patronatus transeat in confiscatione bonorum, vt supra conclusum est, ne quod quis priuetur in

specie iure patronatus propter delictum circa ipsum ius patr. commissum: an illud ius patronatus euaneſcat: ita quod ecclesia libera remaneat, an vero ius patronatus acquiratur ipsi ecclesiæ: ita quod sit patrona sui ipsius. Istam quæſtionem tan git gloss. in c. quia clerici, infra eod. & dicit quod hoc casu ius patronatus acquiratur ipsi met ecclesiæ patronatæ, cui facta est iniuria per delictum, ad quod faciunt nota, per Aretin. Felyn. & moderniores in rubrica supra de iudicijs, veritas est & communis opinio, quod ecclesia remanebit libera patrono vel aduocato, ita quod ille ad quæ primò spectabat institutio nunc habebit liberam collationem. Ita concludit Inno. Ioan. And. domi. Card. Flo. Abb. & cæteri communiter in di. capit. quia clerici, & vt dicit Abb. ibi hoc etiam fuit de mente, glo. prædictæ, quia secundum eum propriè loquendo ecclesia nō potest esse patrona sui ipsius. Eandem conclusionem firmat gl. in c. vnico, in verbo eidem, eo. tit. lib. vj. & ibi communiter 70 doct. sequuntur. ¶ Trigesimo primò quæro an ius patro. possit de per se vel sine vniuersitate insolutum dari creditori, vel an possit insolutum capi à creditoribus: concludo q̄ nō, quia ius patr. non recipit æstimationem, c. de iure, infra eo. ita decidit Abb. c. in querimoniam, j. eod. in ver. & per hoc alijs dixi, & refert & sequitur do. Fely. Sandeus, in c. cū Bertoldus, in vltima colū. s. de re iudicata. Idem reperio tenere Bald. in consil. suo xxvij. incip. quidam nobilis, in iij. volu. vbi clarè dicit, q̄ cum vniuersitate pot̄ insolutum dari, secus si res particulares dentur insolutum. Et faciunt ea quæ dicta sunt de venditione vniuersitatis supra in hoc eodem vers. q. xxij. & sequen 71 tibus. ¶ Trigesimo secundò quæro an ille, penes quem est factum sequestrum ecclesiæ vel iuris patr. iuxta c. examinata, s. de iudicijs possit præsentare, si contingat ecclesiam vacare. Abb. post Host. & But. in d. ca. examinata, viij. colum. vers. sed quia supra visum est, concludit quod non, mouetur quia sequestrer fructus colligit nomine alieno quemadmodum cre ditor pignoris, vnde cum fructum restituere teneatur sequeſter, & fructus præsentationis facta non possit restituere, vt etiā explicat doct. in capit. ex literis, infra eodem, igitur sequeſter præsentare non poterit. ¶ Contrariam opinionem tenet Inno. in d. c. examinata, & sequitur do. And. Barba, ibidem in xvj. col. vers. tu pondera, motus: quia aut sequeſter est custos tantum, & tunc præsentare poterit, quia erit fauor ecclesiæ, & non præsentare esset dissipare fructus sequeſtri aut est possessor, & tunc secundum eum non est dubium, q̄ poterit præsentare. Eandem cōclusionem tenet Rota in antiquis sub titu. de elect. decisione quinta, allegans idem tenere Paulum in cle. vnica, de sequeſtra, posses. & fruct. Eandem opinionem per prædictas autoritates & per multa alia firmat excellentissimus do. Fely. Sandeus in d. c. cum Bertoldus, in fi. de re iudica. Et ita dicit se alijs pronuntiasse in Rota de consensu aliorum. Et responderet ad fundamentum supra in contrarium adductum, & ad alia quæ adduci consueuerunt, dic vt per eum, & ultra eum addo q̄ idem tenet Gemi. in ca. nemo deinceps, in iij. colum. in fi. vers. an autem commendatarius, de elect. 72 li. vj. ¶ Trigesimo tertio quæro an patronus possit renuntiare iuri patr. in præiudicium descendentiū vel legitimorum heredum, videtur dicendum q̄ sic, & ita decidit Arch. in c. vni co in principio eod. tit. lib. vj. & ibi sequitur Gemi. quicquid dixerit ibi Lopus contrarium tenens, & illud dictum Arch. refert & sequitur Rota in antiq̄s sub hoc eodem titulo, de cõfio vnica in fi. quæ incipit quidam laicus, & do. Alex. in consilio suo xliij. incipien. omnipotentis dei, in iij. col. in fi. & in cō sil. suo xvij. incipien. arrentis narratis, in ij. colum. & in consil. xxvj. incipien. ponderatis, in vltima colum. in v. volum. Idem tenet Pau. de Cast. in consil. clij. incipien. circa præsentem casum, colum. vltima circa medium. Et satis probatur hæc conclusio ex his quæ dicta sunt supra in quæſtione, j. & in quæſt. xvij. huius verbi, vbi conclusum est, quod patronus potest alteri donare ius patro. requiritur tamen consensus episcopi, quando donatur vel renuntiat laico vt ibi conclusum est & probatur in d. ca. vnico, & ad comprobationem præmissæ conclusionis facit quod fortius dixit Cald. in consil. suo xix. incip. concessum, sub hoc eo. tit. Inquit enim q̄ potest patronus donare ius pa. alteri in præiudicium successorum etiā q̄ ius pa. ipsum esset concessum pro se & filiis suis masculis raturum modo: nec hoc casu secundū eum est necessarius consensus ipsorum filiorū vel successorū, & mouetur inter cetera: quia ex tali concessione facta p se & filiis transfertur ius gradatim de patre in filium, vnde statè primo gradu cessat secūdu, allegat l. cū pater, §. pe. ff. de leg. ij. & l. peto, §. fratre, eo. tit. faciunt notata per omnes in l. gallus, §. quidam re d. ff. de lib. & posthuj. & sic secundū eū viuente patre filius nullā potestatem habet. Tract. de iure patro. KKKk 3 vnde

# Tract. de iure Patro.

unde poterit ipse pater ius patrona. alteri donare in prauidi-  
cui successori. mihi videtur quod in eo fundavit ecclesiam  
possit pcedere quod dictum est. & idem in eo qui acquirit pro  
se & heredibus per ea quae scribit do. Alex. primo post alios  
p eum relatos in dictis consiliis. & maxime in consil. xij. Quae  
do autem quis acquisisset ius patr. pro se & suis satis dubito  
per ea quae scribuntur per dñm Alexand. ubi supra. & per Bar-  
to. in l. iij. ff. de interdic. & relega. quam legit pro prima. & per  
Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. cxliij. & per Sali. di-  
stinguentem in simili puncto in l. ij. C. de iure emphyteut. &  
per do. laonem preceptorem meum. ibidem in col. lxxxij. in  
versu. vij. quaerit Sali. & in dictis locis etiam reperies. an deli-  
ctum patris noccat filio quo ad amittendum emphyteusum  
vel feudum. quae decisiones faciunt ad cognoscendum. an  
ex delicto patris filius priuatur iure patronatus. Sed circa hac  
73 quaestione suboritur alia accessoria: ponet quod ius patro-  
natus competat illis de parentela tantum. vt puta quia ita in  
fundatione ordinatum sit: an vnus de parentela possit renun-  
ciare alteri extraneo ius suum. iste punctus non habet dubita-  
tionem. Vnde dic breuiter quod non. & ratio est: quia ius pa-  
tronatus hoc casu competit conditionaliter & qualificatiue.  
scilicet illis de parentela. vnde si aliquis non habet istam qua-  
litem non potest esse patronus. Ita concludit do. Cardi. Flor.  
74 in consil. suo xlvij. incip. quidam nobilis. ¶ Trigesimo quar-  
to quaero. circa praedicta stante dispositione. quod ius patro-  
natus non exeat extra domum vel parentelam. pone quod  
quis creetur de illa parentela: vt aliquando vidi vel adoretur  
aliquis: an talis sit patronus. prout alij qui sunt vere & natura-  
liter de parentela. vt prima fronte dicendum est sic. quia vbi  
conueniunt verba. conuenit dispositio. & edictum non habet  
locum. vbi verba eius non possunt adaptari vt dicit tex. quem  
ibi notat Bartol. in l. iij. §. pretor ait. vers. toties. ff. de damn.  
infect. facit. non aliter. ff. de legat. iij. cum vulga. cum ergo  
praesupponatur aliquem esse creatum de parentela. satis con-  
ueniunt verba dispositionis. igitur &c. Secundo pro hac par-  
te facit regula. quae habet quod non refert quid ex aequipol-  
lentibus fiat. l. si mater. C. de insti. & substi. cum multis con-  
cordantibus ibi in gloss. memoratis. ergo non videtur referre  
an quis sit natus vel originarius de parentela. vel quod de  
ipsa parentela sit creatus. ista enim videntur aequipollere. Co-  
trariam partem ego arbitror verior. & licet non reperiam  
decisionem in specie. moueor per text. in l. si ita quis. §. fin. ff.  
de leg. ij. vbi si testator faciat mentionem de liberis. intelli-  
gitur sensisse de natiuis. non autem de adoptiuis. dicitur enim  
75 ibi quod legatum factum alicui in tempus libertorum non  
debetur sibi: dato quod filios adoptet. & concordat. text. in l.  
fideicommissum. ff. de condi. & demon. qui dicit quod si quis per  
fideicommissum sit grauatus restituere hereditatem si sine  
liberis decesserit. intelligitur de liberis natiuis. non autem de  
adoptiuis. & alia iura concordantia allegant gloss. in dictis lo-  
76 cis. Secundo facit bonum simile. ¶ nam adoptiuis non suc-  
cedit in feudum. c. adoptiuis in tit. si de feudo seu. contro. inter  
dñm & agnatum in vrbibus feudorum ergo adoptiui vel creati  
de aliqua parentela pari modo non succedent in iure pa. Ter-  
tio facit quia consensus epi qui interuenire debet in tali dispo-  
sitione iuxta notata in c. illud. & in c. cu. seculu. j. eo. non debet  
extendi sed restringi. quia concessio iuris patr. est de gratia &  
ex dispensatione facta. c. quoniam. q. ibi nota. infra eodem &  
notatur in cap. quanto de iudiciis. & plene per Abb. in dicta  
sua disputatione incipi. Augerio. si ergo eps consensit. q. ius  
pa. transeat ad eos de parentela tantum: debet intelligi & restrin-  
gi ad originarios vel natiuos de parentela. illud enim ius est  
exorbitans. & non extendendum. vt per docto. in locis praer-  
legatis. & per dom. Fely. in cap. causam. in princ. de prescrip.  
77 Quarto facit quia in dispositione hominis appellatione fi-  
liorum non veniunt adoptiui. vt in notabili quaestione tra-  
dit lo. Andr. in add. ad Specul. in tit. de succ. lab. intesta. col. j.  
78 in vers. nec obstat. Quinto facit. quia iuramentum praefrens  
masculos solum. non habet locum in adoptiuis: vt tradit lo.  
de Ana. in consil. xxvij. incipient. viso casu. Sexto facit aliud  
79 quia donatio quae renouatur per superuenientiam libero-  
rum non habet locum in adoptiuis. ita concludit d. Alex. in  
80 iij. vol. cons. xj. col. si. Septimo facit. quia iura debent in-  
telligi naturaliter & proprie. non civiliter & ficta. l. fin. vbi ita  
summant doct. C. de his qui ve. eta. Impe. Et hanc partem ten-  
pendo ad contraria facilis est responsio. Non obstat igitur  
primum. dum dicebatur. quod conueniunt verba dispositio-  
nis. & c. quia respondeo quod imo proprietates verborum non  
conueniunt. proprie enim non possunt dici de parentela illi qui  
non sunt originarij de dicta parentela: quemadmodum pro-

prie non dicuntur liberi illi. qui non sunt natiui sed adoptiui:  
vt probatur in d. l. si ita quis. & in d. l. fideicommissum. & hoc  
etiam dicit Bal. in l. ciues. C. de appel. vel aliter dicamus quod po-  
sito quod conuenirent verba. non tamen conuenit mens quae  
in primis est attendenda. l. iij. C. de li. praete. l. in conditionibus  
primum locum. ff. de condi. & demon. c. quanto. cum concor-  
dantibus ibi in glo. memoratis. de priuilegiis. Mens enim testato-  
ris loquentis de illis de parentela est vt intelligatur de his qui  
sunt natiui & de sanguine. argu. d. l. si ita quis. §. fin. cum simi-  
libus. Et per haec etiam tollitur aliud obiectum de aequipol-  
lentibus: quia ex praedictis patet quod esse originarium de paren-  
tela & creatum de parentela non aequipollent. ¶ Trigesimo-  
quinto quaero. an quando ius pa. competit illis de parentela.  
siliis. habeant vocem in praesentando. Istam quaestionem ex-  
pediui supra super verbo competens alicui. in vij. q. dic vt ibi.  
an autem in casu proposito foemina vocem habeant. dixi su-  
pra super verbo competens alicui. in j. q. ¶ Trigesimo sexto  
quaero an ius pat. transfertur de vna persona in aliam per pra-  
scripcionem. & sic quaestio est an ius pat. prescribi possit.  
Ista quaestio est notabilis & subtilis & quotidiana: & eam at-  
tingunt doct. in pluribus locis. Archi. eam plene examinavit  
in c. hortatur. lxxj. distin. & ibi post multa concludit post lo.  
de monte murlo in quadam sua disputatione quod non possit  
prescribi. & mouetur potissime: quia ius pat. competit ex pri-  
uilegio siue ex mera gratia aliquibus personis. scilicet his qui  
fundarunt. construxerunt. & dotarunt. vt patet in diffinitione  
iuris patro. ergo non debet trahi ad alios. vt in ca. contra mo-  
rem. cap. distin. & in cap. petisti. vij. q. i. & in cap. huic etiam.  
xvi. q. i. & in ca. sane. de priuilegiis. vbi per optime hoc probatur  
secundum eum. si ergo aliquis possideat ius pat. vltra praedictos  
dicit Archi. non potest illud sine reuerentia possidere. & per  
consequens est malefidei possessor. ergo non prescribit. capi.  
vigilanti. & c. quoniam omnem. de prescrip. reg. possessor. de  
reg. iur. lib. vj. Eandem opi. tenuit Abbas in disputatione sua  
incipien. Augerio. in vj. col. & in cap. quarelam. de elect. in iij.  
colu. & mouetur per rationem inconuincibilem secundum  
82 eum. Certum est. dicit ipse quod laicus non potest possidere ius  
spirituale. & per consequens nec prescribere. capit. causam.  
de prescrip. cap. Messana. & c. sacrosancta. de elect. pari modo.  
idem est dicendum in iure annexo spiritualitati. sicut est ius  
praesentandi vel ius patr. quia de connexis idem est iudicium.  
c. quanto. de iudiciis. c. praeterea. de transact. c. traslato. de con-  
stiti. c. super his. de accu. c. de iure. infra eo. cum si. vbi ius pat.  
per omnia censetur tanquam ius spirituale ratione annexio-  
nis. Si ergo laicus non potest mere iure illud ius possidere:  
ergo nec prescribere. quia prescriptio non est sine possessione.  
reg. sine possessione. de reg. iur. lib. vj. & d. cap. causam. Nec  
obstat secundum eum si dicatur. quod ius patrona. est posse-  
dibile per laicum: vt in hoc titulo per totum: quia respondet  
quod ius fuit gratis laicis concessum non omnibus. sed  
patronis duntaxat fauore ecclesiarum: vt laici inducerentur  
per acquisitionem istius iuris ad construendum. fundandum  
& dotandum ecclesias. habitatio ergo vel priuilegium con-  
cessum talibus non debet extendi ad alias personas in quibus  
non concurrat causa. super qua fundatur illa habitatio. arg.  
xvi. q. i. cap. generaliter. & in ca. cum cessante. de appel. & c. sa-  
ne. de priuilegiis. cum aliis supra in prin. allegatis. Non obstat etiam  
secundum Abb. si in contrarium allegetur text. in d. capitul.  
quarelam. vbi praesupponitur quod populus de quo ibi ac-  
quisit ius praesentandi ex longa consuetudine: quia respon-  
det ipse. quod illud praesupponit text. in narratione facti. non  
autem in decisione: quinimo in ipsa decisione papa solum se  
fundat super quasi possessione populi. nam dicit ipse ex quo  
non apparebat ibi alius patronus. & populus proprius praes-  
entauerat rectorem: praesumptio iuris est. quod praesentauerit  
ratione iuris pat. quia ecclesia nascitur: sed oportet quod  
habuerit constructorem. & ideo secundum eum in dubio pre-  
sumendum est pro possessore. arg. eius quod legitur & not. in ca.  
j. de relig. domi. sed vbi populus fundaret se ex sola prescrip-  
tione. dicit Abb. quod tunc non videt quo iure debeat obtinere.  
& propterea dat cautelam vendicare volenti ius patr. vt non  
fundet se super prescripitione mera. sed super iure pat. asseren-  
do se esse patronum. & ad illud probandum vel praesumendum  
allegat praesentationes plurimas. & temporis cursum. & ad  
hoc dicit benefacere quod legitur & not. in l. cum de in rem  
verso. ff. de vsur. & per Ioan. And. in c. vnico. de iure pat. lib. vj.  
facit etiam glo. approbata in l. ij. in verbo repellere. in fi. C. de  
iure emphyt. & quod plene traditur in l. si certis annis. C. de  
pac. & quod traditur per Bal. in l. cum super. C. de rei vend. &  
per Barba. in consil. suo xj. in j. vol. in princ. vbi possunt quo-  
modo

modo probetur ius patro. in fi. ibi antiquissimum. dicit enim  
 Bal. ubi supra quod ius patr. antiquissimum probatur per in-  
 33 dicia & per famam. & quod antiquissima possessio habetur  
 per titu. & quod in factis antiquissimis sufficiat probatio per  
 famam, per plurimas auctoritates firmat domi. Fely. in capit.  
 veniens. e. j. de testibus. in v. colum. Eandem opinionem te-  
 nuit idem Abb. in capi. causam. de præscript. & in consilio suo  
 cvj. incip. en. casus. versic. ij. principaliter. in ij. volumi. ubi dicit  
 quod opinio Archidia. sibi videtur verissima. Istud idem in  
 effectu tenet do. Alexand. in consil. lxxv. incipien. visis. in fin. in  
 iij. vol. Istam eandem opinionem & distinctionem tenuit in  
 effectu do. Fely. Sandeus in d. cap. cap. causam. in iij. colum. ubi  
 etiam in hoc satis plenè loquitur & plures auctoritates refert  
 quæ videri possunt. & quod dixit dom. Fely. in d. cap. causam.  
 etiam sequitur in cap. nostra. in xxxvij. corollario de rescrip.  
 & in suo tractatu quando literæ apostolicæ noceant patro-  
 nis ecclesiarum versus finem. præsupponit tamen dom. Fely.  
 in locis præallegatis maximè in dicto tractatu, quod opinio  
 Ioan. And. quæ infra referetur, tenentis quod ius patronatus  
 acquiratur præscriptione vel consuetudine sit tenenda in iu-  
 dicando & consulendo. Præmissam etiam opinionem Archi.  
 in di. capit. hortamur. iuncta declaratione Abba. in prædictis  
 locis, tenet ibidem do. Præpositus diui Ambrosij nunc meriti-  
 tissimus Card. in vlti. consil. & mouetur eo fundamento quo  
 mouetur Abb. in d. cap. quærelam. In hanc etiam opinionem  
 Archi. inclinat eximius doctor Mediolanensis do. Philip. De-  
 citus in rubric. de iudiciis. in antepenul. colum. Contrariam  
 opinionem. sc. quod ius patr. præscribi possit tenuit Io. Andr.  
 post dominum suum Marsilium in d. capitu. quærelam. super  
 verbo populis & in ca. vnico. in fi. eod. tit. lib. vj. in nouella. &  
 plenius in reg. quod alicui gratiosè. de reg. iur. lib. vj. in mer-  
 curialibus. ubi in effectu concludit, quod si apparet ecclesiam  
 esse patronatam, contra patronum currere potest præscrip-  
 tio: secus contra ecclesiam liberam: quia in illa vel in eius præ-  
 iudicium non potest acquiri ius patr. per præscriptionem. &  
 sic videmus quod in hoc iij. membro. Ioan. Andr. concordat  
 cum Aretin. & sequentibus: licet indistinctè loquatur in aliis  
 duobus locis supra allegatis. & ad hoc probandum primò di-  
 cit, quia quæstio fuit de facto in curia tempore Nicolai Pa-  
 pæ quarti contra præsentationem à populo sanctæ Cecilie de  
 Florentia. cum dioecesanus præsentationem ipsam noluisse  
 admittere appellauit ad Papam. & fuit lata sententia pro ipso  
 quam Papa confirmauit inserto tenore sententiæ confirmati-  
 onis, & executores dando. subiiciens Io. Andr. quod tenor  
 litterarum Papæ erat vt infra. Nicolaus, & dilecto filio. O. præ-  
 sbytero & rectori ecclesie sanctæ Cecilie Florenti. salutem. ea  
 quæ in iudicio, &c. Sanè petitio tua nobis exhibita contine-  
 bat, quod cum tu ad ecclesiam sanctæ Cecilie Florenti. tunc  
 vacantem per mortem, &c. à parochianis ipsius ecclesie ad  
 quos de antiqua & approbata & hæcenus pacificè obserua-  
 ta consuetudine præsentatio ad eandem ecclesiam vacare cõ-  
 tingit: pertinet venerabili fratri nostro. O. episcopo Florent.  
 fuisse canonice præsentatus: idem episcopus te ad eandem  
 ecclesiam admittere contra iustitiam recusauit. propter quod  
 tu ad sedem apostolicam appellasti: narrat demum quomo-  
 do duo auditores successiue dati fuerunt ad causam. & quo-  
 modo secundus pro ipso tulit sententiam quam confirmat  
 ipsius inserto tenore: & fuit hoc apud urbem veterem potè-  
 ratificatus sui anno tertio. ad executores autem facta eadem nar-  
 ratione concludit, quod ipsi, vel alter sententiam præfatam  
 auctoritate apostolica. exequantur iuducantes, &c. & dicit  
 Ioan. Andr. quod prædictas literas penesse habebant insinua-  
 ras. & subita quod hoc sufficeret ad robur prædictæ opinio-  
 nis. per capit. in causis. de re iudi. ubi dicitur quod secundum  
 quod Papa iudicauit ita in similibus casibus: ab aliis iudican-  
 dum est. postea Ioannes Andr. dictam opinionem compro-  
 bat principaliter per d. capit. quærelam. & per alia. de quibus  
 per eum. & ample loquitur. respondendo etiam ad ea quæ pro  
 alia opinione adducebantur. prædictam etiam opinionem Io.  
 Andr. sequitur domi. Anro. & communiter ceteri in d. capit.  
 quærelam. idem tenent in effectu d. Card. Florent. in clemen. plu-  
 res. in v. q. eod. tit. ubi dicit quod si constat ecclesiam esse pa-  
 tronatam, potest præscribi ius patronatus: si constat non esse  
 patronatam, secus. Quando autem dubitatur, an ecclesia sit  
 patronata vel non, dicitur ubi quod præscribi potest ius patro.  
 per tempus. de cuius contrario non sit memoria. & subiicit ita  
 tenuisse in d. cap. quærelam. & iura ibi allegasse. Eandem opi-  
 nionem, scilicet, quod contra patronum currat præscriptio  
 contra ecclesiam patronatam: secus tenet Abba. Panormi. in  
 capit. sanè. de priuileg. referendo Ioan. Andr. in d. capit. quod

alicui. & not. in d. capitul. quærelam. idem tenet ipse Abba. in  
 consil. suo lxxvj. incipien. inuocato Christi auxilio. in versic.  
 circa primum. in ij. volumi. ubi dicit quod ista opinio Ioan.  
 Andr. tanquam communis seruaretur in iudicando: quo ver-  
 bo etiam videtur ipse in d. cap. quærelam. licet ibi aliter conclu-  
 dat, vt supra dixi. & eodem verbo videtur domi. Fely. Sandeus  
 in tractatu suo, quando literæ apostolicæ noceant patronis  
 ecclesiarum in vlt. colum. ubi dicit, quod in consulendo, &  
 in iudicando non esset recedendum ab opinione Ioan. And.  
 Præmissam etiam opinionem, scilicet, quod vnus patronus  
 contra alium præscribere possit, tenet Ludo. Ro. in consil. suo  
 cccxlviij. incipien. præfens consultatio: in eandem etiam opi-  
 nionem inclinare videtur d. Alexand. in consil. suo lxxiiij. in-  
 cipien. viso puncto in iij. volu. Concludit enim in effectu  
 q. ubi ius patr. possideri possit, quod etiam præscribi poterit. sed  
 illud consilium reputatur do. Andr. Barb. Pro hac etiam opi-  
 s. quod contra ecclesiam non currat præscriptio, sentit Spec.  
 in hoc tit. versus fin. ubi dicit, quod in Italia parochiani usur-  
 pant ius præsentandi. In hanc etiam opinio inclinare videtur  
 d. Franc. de Aret. in rubr. de iud. dum tractat post alios an ius  
 patr. sit temporale vel spirituale. Hanc etiam opinionem tenet  
 Bal. in l. ij. in ij. col. in versic. quero ergo. in fin. C. de ferui. &  
 aqua. & Gemi. post Gos. in quæstionibus suis in capitul. vnico  
 in fi. de iure pa. lib. vj. Aduertendum tamen est quod tenen-  
 tes opinionem istam. s. quod ius pa. præscribi possit, intelligit  
 vt possit præscribi per tantum tempus cuius iustitiam memoria  
 non sit in contrarium. ita dicit Abb. in consil. supra allega. cvj.  
 in ij. colum. talis enim præscriptio cum sit contra ius requirit  
 aut titulum: aut prædictum tempus. per cap. si diligenti. de præ-  
 scrip. & c.arius probatur in ca. j. de rescrip. lib. vj. hoc eodem  
 verbo videtur dom. Alex. in consil. suo lxxvij. infra statim alle-  
 gando. & do. Fely. in dicto suo tractatu in vlti. colum. & in d.  
 34 cap. causam. in iij. col. Quomodo tamen probetur memo-  
 riam hominum non exire, vide Io. Andr. in e. in fin. de præsc.  
 lib. vj. in nouella. & do. Alex. in consil. suo lxxv. incipien. visis.  
 in iij. vol. in ij. col. & do. Fely. in c. veniens. j. in v. col. de testib.  
 ego diu super hoc articulo. anceps fuit: tamen cum ius rectè  
 pensatis mihi verissima videretur opin. Io. Andr. supra recitata. s.  
 q. ubi constat ecclesiam esse patronatam, possit in præiudicium  
 patroni currere præscriptio: secus ubi ecclesia sit libera, vel dubi-  
 tetur: quia non poterit in præiudicium ecclesie ius patro. per  
 præscriptionem acquiri. huic distinctioni videtur oblatè tex.  
 in c. in generali. ver. qui autem. de elect. libro vj. ubi fundatio  
 ne vel ex antiqua consuetudine iura sibi huiusmodi vèdicat  
 conuincta gl. in verbo antiqua. ibi enim æquiparatur consue-  
 tudo fundationi, & præsupponit generaliter posse acquiri ius  
 patr. per consuetudinem præscriptam vt subiicit gl. ibi. Sed po-  
 test dici q. nihil obstat quominus ille text. possit intelligi se-  
 cundum distinctionem prædictam per fundamenta Io. Andr.  
 vel potest intelligi vt statim subiicio. placet tamen mihi in  
 duobus vltimis casibus, de quibus supra, scilicet, quando ec-  
 clesia est libera, vel quando dubitatur, doctrina Abbatis in d.  
 c. quærelam. & in dicta sua disputatione: & aliorum doctorū  
 supra relatorum. sc. quod volens dicere se esse patronum, &  
 nō volens probare, dato quod non possit dicere se præscrip-  
 sisse q. tamen allegando titulum iuris pa. illum probare possit  
 adducendo præsentationes plurimas & temporis cursum iux-  
 ta text. in d. ca. quærelam. inducendo. vt tibi per Abba. & hoc  
 infra declarabo. & si dicatur q. contra primum membrum in  
 quo tota difficultas consistit, obstant ea quæ dixit Archid. in  
 d. cap. hortamur. & Abb. in d. cap. quærelam. & in d. sua dispu-  
 tatione, si ius patr. non potest possideri, nisi ab his quibus ius id  
 concessit de gratia. s. fundatoribus constructoribus, &c. ergo  
 non poterit præscribi ab eo qui prædicta non fecit etiam in  
 præiudicium patroni. Ad hoc respondet Io. Andr. in d. c. quod  
 alicui. Sed alio modo potest responderi & dici q. præsuppo-  
 situm est falsum. Fateor enim q. ius patr. non potest in esse de-  
 duci nisi ex fundatione, constructione, & donatione, vt constat  
 ex diffinitione iuris patr. de qua per omnes super hac rubrica:  
 vel etiã ex priuilegio Papæ iuxta ea. quæ dixi supra super ver-  
 bo de dioecesani consensu. vt in vlti. quæstione. Tamen post-  
 quam est in esse deducit, potest transferri in alium titulu lu-  
 cratio, vel per viã successionis. vt probatur in vltimis verbis  
 dictæ diffinitionis. & notatur in c. j. in c. quod autem. in c. ex li-  
 teris. in c. cū seculum. & plenius in c. illud. j. cod. ergo poterit  
 possideri ab alio quam à constructore, fundatore, vel donato-  
 re. Et per consequens præscribi poterit in præiudicium patro-  
 ni. Intelligo tamen & restringo hanc decisionem procedere q. n̄  
 præscribens haberet titulu legitimum pura donationem, vel  
 legatum à non patrono interueniente consensu dioecesani  
 si dona-



# Tract. de iure Patro.

si donatio vel legatum fieret laico iuxta notata in predictis locis alias enim possidere non posset legitimè. & per consequens nec prescribere etiam si possideret per tantum tempus cuius initij memoria non existat in contrariis: quia sine episcopi consensu quis non potest possidere ius pat. tituli singulari. d. c. illud. cum ibi notatis. ubi enim non datur capacitas in exercente actu tunc quantumcunque tempore quis exerceat, non prescribit ut pulchre decidit Abb. in c. quanto per illum tex. de consue. & lo. And. in c. ij. de preben. lib. vi. & multa adducit ad hoc do. An. Barb. in supra allegato consil. lxxiii. inserto in iij. vol. consiliorum do. Alex. hinc etiam concludit do. Alex. in sua disputatione incipiente Sigismundus. in primo dubio in fin. quod si priuatus non potest prescribere merum imperium: quia illud non licet ei possidere de iure communi sine speciali privilegio & concessione principis. c. contra morem. c. dist. ca. illud. xcij. dist. sic dicamus in proposito nostro. ius enim patronatus non potest transferri de vno in alium sine consensu episcopi. si ergo aliter quis illud acceptet est in capax merito nullo tempore prescribere potest. Et isto modo limitatur & intelligitur c. j. de prescri. lib. vi. in fine. secundum Ab. in d. ca. quarto. & alios doct. in locis preallegatis. & istud fundamentum etiam comprobatur alia duo membra: de quibus supra scilicet quando ecclesia est libera vel quando dubitatur quod contra eam non curat prescriptio. Comprobatur etiam premissa: quia ille qui sine episcopi consensu & sine aliquo titulo ius pat. exerceat contra iura mereatur ut ex predictis constat. ergo est malefidei possessor. c. qui contra iura. de reg. iur. lib. vi. i. g. tur non prescribit regula possessor. de reg. iur. libro vj. c. fi. de prescrib. ubi dicit Ioan. And. & sequuntur communiter ceteri quod etiam per tempus cuius initij memoria in contrarium non existat, talis malefidei possessor non prescribit. Cōsidera tamē super premissa limitatione & declaratione: quia videtur posse dici, quod cursus tanti temporis, & etiam minoris temporis faciat presumi consensum episcopi ut in simili dicit Archid. in cap. nemo. de conse. distinctio. j. & plene traditur per doct. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. nisi dicas quod predicta limitatio procederet, quando ostenderetur instrumentum titulum in quo appareret non interuenisse dictum consensum: nec etiam constaret episcopum ex post facto consensisse. in quantum autem dixi quod requiritur titulus, vide quod dicitur in infra in sequenti proximo puncto in fine. ¶ Difficultas modo restat in inuestigando quantum tempus requiratur ad prescriptionem causandam in primo membro. secundo quantum tempus requiratur ad probandum vel presumendum titulum in aliis duobus membris. Circa primum videtur dicendum, quod requiratur tantum tempus cuius initij memoria in contrariis non existat propter auctoritates s. alleg. in vers. aduertendum. vel secundum quod dicit Bal. in d. l. ij. in ij. col. C. de serui. & aqua. & do. Alex. in cons. suo lxxv. in vltimis verbis. in iij. vol. sufficit xl. anni. dicit enim Bal. ubi supra. quod omnia iura spiritualia, vel annexa spiritibus prescribuntur spatio xl. annorum: non attenditur causa continua vel discontinua. alleg. c. de quarta. de prescri. & nos. per Inn. in cap. consultationibus. j. eo. & hoc idem dicit Ludo. Ro. in d. cons. suo ecclyxv. incip. presens consultatio. mihi autem videtur quod neutra istarum opinionum sit vera in casu proposito. Prima enim opinio dicentium quod requiratur tantum tempus cuius initij memoria non sit in contrariis, non placet quia hoc casu non loquimur de prescriptione contra ius, prout loquitur prefatus doct. presupposui enim quod ille possit prescribere, qui habet titulum interueniente episcopi consensu & quod prescribat in preiudicium priuati. Talis enim non possidet contra ius cum habeat consensum episcopi, iuxta c. illud. cum similibus. j. eo. Non etiam placet secunda opinio, volentium quod requiratur tempus xl. annorum quia d. c. de quarta. super quo se fundat, loquitur de prescriptione, quae currit in preiudicium patroni, & sic priuati. vnde nihil ad rumbum. vnde ego crederem quod in casu premissa sufficit tempus x. annorum inter presentes, & xx. inter absentes. Istam conclusionem elicio ex verbis Inno. Ioan. An. do. Abbas Panor. & do. Fel. in c. de quarta. §. de prescrip. ubi dicit, quod si ius quod prescribitur causam habet continuam & perpetuam, ut seruitus aquae ductus, vel habet causam quasi continuam, tale ius prescribitur decem annis inter presentes, & viginti inter absentes ad similitudinem rerum immobilium. l. ij. C. de serui. & aqua. l. fin. C. de prescrip. long. temp. Et incipit tale tempus currere secundum prefatos doct. quando quis coepit illo iure uti, non vi non clā nec precario sciente & non contradicente illo cui fiebat preiudicium. Idem est de mente Inno. in capit. cum dicitur. circa finem de consuetudi. ubi dicit quod quoniam illud ius

quod prescribitur, habet causam continuam vel quasi continuam, iuxta l. foramen. de serui. vrb. prad. in ecclesia requiritur tempus xl. annorum: in aliis sufficit tempus x. vel xx. annorum, per l. si quis diuturno. ff. si ser. vend. & per l. ij. in fin. ff. de aqua plu. arcen. Et ista conclusio etiam fuit glossa magistra loquendo de seruitutibus, vel iuribus, quae prescribitur priuatis contra priuatum in l. seruitus praediorum ff. de serui. & glossa Bar. & aliorum in l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arcend. & sequitur do. Florianus in d. l. seruitutes. apostillando gl. ibi dum allegat d. l. foramen. ibi enim refert doctrinam Inn. in d. c. de quarta. & in c. cum dilectus. Et expressè dicit cum Inn. quod si eligendi habet causam quasi continuam, quod etiam dicunt doct. maxime Ab. in c. cum ecclesia sutrina in gl. ante. in prin. de causa pos. & proptie. & subnectit Florianus. ubi §. quod etiam ius presentandi vel ius patronat. habet causam quasi continuam. subiiciens quod hoc utile est propter effectum prescriptionis & quod sufficiant x. vel xx. anni ad prescribendum ius patro. contra laicum, sentiunt expressè Ioan. And. & Gem. in cap. vnico. in fin. de iure patro. libro vj. post Gos. in quaestio nibus suis. q. xviii. Et aduerte quia etiam si diceretis quod ius presentandi habeat causam discontinuam, prout dicunt aliqui de iure eligendi in l. ij. C. de serui. & aqua. quo casu videtur requiri maius tempus ut supra, tamen adhuc credo procedere id quod dixi in prescriptione iuris patro. contra laicum: quia differentia inter causam continuam & discontinuam non fit nisi in seruitutibus realibus: non autem in his iuribus quae debentur a re personae: prout ius eligendi. & eadem ratione ius presentandi ut dicit Panor. in d. c. cum ecclesia sutrina. super glo. in verbo propter breuitatem. in princip. & Bar. & doc. in pluribus locis relatis per do. Fely. Sandeum in c. de quarta. column. xij. de prescrip. Sed huic conclusioni obstat, quia ius eligendi non prescribitur tam paruo tempore. ut non plene in d. c. cum ecclesia sutrina. de causa pos. & proptie. aliqui enim dicunt requiri tempus xl. annorum. Alij dicunt quod requiritur tantum tempus cuius initij memoria non existat in contrariis & licet Inn. in d. c. de quarta. variis verbis §. relatis: tamen prius posuit ibi pro constanti quod ius eligendi non prescribatur minori tempore xl. annorum. ad quod facit bonus tex. iuncta glo. in c. cum de beneficio de preben. lib. vj. ubi ecclesia quae conuenerit teneri per religiosos, potest prescribi, ut ibi instituantur clerici seculares si per xl. annos clerici seculares ibidem ministrauerunt. ergo videtur ex idēitate rationis idem dicendum in iure pat. Tenendo tamen quod supra dixi respondere, quod in dicto casu sit preiudicium ecclesiae si ius eligendi acquiratur per alios, qui non sunt de illa ecclesia, vel ad quos de iure communi non spectat nimirum si non sufficit tempus x. vel xx. annorum & eodem modo si preiudicium ecclesiae in casu dicti capit. cum de beneficio. quia per prescriptionem de qua ibi immutatur status ecclesiae. nimirum ergo si ibi requiritur tempus xl. annorum. sed in proposito nostro nulla sit preiudicium ecclesiae: posito quod imiteretur patronus. quod probatur quia potest patronus alteri donare, vel legare ius patro. cum consensu episcopi: quando donatio vel legatum fit laico iuxta notata in d. c. illud. j. c. quod fieri non possit si preiudicaretur ecclesiae ut in toto titulo de rebus eccles. non alien. Obstat etiam videtur premissae conclusioni quia dixi quod licet in preiudicium patroni currere possit prescriptio, quod tamē requiritur titulus. videtur enim hoc falsum, quia ubi incorporalia prescribuntur, regulariter non requiritur titulus. l. si quis diuturno. ff. si serui. vend. notatur in l. ij. C. de ser. & aqua. & in d. c. de quarta. & in d. c. cum ecclesia Sutrina. sed respondeo omittendo ea quae plenissime citata hoc dicuntur in dictis locis quod ideo presupposui quod prescriptio non possit currere in casu nostro sine titulo: quia ut supra declaravi ius patronatus non potest possideri nisi ab eo qui fundauit, construxit, vel dotauit, vel ab heredibus eius, vel habeat ex privilegio papae vel habeat titulum iuratum cum consensu episcopi, quando est laicus: ut supra dixi. alias quis est incapax: & propterea non potest illud possidere: & per consequens nec prescribere, vel alio modo acquirere iuxta theoriam Ioan. Andr. in capi. ij. de preben. libro vj. & Abbas in 87 capi. quanto. de consuetudine. ¶ Circa alium punctum videlicet quantum tempus requiratur ad probandum vel presumendum titulum in casu, quando quis non fundat se super prescriptione, sed fundat se super titulo iuris patronatus, afferendo se vel suos antecessores fundasse ecclesiam vel alio modo ius patronatus acquisisse domi. Abb. in locis ubi tradit hanc doctrinam videlicet in dicto ca. querelam. & in dicta sua disputatione incipiente Augerio. non aperit quantum tempus requiratur: sed solum dicit quod debent allegari prescrip-  
tiones

rationes plurimæ & temporis cursus. & eisdem verbis vtitur do. Præpo. in d. c. hortatur. versus finem. sentiunt tamen præfari docto. quod requiratur longissima possessio. & sic videtur requirere longissimum tempus. & hoc etiam clarè dicit Bald. in l. cum super. C. de rei vendi. vbi formaliter dicit quod ad probandum ius par. antiquissimum valet antiquissima possessio, quæ habetur pro titulo. in hoc puncto do. Fel. Sandeus in d. cap. causam. in iij. col. dicit quod requiratur tempus cuius initij memoria non existit. In contrarium tamen hoc nõ probat. & idem sentit ipse in suo tractatu. quando literæ apostolicæ noceat patronis ecclesiarum in fine. vbi etiam dicit quod non solum debet allegari cursus temporis. sed etiam titulus. quod etiam est de mente Abb. & do. Præpo. in locis s. allegatis. & do. Ale. in consil. suo lxxv. supra allegato. in iij. col. in iij. volu. aliqui videntur velle quod sufficiat tempus longum. & sic x. annorum. ita sentit do. Alex. in præallegato consil. qui ad hoc multa allegat & maximè id quod habetur in l. seruitutes prædiorum. in prin. iuncta gl. in verbo certam. in fin. ff. de ser. & ad hoc possent multa similia accumulari quæ accumulanti doc. moderni. & maximè do. Iason Maynus præceptor meus in l. si certis annis. C. de pact. & do. Fel. saltem remissivè in c. de quarta. in pe. col. ver. fallit secundò. de præcri. & do. Alex. in consil. lxxix. j. statim allegando. aliqua alia iura videntur probere quod requirantur xxx. anni vt c. peruenit. de emp. & vendi. ibi enim probatur iuncta gl. quod ad præsumendum solennitatè vel consensum intervenisse. quando tractatur de præiudicio tertij. requiritur tempus annorum xxx. & illum text. dicit singularem do. Alex. in l. sciendum. in v. col. ff. de ver. obl. & moderni in d. l. si certis annis. & habetur per do. Iaso. in vers. v. limita. & per eundem in consil. xxix. incipiente circa primum in iij. col. in j. vol. mihi placet opin. primo loco relata. scilicet quod requiratur tantum tempus cuius initij memoria non sit in contrarium. & ratio est: quia talis allegatio iuris patro. habet ius commune contra se quia quælibet ecclesia præsumitur libera vt inquit Abbas in d. c. querelam. in quarto notabili per illam text. & ad hoc plura alia allegavi supra super verbo construxit. in vltima q. Et hæc conclusio bene probatur in d. c. querelam. in verbo antiqua consuetudine à contrario sensu. illud enim dicitur de antiquo cuius non extat memoria. vt notatur per Inno. in c. veniens. & in c. q. per nouale. de ver. signi. & doct. in c. veniens. el. j. de testibus. & per do. Alex. in terminis nostris in dicto consilio suo lxxv. in iij. volu. vbi auctoritates plurimas ad hoc allegat quæ videri possunt. Et idem do. Alex. in l. cum aliquis. C. de iu. delib. in pe. col. vbi expressè dicit quod tempus longæ vitæ hominis. & sic tempus centum annorum dicitur esse de antiqua. & quia communiter tenetur. Aduertendum tamen est circa prædicta. quod quandoque laici præsentant rectores non ex vi iuris pa. sed per viam simplicis petitionis vel supplicationis. vt habetur per Arch. & do. Præpositum in d. ca. hortatur. lxxj. di. & dixi s. super verbo competens alicui. in xxv. q. in fin. rament hoc casum non cogetur episcopus præsentatum instituere: quia ius patro. non competit præsentantibus. c. decernimus. à contrario sensu. xvj. q. vij. & faciunt quæ dixi supra super verbo honorificè. in j. q. Suboritur nunc quæstio accessoria præcedenti quæstioni. an qui præscribit vniuersitatem: puta hæreditatem vel villam præscribat ius patro. Istum punctum plenè attingit do. Fel. Sandeus in d. c. causam. in iij. col. & post multa dicit communiorem esse opinionem quod sine quis præscribat vniuersitatem ex titulo. in quo requiratur traditio specialis cuiuslibet rei: vt in donatione. & venditione. iuxta l. qui tibi. C. de hære. & actio. vend. siue præ-

scribat ex titulo. in quo non requiratur talis specialis traditio: vt in adi. hæreditatis: iuxta l. cum hære. in prin. ff. de acquire. pos. & allegat hoc tenere Io. and. in c. ex literis. de iure patro. in ij. col. & do. Car. Flo. in xj. q. & etiam do. Ant. de Bur. ibidem. & do. Car. in cle. ibi vj. q. de iure pa. Eandem opinionem tenet do. Ab. in multis locis. vbi semper loquitur de venditione. vel donatione vniuersitatis. & dicit quod cum illa tã sit ius pa. & sic factis præsupponit. quod si præscriberetur vniuersitas. etiã præscriberetur ius pa. ita Ab. in d. c. ex literis. in c. illud. & in c. cã seculi. j. e. & iudicio meo hoc bñ probatur in tex. in d. c. cã seculum ibi feudorum emptorij. & c. Illa enim verba satis possunt comprehendere casum quod quis præscriperet vniuersitatè ex titulo emptionis: in quo fit. requiritur specialis traditio rerum contentarum in vniuersitate. vt supra dictum est. & tamen ibi præsupponitur quod acquisita vniuersitate sit acquisitum ius patro. Eandem conclusionem em sentit Hosti. in summa huius tituli s. qualiter. in fi. Idem sentit Bart. in l. in modis. quam legit. cã l. hæc legem. ff. de contrah. emp. & in l. Aufidius. ff. de priu. cred. vbi præsupponit. quod vendita vniuersitate transeat ius patro. Idè concludit do. Fel. in c. cum Bertol. in fi. de re iudi. & hoc etiam tenet s. in j. q. huius verbi & plenius in q. xxij. Nec obstat quod requiratur specialis traditio rerum in titulo venditionis. vt supra dictum est: sed specialis traditio iuris patro. fieri nõ potest sine consensu episcopi. iuxta notata in d. c. illud. per illum text. j. eo. ergo ius patro. non transibit cum vniuersitate vendita: quia ad istud fundamentum respondet clarè. do. Car. Flo. in d. cle. ij. in vj. q. & do. Fel. in. refert & sequitur in d. c. causam. in v. col. in prin. vide per te. ¶ Suboritur etiã alia dubitatio ad prædicta. videlicet an vna ecclesia possit præscribere aliam. vno verbo concludere quod sic. tex. est in c. cura. s. e. & ibi notant Io. And. Abbas. & ceteri. intelligunt tamen doct. ibi vt possit præscribi iure proprietatis. scilicet vt ecclesia præscribens habeat ecclesiam præscriptam ad proprios vsus. vel tanquam subiectam vel vnitam. Non autem potest præscribi respectu tituli. scilicet vt habeat ecclesiam tanquam prælatum seu rector: quia beneficia id est tituli beneficiorum ecclesiasticorum nõ habentur sine institutione canonica. c. j. de regu. iu. lib. vj. c. ex frequentibus. s. de institutio. Quod tamen intelligitur. vt per gl. singularem. & ibi notata in c. contingit. de dol. & contu. an autem qui præscripsit ius præsentandi in aliquibus ecclesijs tanquam senior de domo censetur etiã præscripsisse ius præsentandi in alijs ecclesijs quæ sint de iure patro. ipsius domus. & an qui præscripsit ius præsentandi in aliqua ecclesia censeatur etiã præscripsisse alia sub iure patronatus inclusa. & per consequens integrum ius patro. vide quæ dixi supra in verbo competens alicui. in q. xv. & Lud. Ro. plenè in consil. suo cclxvij. incip. præfens consultatio. & per hæc sum expeditus de hac subtili materia præscriptionis iuris pa. & per consequens de commento huius verbi. ¶ Cæpio nunc vltimum verbum solus vel alio concurrente. Istud verbum importat vel litera sonat quod patronus efficitur. nedum qui solus fundat. construit. & dotat: sed etiam si aliquod prædictorum faciat: dummodo alius vel alij concurrant. & suppleant quod restat: quo casu omnes æqualiter sunt patroni. vt declaravi supra super verbo dotauit. in xi. & xij. q. & quia hæc materia declarata fuit supra in principio huius operis in j. q. vbi etiam bene cadebat. & etiam aliquid dixi supra super verbo fundauit. in j. q. & super verbo construxit. in iij. q. & super verbo dotauit. in j. q. Aliter non repeo. Finem igitur huic repetitioni. in qua me multum alaborasse profiteor facio ad laudem omnipotens dei facta. tiffimæ virginis Mariæ ac totius cutiz cœlestis.

# PERV TILIS TRACTA- TVS DE IVRE PATRONA-

TVS CVM SVMMARIIS DISTINCTIONVM:

AC CAVSARVM, QVAESTIONVM DECRE-

ti: per I. V. doct. d. Paulum de Citadinis de Collegio domino-

rum iuris peritorum Mediolani: editus dum or-


dinariam iuris civilis Friburgi lege-

ret: cumque nouis sum-

marijs nuper ad-

iectis.

1 ¶ Tractare, verbum, quos modis in iure capi posse.



## Ractatum istum de iu-

re patronatus, cū quaestionibus, omni-  
busque eiusdem accessorij, & depēden-  
tibus, ad laudem omnipotentis & glo-  
riosae eius matris virginis Mariae: totius-  
que curiae coelestis triumphantis aggre-  
dior. Quem pro clariori aditu & intelli-  
gentia: diuido in quatuordecim partes. In prima videndum  
erit quot sint iurium genera: deueniendo ad ius istud, in se-  
cūda quot sint patronorum genera, & per consequens quot  
sint patronatus iura. In tertia ex quib. illa procedant. In qua-  
ta qua de causa sint iura patronatus adiuuenta. In quinta in  
quo differat quilibet patronus ab alio diuersi iuris patrono.  
In sexta quid cuiuslibet patrono ius patronatus conferat. In se-  
ptima quibus competat ius patronatus. In octaua quando  
competat. In nona quomodo ius patronatus transferatur. In  
decima quomodo pluribus vel singulis competat. In vndeci-  
ma quomodo ius patronatus exerceatur per patronum. In  
duodecima quid si exercitio sint patroni differentes. In trede-  
cima qua sit differentia inter patronos eiusdem generis secula-  
res & ecclesiasticos. Vltima quomodo perdat ius patro-  
na. vel extingatur. Antequam ad quaestiones paruum deuen-  
iam: quia ad cognitionem specierum praemittenda est ali-  
qua generis cognitio: & quia de iure patrona. tractare inten-

do. ¶ Proderit primo scire quod verbum, tractare, varijs in  
iure accipitur modis. Primo enim ponitur tractari pro dici: vt  
tractari potest de hac re: id est dici. l. prima. in fin. ff. de calum-  
nia. Secundo tractare est in medium proponere: & quaerere:  
postea ad partes arguere: deum determinare. Ita vititur iu-  
riscon. in l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter virum &  
uxorem. Vnde & dicitur tractatus, quia isto modo procedere  
debet tractantes: quod quantum potero observare enitar.  
Sic & aliquando ponitur tractatus pro quaestione. In natura-  
lis §. sed si actio. ff. de praescript. verbis. Ita dialectici tractatum  
dicunt, quod iurista quaestionem appellant. l. qui quadragin-  
ta. in princip. ff. ad legem Falcid. Et quia sit tractatus ex propo-  
sitione & argumentatione hinc inde & conclusionem: ideo pon-  
itur tractatus pro toto illo colloquio. l. & si amicis quis. ff.  
a. l. legem Iuliam. de adulter. Vbi domus in qua conueniant  
homines ad tractandum de adulterio domino sciente, facit  
dominum teneri de adulterio, ex sola scientia & patientia: quia  
sine tali colloquio adulterium non facile committi potest: &  
ita punitur quis ex tali tractatu, sicut ex perpetrato adulterio.  
Cardin. clem. ij. viij. nota. de re iudic. Tertio tractari ponit-  
ur pro reputari & teneri: sicut videmus statuta sonantia quod  
scholares vel aliae personae tractentur vt cines, id est habeantur  
& reputentur pro cibus in omnibus & per omnia vt ple-  
ne habetur in l. prima. per Bart. & Moder. ff. de leg. j. Hic etiam  
dicitur tractatorij qui tractant & retrahant manibus equos,  
& alia animalia vsu sacro destinata. Et tractatoria litera, id  
est licentia vehendi equos & alia animalia: de quibus  
in glo. rubrica. C. de tractatorijs & statutis. lib. xij. Sed ista duo  
nil ad rumbum.

¶ Prima pars. Quae sint iurium genera.

1 Iuris quot sint genera: & quid sit genus apud iuristas: & quid apud dia-  
lecticos.

2 Ius naturale sex modis dicitur.

3 Ius gentium quod sit & quibus conueniat.

4 Ius civile in genere quid sit & quos modis capiat.

5 Ius canonicum quod sit: unde dicatur & in quot species secetur.

6 Ius diuinum quod sit. & in quibus consistat.

7 Ius anularum aureorum quod dicatur & quibus olim concedebatur.

8 Ius militare. quod & in quibus consistat.

9 Ius publicum quid sit: in quibus consistat & quod modis capiat.

10 Renunciare iuri publico nemo potest.

11 Ius priuatum quod sit. & in quibus consistat.

12 Ius esse alicui quid sit.

13 Ius per apocopen dicitur quasi insum.

14 Ius hereditatis ad eundem quid.

15 Ius excludendi a successione quid: & quid ius gabellas exigendi. nume-  
ro 16.

17 Ius petendi quod sit.

18 Ius alienandi quid habeat.

19 Ius coquendi quid: & quid ius torculari dicatur.

20 Ius Trebellianicae & ius Falcidia quod dicatur.

21 Ius accrescendi. quod sit: & quod ius deliberandi. nume. 22. & quid sit ius  
succedendi. nu. 23.

24 Ius petendi supplementum quid sit & quibus competat.

25 Ius accusandi cui competat: & cui ius prohibendi. nu. 26.

27 Ius dicendi testamentum nullum: & ius excipiendi quibus competant. &  
numero 28.

29 Ius redimendi quibus competere conseratur.

30 Ius praesentandi patronis competit.

31 Ius arbitrari quid sit & cui conueniat.

32 Ius declarandi quod superiori competit. ad successores non transmittitur.

33 Ius implendi conditionem quid & an ad haeredes transmittatur.

34 Ius occupandi auctoritate propria quibus competit.

35 Ius collectandi a quibus imponatur.

36 Collecta quid sit.

37 Forensis persona in quibus casibus subdita dicatur.

38 Iura quae dicantur seruicibus rusticis: & quae vrbana.

39 Ius piscandi, aucupandi, & venandi quid: & an liceat in flumine, privato  
piscari.

40 Ius retinendi rem pro expensis quando quis habere dicatur.

41 Ius patronatus quod priuatum ius dicitur quibus competere conseratur.

42 Ius patronatus ecclesiae quid sit.

43 Ius patronatus spirituale quid. non conseratur, licet spirituali annexetur.

44 Ius patronatus pluribus dicitur modis.

45 Ius pro licentia seu libertate quaedam aliquando capitur.

46 Ius aliquando accipitur pro merito.

47 Ius pro liquor eorum quae coquantur capi potest.

¶ Circa igitur primam partem ¶ quot sint iurium  
genera: accipiendo genus prout iurista ca-  
piunt, non prout dialectici intelligunt: inter quos  
magna est differentia: vt notat gloss. j. in l. prima. §.  
huius studij. ff. de iustitia & iur. melius in l. legato generaliter.  
ff. de legatis primo. quod dialectici dicunt speciem: genus iu-  
ristae appellant: & tribus modis genus dicitur iurista. de quib.  
in dicta l. legato. & infra, latius dicam. in princip. secunda  
quaestione. Dicam ergo hic varijs modis ius dici, siue generi-  
bus, non a rerum varietate: ne sim gloss. contrarius isti, de iu-  
stitia & iure. in verbo duae sunt positiones. sed a diuerso no-  
mine iuris & effectu. ¶ Primo igitur ab antiquiori inchoan-  
do est ius naturale, quod dicitur esse commune omni animan-  
tibus: quod certo naturae instinctu habetur, non aliqua consti-  
tutione hominis. Sed ab ipso naturae conditore: vt maris &  
foeminae coniugatio: cum similibus notatis. instit. de iure natu-  
rali gentium & ciui. cap. ius naturale. j. distinctio. & istud est  
ius immutabile per homines. Sicut & libertas in homine pro-  
prie mutari non potest. Licet per ius civile dicatur offuscari:  
& sic de similibus: de quibus in §. fina. infti. de iure nat. l. adeo.  
§. cum qs. ff. de acqui. re. do. & hoc est ius naturale primum.  
¶ Secun-

¶ Secundo dicitur ius naturale commune ius, hominum industria statutum postquam ceperunt esse: quod ius naturale secundarium dicitur, & aliàs dicitur ius gentium, de quo in §. singulari. in §. de re. diui. ¶ Tertio ius naturale dicitur quod pacta tueri. l. j. ff. de pac. ¶ Quarto quod pacta rescindit. l. j. cū seq. ff. de mino. ¶ Quinto dicitur ius naturale præcepta in lege Mosai. comprehensa. gloss. in dicto capi. ius naturale. in §. de obli. quæ ex delict. & de istis omnibus modis. gloss. j. in §. de iure naturali gen. & ciui. ¶ Sexto ius naturale dicitur quod in l. & euangelio continetur, quo quis iubetur alteri facere quod sibi vult fieri: & prohibetur alteri inferre quod sibi non vult fieri. c. j. prima distinctio. pondet. 30. distinctio. auth. vt cum de appell. cog. §. ceteri. vnde versus. Quod tibi vis fieri mihi fac: quod tibi non vis noli. Sic potes in terris viuere iure poli. Istis modis sumptū ius naturale distat ab alijs iuribus in quatuor, origine scilicet dignitate, amplitudine, & sententiæ rigore, vt pulchrè dilucidatur hæc per gloss. primam. v. distinctio. Origine, quia ab exordio naturæ, alia ab hominum inuentione iura inuenta sunt. capitulo finali. v. distinctio. Dignitate, quia non patitur mutationem. d. §. fina. Amplitudine, quia omnia sunt iure isto communia ex charitate, non sic secundum alia. Rigore etiam sententiæ alia excedit, quia contra iura naturalia in nullo dispensatur, sed aduersus alia sæpe per statuta & priuilegia. ¶ Secundo est ius gentium quod à naturali distat vt quia solis hominibus hoc conuenit, aliud animantibus omnibus. vt supra, vt erga Deum religio: vt parentibus & patriæ pareamus, vt vim & iniuriam pro pulsemus, datio libertatis, vt ista habentur in l. j. ius autem gentium. cum quatuor legibus sequentibus. ff. de iust. & iur. adificia collata. discretæ gentes, & commercia inducta. c. ius gen. j. distinctio. ¶ Tertio est ius ciuile quod multis capitur modis, nam quod quæque ciuitas ius sibi statuerit ius ciuile appellatur. Vt statuta cuiuslibet ciuitatis ipsius ciuitatis appellatur. §. nam quæ. in §. de iure na. gen. & ciui. c. ius ciuile. j. di. Et quoties non additur nomen cuius ciuitatis sit, tunc intelligitur ius clausum in toto iuris ciuilibus corpore. §. sed quoties. in §. de iure nat. gen. & ciui. ¶ Secundo particulariter diuidendo istud ius ciuile dicitur lex xij. tab. ¶ Tertio quod ex legibus plebiscitis, senatusconsultis, constituto. principum, vel autoritate prudentum decretum inuenitur. l. ius ciuile. ij. ff. de iust. & iur. ¶ Quarto dicitur ius ciuile prætorum edita, disputatio prudentum habita super l. xij. tab. quæ disputatio scripta non proprium nomen sortita est, vt alia partes: sed nomine communi iuris ciuilibus gaudet. l. j. his legibus. ff. de orig. iuris. ¶ Quinto Aedilium Curulium edita, prudentū quoque responsa qui respondent de iure habuerunt à Cæsare auctoritatem ius ciuile dicuntur, de quibus in §. de iure nat. gen. & ciui. ¶ Sexto ius ciuile dicitur, quicquid iuri naturali subtrahitur vt in vfucapione, vel iuri gentium, vt in potestate dominorum restricta. §. penulti. in §. de his qui sunt sui iuris. ¶ Septimo quicquid additur iuri naturali dicitur ius ciuile, vt in matrimonio constituendo, quod formam recepit à iure ciuili. circa personas quæ possunt contrahere, & quæ non, & per sponsalia de futuro & de præsentia. l. j. ff. de spon. l. nuptias. ff. de reg. iur. §. nuptias. Authentico de nuptiis. ¶ Octauo quod iuri gentium additur, dicitur ius ciuile: vt de tutela fuit additum: de qua ius gentium nihil cogitauerat. in §. de tutel. in princip. de his omnibus modis nominatis habetur in l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. Et isto modo capiendū quicquid addit vel detrahitur iuri communi, quod dicitur ius ciuile: posset etiam ius canonicum dici ius ciuile. ¶ Nono quicquid iure scriptum est: licet non habeat specificam nomen, illud ius ciuile dicitur. l. j. §. proinde. ff. de var. & extraordina. cogn. Istis modis diuersis dicitur vnum ius ciuile extra diuersum ab alio propter cognitionem faciliorem: sicut videmus quod aliquando accipitur ius scriptum ad differentiam æquitatis. l. placuit. C. de iudic. ¶ Quarto est ius canonicum: quod idem est dicere quod ius regulatum. Canon enim græcè, latinè regulam significat. c. canon. iij. distinctio. & est illud quod in consilio generali, vel provinciali statuitur. cap. canonum statuta. de consilio. Quatuor species sub se continet, dogmata, scilicet, mandata: interdicta, sanctiones vel decreta. c. si quis dogmata. xxv. quæstione secunda. quando vult Papa tales canones condere, possunt episcopi contra dicere, quod non conueniunt consuetudini patriæ suæ vel moribus, vel loco, aut tempori, vel similibus: de quibus in capitulo erit autem lex quarta distinctio. Et quia canon regulam signat inde dicitur canonem emphyteuticum illud quod nomine census soluitur: quia omni anno regulariter solui debet. l. finali. C. de iure emphyteu. Sic etiam pecunia quæ à prouincijs præstatur canon dicitur: vnde habemus titulum de canone largiona-

lium titulorum libro decimo. C. iuris autem canon. quoddam dicitur personale: quoddam locale: quoddam casuale: quoddam temporale: vt quando istis partibus supra nominatis attentis. ¶ Aliqui canones sunt constituti capitulo primo. de constitut. Tria autem vltima iura dicuntur posteriora: eo quia ab homine sunt facta: ideo dicuntur iura humana. capitulo. cum de diuersis. de priuileg. in sexta. ad placitum facientis possunt limitari & restringi vt quotidie videmus per statuta & priuilegia. capitulo. cum in multis. de rescriptis. libro sexto. vbi infinitas tollitur in multis casibus ibi nota. per gloss. fam. ij. ius naturale per solam naturam mutatur aliàs non. ¶ Quinto est ius diuinum quod est sacra pagina: istud similiter multifariam dicitur. Nam primo homini creato concessit Deus ius in corde suo: vt in principio. v. distinctio. habetur Gen. ij. fecit deus hominem & inspirauit illi spiritum vitæ legem: scilicet naturalem quæ hominem in diuina iustitia viuere docebat: ideo dixit Apostolus ad Romanos. ij. sunt qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis. Cum enim gentes legem non habent, si naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex capitulo. de xix. quæstione secunda. ¶ Secundo est ius diuinum, lex Mosayca quæ originem habuit cum lex naturæ in homine per peccatum confusa est: subintelligente inuidia diaboli. Et depressa est ponderè malitiæ recitudo iustitiæ: & erroris caligine offuscata fuit lumen iustitiæ. c. princeps. de pe. distinctio. ij. capitulo. vii. xv. quæstio. ij. vt autem ab hac confusione peccati infirmitas nostræ confurgeret: miseratur Deus illam coadiuuans viuendi legem quam in hominis corde à sæculo scripserat literis per Moysen expressit: decemque præceptis conclusit. c. Moyses. vij. distinctio. capi. primo. §. hæc sancta. extra de summa trinita. ca. cum redemptor. xij. quæstione secunda. hoc ius legem appellamus Mosaicam. c. cum in veteri. de elec. c. isto. de purifi. post partum. Hanc legem etiam legis decalogum appellamus. ca. tres sunt autem. versio. iij. actio. de peni. distinctio. j. ¶ Tertio est ius diuinum: quod legem prophetica appellamus: quæ legi Mosaicæ successit eandem modificans dicto §. hæc sancta. Nam cum Mosayca lex sineret vsuram ab alienigenis exigi. xij. q. iij. c. ab illo. tamen permissionis vsu distuadet profecto lex prophetica. Psalmista. xiiij. dicens Eum fore in tabernaculo mansurum dei qui pecuniam suam non dedit ad vsuram & munera. ca. quoniam. xlvj. distinctio. xiiij. q. iij. c. si quis obli. sed cum istæ leges non inueniam ad perfectum statum docerent vt inquit apostolus ad Hebræos vij. hinc merito successit. ¶ Quarto loco ius diuinum, scilicet euangelium dans salutem omni credenti. ca. ad fidem. xxiiij. q. v. cum enim plenitudo temporis aduenit misit Deus vnigenitum suum legiflatorem, per quem nobis statuit legem vitæ animas conuerrentem: quam felici vocabulo euangelicam appellamus. j. distinctio. in prin. c. translato. de consti. Sed cū ista lex loqueretur de perfectionis consilio accessit alia illam modificans. quæ quinto loco apostolica dicta est: quod enim dominus indulget de perfectionis consilio petat hoc Apostolo dicente: ego dico non dominus. j. Cor. vij. si quis frater vxorem habet infidelem &c. ij. q. j. ca. multi. xxvij. q. j. iam nunc. & ibi dominus non præcepit in spiritu Dei. Apostolus fideliter consulit vt ibi de virginibus præceptum non habeo. Consilium autem do. Bonum est si sic permanferit. xxiiij. q. i. ca. sic enim neque. Postmodum ecclesia crescente deo authore gradibus ac ordinibus in ea rite dispositis, cum ad eos decernendos, clericorum que lites dirimendas lex non sufficeret euangelicam ab apostolis quam ab eorū vicariis statuta fuerunt plura edita quæ generali vocabulo canones appellati fuerunt. c. j. xv. di. pra dixi in quarto genere. Et ista omnia iura diuina largius ponit Spec. in principio sui operis. ¶ Sexto dicitur ius diuinum quod factum est super rebus ecclesiasticis. Et ita potest dici ius canonicum diuinum, & iura ciuilia, quæ tractant de rebus eccl. scilicet possunt dici diuina ita intelligit. l. si. in prin. C. de sac. san. eccl. per gl. & Bart. ibi. ¶ Septimo dicitur ius diuinum acquisitionis quando ipsi ecclesiæ acquiruntur: quia dicitur ipsi deo acquiri: vt ibi Bald. adducendo Inno. in capitulo. olim, de resti. spo. Extra ista iuris genera principalia reperiuntur & alia plura iuris significata particularia: quæ tamen sub aliquo de prædictis continebuntur: & vt ad metam iuris patrimonatus perueniam alia iuris significata enumerare liceat, sub quo de prædictis genere continetur semper per remissiones declarando. ¶ Octauo est ius anullorum aureorum quod cõcedebatur olim libertis à principe volente patrono: eo aut patrono inuito vel ignorante non l. iij. ff. de iure aureorum anu. Et istud ius aureorum anullorum nil aliud erat, nisi præ posse deferre aurū vel anulos aureos: per quos ipsi liberti habebant imaginē vel signū semiplenæ ingenuitatis dū vivebat: ideo



# Secunda pars.

ideo imaginem: quia non proprie ingenii dicebantur: sed habebant quandam ingenuitatis similitudinem. l. fina. C. de iure annul. aureo. quæ similitudo faciebat eos haberi pro ingenis quo ad multa. scilicet quo ad tutorem ingenuum habendum: quod alias non sufficit concessum. l. cum ex oratione. ff. de ex. tuto. Secundo quo ad dignitates & honores acquirendos. l. vnica. C. ad l. v. scilicet vbi puniuntur criminaliter appetentes tales dignitates liberi si non habebant ius annulorum aureorum. Hodie autem non est necesse tale ius impetrari à principe cū ex datione libertatis in consequentiā veniet. §. j. aut. vt liberti de cætero non indigeant: non tamen immutatur ius patroni per talem concessionem nonam vt ibi. Tertio quia cōtrahunt matrimonia cum nobilibus: in multis etiam alijs reputantur vt liberti. Quos casus enumerat glos. in l. penul. ff. de iure aureo. annul. Istud autem ius comprehenditur sub iure ciuili vt supra satis in tertio genere. Licet autem habeant imaginem ingenuitatis ipsi liberti tamen moriebantur vt liberti. vnde patronus habet bonorum possessionem in bonis ipsorum. l. etiam. ff. de bo. liber. ¶ Nono est ius militare, quod consistit in solennitate inferendi belli: fœderis faciendi: in dando signa: in egrediendo in hostes & pugnæ commissione: in flagitiosorum disciplina militum: in modo stipendiandi: in dignitatibus dandis, in præmij distribuentis: in coronis dandis: in prædiuisione. c. ius militare ita comprehenditur sub iure ciuili, sicut sub iure canonico. toto tit. ff. de re mili. & in eo. titu. C. lib. xij. licet diuersimodè. Ius enim canonicum poena infamie afficit fugientem in bello. ca. infames. vj. quæstio. j. de iure ciuili. ca. puniuntur fugiens. l. omne. §. qui in acie. ff. de re mili. Et de differentia iuris. c. xij. ¶ Decimo ius publicum quod similitudine continetur sub duobus. s. nominatis, scilicet iure ciuili & canonico: quod consistit in sacris sacerdotibus & magistratibus. c. ius publicum. j. distinctio. l. j. §. ius publicum. ff. de iustit. & iure. Et hoc ius publicum potest varijs modis accipi. ¶ Primo vt dixi. Et tunc dicitur asserre utilitatem suam in publico dictis iuribus. ¶ Secundo modo dicit publicum causa imperij. ¶ Tertio publicum quod est Romanæ ciuitatis. l. eum qui. in gloss. ff. de verbo. significat. Et illud proprie dicitur ius Quiritium. j. distinctio. §. sed ius. in ff. de iure natu. Et ibi gloss. à Quirino declarat quare sic nominetur. Vnde publica appellatio in cōpluribus causis ad populum Romanum respicit: vnde & publicum appellamus. ¶ Quarto modo dicitur publicum ius cuiuslibet ciuitatis & municipij. l. sed & hi. §. j. ff. de publi. & vtile tunc ius publicum dicitur ad similitudinem iuris publici Romani: vt ibi gloss. ita sumitur in d. l. final. & ita declarat ibi Barto. ¶ Quinto dicitur ius publicum quod continet priuata commoda, quæ tamen redundant in publicam utilitatem: vt mulieres esse dotatas respicit priuatum principaliter commo dum. secundario publicum. l. prima. ff. sol. matrimo. sic publicæ interest ne quis sua re male vtatur. §. sed hoc tempore. in ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. §. cogitato. aut. vt iudic. sine quoquo iuffra. ¶ Sexto quicquid factu est ad salutem publicam, vel utilitatem dicitur esse iuris publici: vt testamenti fac. donationis in sinuato & similia. Spe. in tit. de instr. edi. §. duo. ¶ Decimo. verficu. quod si quis iurauit. ¶ Et huic iuri publico regulariter renuntiare non potest. Spec. in d. §. xij. facit. l. nemo potest. de leg. j. Bal. in l. fina. C. si cert. peta. Hostiè. in sum. de renuncia. ista autem omnia membra iuris publici sub ciuili iure continentur. ¶ Vndecimo dicitur ius priuatum quod principaliter ad singulorum utilitatem pertinet. §. penulti. in ff. de iustit. & iur. Constat autem istud ius primo ex naturalibus præceptis, scilicet vt nemo fiat locuples cū aliena iactura. l. nam hoc à natura. ff. de condi. indeb. ¶ Secundo ex gentium præceptis: vt iniuriam propulsare defendendo vel de facto vel mediante iure: & hoc modo solis hominibus conueniet. c. dicitur priuatum. licet & brutis liceat vim vi repellere. l. j. §. cum atieres. ff. si quadru. paupe. fe. di. non tamen dicitur illud ius priuatum, sed naturale potius: quia cum non possint facere vel pati iniuriam: quia sensu carent. l. j. in prin. ff. si quadru. pau. fe. di. ideo non potest eis ius tale priuatum competere ad repellendas iniurias. ¶ Tertio ex ciuilibus præceptis vt in vsucapione: quæ de iure ciuili est adiuuenta. vt ff. & C. de vsucapio. & instr. eo. ne dominia rerum diu in incerto essent. Istud autem ius priuatum est quod alijs ius tertij dicimus vel ius nostrum: vel cuiuslibet competens in quacunque re: vel ad quamcunque rem corporalem, vel incorporalem: vt circa seruitutes circa vsufructum & similia: vt istud ius ad meliorem declarationem deducam, ¶ Sciendum est quod ius esse alicui, nihil aliud est dicere, quam quod alicui est licentia vel autoritas agendi, dicendi, standi, possidendi, vel quasi transeundi, annullandi, tollendi, confirmandi & similia: vt ex iuris effectibus dno-

minatur: data à iure communi vel priuato: pacto vel consuetudine: aut lege priuata vel municipali: vt no. in c. constitutus. 13 in gloss. penulti. de relig. domi. ¶ & secundum aliquos ius per apocopen dicitur quasi iustum: quasi nihil ius sit nisi quod natura vel consuetudo vel ciuitas aut populus vel gens vel homo iubet: & id fiat vel fieri debeat: quæ diffinitio satis in effectu videtur conuenire diffinitioni iuris diuini. de qua in §. iuris. in ff. de iustitia & iure. Iuris præcepta sunt honestè viuere: aliterum non ledere: ius suum vniciuque tribuere. ¶ Secundum præcedentia dicimus illi est ius ad eundem hæreditatis. l. prima. & seq. C. de iure deli. Sic & immiscendi & petendi bonorum possel. §. in extraneis. in ff. de hære. quali. vel ius est petendi bonorum possel. C. qui admitt. ad bonor. possel. possunt. ¶ Tertio ius excludendi foeminas vel aliquem à successione per statutum. de quo Bald. in l. non pro numero. C. ad Orfi. & l. si ar. 16 rogatos. secunda in ij. colum. in ij. oppo. ff. de adop. ¶ Quarto ius exigendi gabellas, vel pedagia. c. super quibusdam. §. præ. 17 terea extra. de verbo. significat. ¶ Quinto ius petendi quando aliquid quocunque iure petere possumus in iudicio. litem veniunt. §. petitam. ff. de peti. hære. ¶ Sexto ius eligendi de quo 18 in tit. de confir. vti. vel inutili. ¶ Octauo ius alienandi quod regulariter habet quilibet dominus sanæ mentis maior xxv. annis, vel minor cum autoritate tutoris vel curatoris, quando sunt à patria potestate liberati. Item negotiorum gestoribus competit cum cautione rati, procuratoribus generalibus cum speciali mandato, de quibus ponitur in titulo in ff. qui. 19 bus alienar. licet vel non. ¶ Nono ius coquendi in furno quod est species seruitutis sicut & ius torculandi: quod possim in tuo torculari vina facere. de quo Bald. in l. penultima. in ij. columna. C. de condi. inser. Capo. in tracta. serui. vrb. c. 30. 20 Alexand. in l. vt pomum. ff. de seruit. ¶ Decimo ius Trebellianicæ vt quis potest deducere Trebellianicam de hæreditate vel parte hæreditatis restituenda. De quo in titulis omnibus. ff. & C. ad Trebel. & in capit. Raynutius. & capit. Raynaldus. de testa. Item ius faldidiz. vt ff. & C. & instr. ad legem Falcidiam. ¶ Vndecimo ius accrescendi quod procedit in hæreditate: & in iustum etiam obligat vt habetur in l. qui patri. ff. de acquirend. hæred. t. & in multis alijs legibus illius tit. Item habet etiam locum in bonorū po. vt in tit. C. quomodo non pe. par. Item habet locum in legatis & fideicommissis: vt in l. re conuicti. per Bart. de leg. ij. §. si eadem. in ff. de leg. ¶ Duodecimo ius deliberandi quod quis habet antequam acceptet hæreditatem, vt possit considerare, an sit sibi talis hæreditas 23 acceptanda vel recusanda. ff. & C. de iure delibe. ¶ Decimotertio ius succedendi vt filijs vel alijs quibuscunque legitimis successoribus ex testamento vel ab intestato. vt ff. & C. de ius 24 & legi. hære. ¶ Decimoquarto ius petendi supplementum legitimæ: quod illis competit quibus legitima pars bonorū: id est tertia debetur: vt filijs erga ascendentes patres. de quo in l. omnimodo. & l. quoniam. & l. seq. C. de inoffi. testamen. & contra. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. Item competit patronis aduersus libertorum bona mortuorum sine filijs patrono præterito vel exhæredato absque causa: vt de hoc 25 habetur in §. si autem. in ff. de success. lib. ¶ Decimoquinto ius accusandi quod competit cuiuslibet de populo in publicis iudicijs vt in crimine adulterij, homicidij & similibus de 26 quibus instritu. de publi. iud. in princip. ¶ Decimosexto ius prohibendi aliquem aliquid illicitè facientem: quod cuiuslibet competit contra quemcunque illicita facientem, vt contra ædificantem in publica strata: contra impediendum cursum fluminis & similia. Bartol. in l. quominus. ff. de flumi. & in 27 toto tit. ff. ne quid in loco publ. ¶ Decimosextimo ius dicendi nullum testamentum: quod filijs aut nepotibus datur inique exhæredatis vel præteritis de quibus habetur in l. inter cætera. cum seq. ff. de liberis & posthumis. & instritu. de exhæ. 28 redi. lib. in princip. ¶ Decimo octauo ius excipiendi quod contra petitorum datur. l. ait prætor. ff. de iure iur. & l. prima. 29 cum toto tit. ff. de except. & extra eo. de except. ¶ Decimonono ius redimendi aliquam rem pignoratam vel venditam: vt in l. secunda. C. de pact. inter empt. & venditio. & an vni ius competens tale: alteri cedatur. ponit l. ac in l. prima. §. hinc v. videamus. ff. de noij operis nuncia. De quo pacto dicit Ludo. singula. c. cclxij. quod si præcedit mutuum facit præsumptionem contra vsuris, scilicet quando modicum pretium interuenit: secus si iustum. gloss. fina. in capit. conquestus. & ibi Panor. de vsuris. illi iuri spatio xxx. an. præscribitur. l. ac in l. petes. C. de pactis. Agnati vero infra annum iure agnatorum possunt recemere: quod alius agnatus vendidit cum tali pacto vt

30 ibidem Iaf. ¶ Vigesimo ius presentandi quod patronis competit vigore iuris patronatus de quo statim dicitur: habetur in tit. ff. & C. de iure pa. l. bertorum. de presentacione habetur  
 31 extra eo de iure patr. ¶ Vigesimo primo ius arbitrandi quod quis habet postquam consensum est: ut in arbitrum recipere-  
 tur in causa à princip. voluntarium est compromittere: sed ex post facto necessarium: ira etiam ex parte recipientis est necessarium ex post facto: quia ad arbitrandum cogi potest. l. Labeo  
 32 ait. §. tamen si neminem. ff. de arbitris. ¶ Vigesimo secundo ius declarandi quod superiori competit qui habet auctoritatem iudicandi, vel componendi, vel qui dedit aliquod privilegium: nec transit tale ius ad heredes vel successores. Bald. in l. liberti. in penulti. colum. C. de op. liberto. & soli competit ambiguitate loquenti in suis actibus: ut in iudice proferente sententiam, vel principe concedente privilegium per verba dubia. nor. in l. quod iussit. ff. de iudic. vel datur cuiuslibet facienti vel cum altero contrahenti. Barr. in l. pro herede. ff. de acquir. hære. ¶ Vigesimo tertio ius excommunicandi, cui, quando, & ex qua causa competat habet. in ti. extra. de senten. excommuni. ¶ Vigesimo quarto ius suspensionis vel interdicti: quod quale sit, cui, quando, & qua causa competat not. in titulo de senten. excommu. suspen. & interdic. in vj. & in clem.  
 33 ¶ Vigesimo quinto ius implendi conditionem testamenti contrahentibus sub conditione: quod competit etiam heredi quando est apposta à testatore: non autem transit tale ius ad heredem. Barto. in l. diem proferre. §. j. in j. not. ff. de arbit. in l. si decem cum petiero. colum. j. versicul. solum esse questio. ff.  
 34 de condi. & demonst. ¶ Vigesimo sexto ius occupandi rem aliquam propria auctoritate competit contrahentibus cum tali clausula, quod res propria auctoritate capi possit, nec tunc vim facere dicitur de quo in l. creditores. C. de pig. & licet possit quis propria auctoritate capere absque vi, tamen ibi textus requirit auctoritatem præsidis: & poterit postea officium iudicis implorare: ut eum defendat à futura violentia. Baldus in l. si servus. C. quod cum eo. & talis occupatio etiam singulari successori permessa est Barto. in dicta l. creditores. & in l. fin. §. fina. ff. vt in poss. lega. gloss. in l. cum fundus. ff. de vi & vi arma. Et tale ius potest vendi & cedi cum re ipsa. Bal. in cap. j. §. si verò. de pace iur. fir. Alexand. in l. qui fundum. ff. de vi & vi arma. Competit etiam tale ius in alijs certis casibus nota. per doc. in  
 35 mādato superioris contra spoliātem. ¶ Vigesimo septimo ius collectandi à quibus imponatur. Bartol. in l. j. C. de mulieribus. & in quo loco in fin. iij. colum. libr. x. vbi vult quod ciuitas & propter publicam vtilitatem & propter necessitatem ipsius ciuitatis imponere potest tales collectas intelligendo de regentibus ipsam ciuitatem. Item intelligendo de ciuitate quæ non recognoscit superiorem: alias si recognosceret, non posset imponere collectas ob publicam vtilitatem nisi obten-  
 36 talicentia a principe. l. placet. C. de excusa. munerum. libr. x. l. j. C. de superindic. eodem libro. vnde non posset imponere de iure ciuitas collectas vt principi donaret. de facto sic: si non recognosceret superiorē posset. ¶ Collecta verò dicitur quod in ciuitate colligitur à ciuibus & incolis respectu patrimonij vel rerum. ita glo. fina. in l. rescripto. de mune. & hono. ex parte ciuitatis: nec dicitur habere certam formam sed variantur secundum voluntatem principis vel superioris. Baldus in l. fina. C. sine censu vel reliquijs. ver. tunc autem dicitur collecta, vbi dicit debere imponi secundum cursum temporis quandoque plus, quandoque minus, puta quandoque sex denarij pro libra æstimi: quando duo: quandoq; decem: cū non habeant certam formam vel regulam. secundum Specu. in titu. de cleri. coniuga. §. primo. versicul. ad huius autem rei euidentiam. tales collectæ imponuntur per solidum & libram, & secundū quantitatem patrimonij, vt notat gloss. in l. j. in verbo inopes. C. de apochis pu. & descriptio. curialis & distrib. ciui. libr. decimo. in l. fancimus. j. C. de aduoca. di. iud. Regulariter possunt imponi ciuibus, & omnibus incolis. l. rescripto. in fin. ff. de mune. & honori. l. libertus. §. sola. ff. ad municip. Respectu rerum imponuntur personæ: ideo forenses qui habent bona in ciuitate alterius territorij non debent teneri ad collectas tales cū  
 37 imponantur personis subditis. ¶ Et persona forensis non sit subdita dictis iuribus. Quod tamen fallit in multis casibus. ¶ Primo in vsurario. ¶ Secundo in ciuitate de hoc privilegia-  
 ta. l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de muneribus & honori. ¶ Tertio vbi esset in ciuitate consuetudo cuius initij non extaret memoria in contrarium, quæ habet vim privilegij. l. hoc iure. §. duabus aqua. ff. de aqua quotidia. & æstiuā. nec admit-  
 titur probatio in qua contra tale præsumptum privilegium:

sicut nec contra talem præsumptam seruitutem. Lancelotus Decius in l. si certis annis. C. de pactis. in l. cū n. de in rem. ff. de vsuris. A collectis talibus supra l. patrimoniorum. & l. profecto. C. de muneribus. libro decimo. ¶ Fallit in doctoribus actu legentibus. l. medicos. C. de professori. & medi. libr. decimo. ¶ Secundo fallit in clericis vel bonis ecclesiasticis. ¶ Tertio in omnibus locis pijs vt est hodie expressum per nouam constitutionem Federici incipientem. Item nulla communitas. C. de episcopis & clericis. pro tali collecta imponenda fit estimatio bonorum mobilium & immobilium: vt late habetur in l. forma. ff. de censibus. A estimatio ipsa fit per susceprores qui erant præpositi ad suscipiendo. census à sponte soluentibus: & tales susceprores scribebant modum iugationis possessorum & species singularium. l. susceprores. libro secundo. C. de suscepro. libro decimo. Et tales susceprores immediatè restituebant quod receperant thasaurariis. l. diui. & l. medios. C. eodem. ius autem tale collectandi non potest creditoribus dari intentam per communitatem: sed eorum effectus. sic Baldus in l. etiam. in sexta columna. C. de excep. rei iudic. ¶ Vigesimo octauo ius probandi. de quo in omnibus titulis de probationibus. de testi. de fide instrum. An transeat ad heredes vel successores habetur per Baldum capitul. primo. prima colum. fide inuesti. inter dominum & vasallum lis oriatur. ¶ Vigesimo nono ius legitimandi de quo authent. quibus modis  
 38 naturales effici. legitimi. & instit. ff. & C. de adoptio. ¶ Trigesimo ius pascendi, calcis coquendæ: arenæ fodiendæ: ius appellandi peccora ad haustum: ius eundi per agrum alienū ad suum: ius ambulandi cum alio: ius agendi iumentum vel vehiculum quod actus dicitur. ius aquæ ducendæ. Et hæc iura dicitur seruitutes rusticæ. Alia sunt iura quæ appellantur seruitutes vrbane: vt ius immittendi tigni in vicini aedes. ius stillicidij, vt possim facere pluerè rectū meū in aedes vicini, vel cloacam, vel curiam, vel ius non recipiendi talia & tunc appellatur ius libertatis, vel ius non patiendi aliquam de prædictis seruitutibus etiam rusticis. ius altius tollendi vel non tollendi aedes, ne luminib. vicini officiat. Hæc iura omnia acquiruntur pacto contrahentium, vel stipulatione: de quibus omnibus insitu. de seruitu. rusticæ. prædio. & in tit. de seruitu. rusticæ. prædio. ff. de seruitu. vrbæ. prædio. ¶ Trigesimo primo ius vtendi fruendi. ius habitandi: quæ quantum inter se differant declaratur insitu. de vsufruct. & de vsu & habi. & C. eodem.  
 39 ¶ Trigesimo secundo ius piscandi optimè collocatur inter hæc iura. §. flumina. instit. de re. diuisi. l. si quisquam. ff. de diuer. & temp. præscriptio. In priuato autem flumine, vel agro non licet nec acupati, nec piscari, vel venari domino inuito. nota in l. diuus. ff. de seruitu. rusticorum prædiorum. §. fere. §. illud. instit. de rerum diuisi. & in vsibus feudorum quæ sint regularia. tali iuri piscandi aut acupandi præscribitur. Bald. in l. prima. versicul. item præscribitur. C. de emancip. lib. ¶ Trigesimo tertio ius retinendi rem pro expensis, quas in ea quis fecit credens rem suam esse: quæ ab eo vendicatur: nam ius retentionis habet pro illis expensis: sicut etiam dicimus in iure compensandi: vbi iura & debita sunt liquida. ff. & C. de compens. De primo iure est text. in l. hoc iudicium. §. impendia autem. ff. communi diuidū. Sic etiam fit in cautione damni infecti. Si quis propter non datam cautionem damni infecti fuerit missus in possessionem: & ipsemet redificauerit domum, tandiu habet illarum ædium ius retinendi, donec sibi fuerit satis factum pro expensis. l. ex damni. & toto titu. ff. de damno infecto. l. prima. C. ob chirographariam pecuniam. ¶ Idem videmus in obsidibus, qui possunt retineri. l. secunda. & ibi nota. C. de patrib. qui filios distrahet. ¶ Trigesimo quarto ius studij, id est, quod possit publicum haberi studij: quod acquiritur consuetudine vel privilegio. Alexander consilio septuagesimo quarto. in quarto, columna secunda. versicul. &  
 40 pro hoc facit. ¶ Trigesimo quinto ius patronatus. Quod patronus competit: vel ecclesiæ, vel dominis de quo infra latius tractare intendo: quod & ius priuatum dicitur. de quo in titulo. ff. de iure patronatus. & extra eodem. Ius patronatus erga libertos est potestas, quam habet patronus erga liberos  
 41 tum à iure concessa ex beneficio manumissionis. ¶ Ius autem patronatus ecclesiæ est auctoritas, vel potestas proueniens ex beneficijs ecclesiæ collatis, scilicet aedificatione, fundatione, vel dotatione. decimasexta questione septima. capitul. filijs. cap. præcedenti. decimasextima questione secunda. capitul. abbas. vel alijs causis vt infra in tertia parte. Ius autem patronatus ecclesiæ per Panormita. sic definitur in Rubrica eodem. est ius honorificum, onerosum, & vtile alicui cōpetens in ecclesia pro eo qd consensu dioecesani ecclesiam

# Secunda pars.

flam construxit, dotauit, vel fundauit is à quo causam habuit ita tenent lo. And. & Innocen. ibi per Host. in §. j. extra eodem sic definitur. Et potestas presentandi instituendum ad beneficium simplex ecclesiasticum vacans. Quae definitio magis placet: vt infra patebit. excepto verbo simplex, nisi intelligas de simplici, quo ad dignitatem ecclesiae collegiatæ: vt infra 43 iij. parte. quæst. xxii. in fin. ¶ Ius autem istud non dicitur spirituale, nec est spirituale, sed spirituali annexum ratione institutionis factæ vel fiendæ: quæ spiritualis est. præcedente presentatione patroni. Panor. in capitul. quanto. de iudi. colum. ij. Hostien. §. qualiter. eod. titu. Nec omnino dicitur iuris ecclesiastici vt ibi per eum. Nec dicitur dominium sed sollicitudo seruicij. Archi. in capitul. monasterium. xvi. quæstio. vij. 44 Hugo. in capitul. frigidus. eo. ¶ Istud ius pluribus dicitur modis. ¶ Primo ius patronatus. ¶ Secundo aduocacia, capit. quia clerici. eod. ¶ Tertio vice dominatus, vel custodia, vel guardia. capitul. præterea. extra eod. capit. generali. extra eodem. ¶ Quarto appellatur ius presentationis. capit. pia mentis. xvi. q. vij. Et tale non posset iudicis competere. quia non procedere possunt in diuinis catholicis vt ea. & capitul. seq. frigidus. ¶ Quinto appellatur gratia. gloss. in d. capitul. quia clerici. Hostien. in tit. eod. §. qualiter. verò. vers. mihi videtur. eod. Quæ autem & qualia sint ista iura patronatus quomodo cuiuslibet competant: & differentia inter patronos, & cuius effectus sint: & quomodo apud quemcunque patronum perueniant & finiantur ex partibus sequentibus lucidè cõstabit. Hæc autem exempla iuris priuati pro nunc posuisse sufficiat. Aliis etiam casibus dici potest ius priuatum: vt quilibet ex priuato interesse exemplificare posset in quacunque actione. 45 ¶ Pro generali significatione verbi iuris, sciendum est quod aliquando accipitur largè ius pro libertate quadam seu licentia sicut dixit Cicero. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas: suo inquit iure: quia summus erat poeta. Vnde ex propria licentia hoc dicere videbatur. Vnde dicitur aliquis ius sibi facere vel dicere, quando illud facit, vel dicit quod propriè spectaret ad iudicem: vt quando quis propria autoritate rem aliquam occupat credens hoc sibi licere: & in iure confitetur hoc fecisse: tunc tenetur ad restituendum rem illam, & omnia iura, quæ habuit ad illam perdit cum quadrupli restituitur. l. si quis in tantam. Cod. vnde vi. l. extat. ff. quod met. causa. rubric. Cod. ne quis in sua causa 46 iudicet, vel ius sibi dicat. ¶ Aliquando pro merito ponitur. Quintilianus. Quis eum non meruisse, quis non iure passum affirmet? Nonnunquam secundum eum adiuncta significat, vt ius agnitionis ius amicitiae: id est, necessitudinis, vel affinitatis: vt supra satis dictum fuit. Ius pacis. ius belli, &c. ¶ Interdum pro liquore eorum quæ coquantur: sicut enim ius summi bonum cõrinet, sic humor ille bonus coctarum rerum maximam continet bonitatem & sapore: apparet ergo quod denominatur ius patronatus ad differentiam aliarum iuris specierum, vt supra latius tactum est.

## ¶ Secunda pars. Quot sint patronorum genera.

- 1 Genus quid apud logicos,
- 2 Genus quid à legistis dicatur.
- 3 Genus pro quota bonorum capitur, vnde obligatus in genere quis dicitur.
- 4 Patronus dictio, vnde dicitur: et pater quid interpretatur.
- 5 Patronus ecclesie quis sit.
- 6 Ius patronatus libertorum quid sit, et vnde originem sumpsit.
- 7 Patronus liberti quis dicatur.
- 8 Patronus causarum quis censetur.
- 9 Patronus ecclesie quis.
- 10 Patronus causarum: id est aduocatus quis esse possit.
- 11 Patroni officium nobile: procuratoris autem vile.

**S**ecunda pars quot sint patronorum genera aperiet: accipiendo genus prout legitur aliquando capiunt: pro eo quod constat ex pluribus indiuiduis integris: nam genus altero de quatuor modis dicitur. ¶ Aliquando propriè prout dialectici: & est illud quod prædicatur de pluribus differentibus specie. Et hoc modo nonnunquam etiam capiunt iuristæ. l. secunda. §. creditum. & ibi not. ff. si cert. pet. ¶ Secundo modo dicitur genus impropriè apud legistas: quod dialectici speciem appellant: vt homo: & hoc genus constat ex pluribus indiuiduis. De hoc genere haberur in lege legato generaliter. de legat. primo. gloss. in l. prima. §. huius iudij. ff. de iust. & iur. De tali genere loquar ego in presentia materia. Constat enim ex pluribus indiuiduis vt apparebit ex infra di-

3 cendis. ¶ Tertio modo dicitur genus quod consistit pondere, numero vel mensura. l. secunda. §. mutui. & ibi gloss. ff. si ceperat. ¶ Quarto modo dicitur genus aliqua quota bonorum, vel hereditatis. dñ obligatus est ad aliquam quoram bonorum, vel hereditatis dicitur obligatus in genere: puta si sum obligatus ad mediam, vel tertiam partem hereditatis: istæ enim dicuntur partes quotitatiuæ: eo quia continet sub se partes plures integras: puta media hereditas alias partes comprehendit sub se, scilicet quartam, quintam &c. ideo tales partes dicuntur genus. De quo in l. prima. §. penultimo. ff. si pars. hered. pe. l. non amplius. cum sequenti de legat. primo. Bartol. in l. Mæuius. §. duobus. de lega. secundo. late. 4 Paul. in dict. §. mutui. ¶ Primo istis præmissis sciendum est, quod vocabulum patronus à patre dicitur: pater autem à græcis sumptum est: & tantum est dicere pater quantum omnia seruans: videmus enim quod per patrem seruatur familia. procurendo seruatur bona & domestica quæque: vnde & primus qui imperium habet in familiam paterfamilias dicitur. à patrono venit verbum patrocinium & patrocinari. patronorum, alij sunt ecclesie: alij respectu libertorum. Alij dicuntur patroni qui in bonis nullum ius habent sed causas præsentant eas defendendo: & tales dicuntur patroni causarum ab hoc patrocinio patronum causa honoris vocamus illum, cui reuerentiam impendere volumus, sicut & patrem appellamus qui nullo paternitatis vinculo coniunctus est: sed reuerentia causa: vt Romulus centum elegit patres: qui reipublicæ causa præsentent & eos patres appellauit: vt apud Titum Livium. ¶ Primum igitur genus patronorum dicitur ecclesie: vt ceteris dignius: de hoc primo principaliter tractare intendo: de quo in toto titulo extra de iure patronat. & in libro vj. eodem & clementinis eodem. xvi. quæst. vij. per totam causam. ab hoc iure patronatus descendit primò ius patronatus quod eisdem patronis competit: quis autem talis sit patronus vt habeatur substantia rei de qua tractare intendo. ¶ Dico igitur vt supra, quod patronus ecclesie est ille qui habet ius honorificum, vile onerosum: competens in ecclesia ex causis, de quibus in tertia parte dicitur patrono, vel ei qui patrono successit. ista generalis definitio potest capi ex c. piæ mētis, & sequent. cum gloss. & capitulo quicunque. in fine. vbi dicitur quid talis patronus facere debeat. & capitulo se. dicitur quomodo ius patronat. transeat ad hæredes. xvi. quæst. vij. de hac facta definitione latius loquar singularem in vj. parte quid conferat istud ius, & in sequent. cui acquiratur, & quomodo ab isto genere patronatus oritur vnum ius patronatus ipsi cõpetens: supra eodem. & latius dicam in vj. parte. 6 ¶ Secundum est ius patronatus in iure expressum, scilicet libertorum. tale ius à l. xij. tabul. sumpsit originem. Ex iure enim gentium introducta sunt bella. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Ex bellis introductæ sunt hominum captiuitates & seruitutes contra hominum naturam: cum omnes homines liberi nascerentur. §. primo insti. de libertinis. §. primo. & §. serui autem. insti. de his qui sunt sui vel alieni. iur. Cum ergo de iure gentium à principio seruitus esset incognita, & manu missio: postquam seruitus inuasit secutum est manumissio- nis beneficium: quo beneficio inuento, vt homines possent ad suam naturam restitui: cum de iure gentium omnes nascerentur liberi, tria hominum genera esse cõeperunt, scilicet liberi, serui, libertini: qui ex seruitute à dominis manumissi fuerant. d. §. primo insti. de liberti. ab ista autem manumissione successit ius patronatus per manumissionem: id est, dationem libertatis qui dominus fuerat efficiebatur patronus ipsius liberti. Et ab illo patronatus ius dicitur. de quo in titul. ff. de iure patrona. & C. de bo. liberto. & iure patronat. & insti. de successione liberto. Is autem patronus liberti sic potest 7 distingui vt supra de primo quibusdam mutatis. ¶ Patronus liberti vel libertæ est qui habet ius honorificum, vile, & onerosum in libertum: ex eo cõpetens quod manumisit vel aliquid fecit de dicendis §. in iij. parte post sex causas acquirens. Ius patronatus ecclesie. versic. nunc autem dicendum restat. Vnde ius patronatus liberti ab isto genere patronorum venit ius patronatus liberti penitus separatum & diuersum à superiori: vt latius in vj. parte constabit enumerando effectus cuiuslibet iuris cuiuslibet patrono competant & quæ onera. 8 ¶ Tertium genus patronorum est causarum est causarum suscipiunt in iudicio defendendas. Et tales patroni aliàs dicuntur aduocati. de quo habetur in genere in lege rem non no- uam. §. patroni. C. de iudiciis. l. aduocati. & l. sancimus. C. de aduoca. diuersi iudicio. xv. quæstio. ij. capitul. vnicò. Ioan. And. late in rubri. extra eod. à talibus patronis patrocinari & patrocinium dicitur, quod cuiusque auxilium quod præstatur

præstatur vel aliâs habetur. cap. ij. de dolo & contuma. cap. ex  
 tenore. in fi. de re script. l. non plures. C. de sacrosanct. Et istud  
 tertium genus aptum est alia duo comprehendere genera,  
 & hominem quemcunque in quacunque causa suffragan-  
 tem vel opitulante. ¶ Vnde etiam patroni ecclesiæ illi dicun-  
 tur in quorum honorem ecclesiæ ædificata est: eo quia eam  
 tueantur & eum qui ædificauit. cap. pia mentis. & c. frugentius  
 j. quæst. vij. Similiter nomen patroni est verbum honoris. vt  
 supra dictum est. vt videmus de duce Venetorum qui etiam  
 patronus sancti Marci dicitur à patrocinando. j. defendendo.  
 dixit Panor. in cap. nobis. in ij. col. extra eod. De isto tertio ge-  
 nere nihil specialiter tractare intendo: propter nimiam alte-  
 rius iuris patronat. materiam. tales autem patroni assumen-  
 tes causas de defendendis, licet aduocati generali nomine vo-  
 centur de quibus in lege prima. §. aduocatos. ff. de variis &  
 10 extraor. cogni. ¶ Vbi aduocatos dixit iuriconsultus, qui cau-  
 sis peragendis quoquo studio operantur: & ibi gloss. duo  
 requirit. scilicet quod per quinque annos in legib. studuerit.  
 l. iubemus. §. nec de cetero. C. de adu. diuer. iudi. per hoc  
 excluduntur imperiti & procura. vt gloss. ibi & curator: & si-  
 milis: secundo quod doctor eius iurauerit de eius peritia. l.  
 nemini. C. de adu. diuer. iud. de istis aduocatis habetur in l.  
 prima. §. postulare. & ibi notat. qui prohibeantur postulare  
 cum sequent. §. ff. de postulan. Tamen gaudent hoc speciali  
 nomine vt patroni causarum nominentur. l. sanc. & l. aduo-  
 11 cati. C. de adu. diuer. iudi. ¶ Tale officium patroni dicitur  
 nobilissimum: officium autem procurandi vilissimum Bald.  
 in l. prima. §. ait pretor. ff. de postulando. Idem dixit gloss. in  
 l. prima. §. hoc edicto. in verbo personis eodem. de postulan-  
 do quod aduocare est honoris, procurare oneris. ¶ Tales  
 autem aduocati non possunt cogi deferre causam post quâ  
 sunt litem contestati. l. properandum. §. illo. Cod. de iudiciis.  
 verbo necessitate. & ibi Bald. & Panormita. nisi rationabilis  
 causa subsistat vt ibi: vel ex consensu aduocati & partis: sicut  
 etiam videmus in procuratore. l. post litem autem contesta.  
 sequent. ff. de procura. nisi in casibus de quibus ibi istud ius  
 quod acquirunt contestatione largè loquendo posset appel-  
 larius patronatus cum ipsi defendentes patroni dicantur;  
 sed de hoc iure non habemus specialem titulum: vt de aliis  
 duobus supra positis. Sed quomodo talibus patronis pro iure  
 suo & sibi debitis acquirendo subueniatur, dicitur in dict.  
 §. aduocatos. & toto illo tit. ff. de va. & extraordi. cogni. l. j.  
 C. de suffrag. d. §. illo. per Panor. & Bald. de istis aduocatis la-  
 tè per Specul. in titu. de aduocatis. Hostiens. & Azo. in titu.  
 eod. de postulan.

¶ Tertia pars. Ex quibus causis acquiritur ius patronatus.

- 1 Ius patronatus ecclesiæ ex quot & quibus procedat causis.
- 2 Fundare verbum, multifariam capiunt.
- 3 Fundatio ius tribuens patronatus auctoritate diocesani muniri deest.
- 4 Fundationi que sint necessaria.
- 5 Episcopus de vna præbenda duas facere potest.
- 6 Fundator ecclesiæ tenetur eam dotare.
- 7 Ecclesiæ quem numerum requirat.
- 8 Domus pia à quous fundari potest.
- 9 Mulier an possit ecclesiam fundare.
- 10 Fœmina coram deo non differt à m. sculo.
- 11 Mulier ius patronatus acquirere potest à fundatione.
- 12 Ius patronatus an ex vna & eadem fundatione possit pluribus dari.
- 13 Infidelis ecclesiam fundans an sibi in ea quarat ius patronatus.
- 14 Fides qualiter per apostolum definiatur.
- 15 Inducis quis: & an possit esse patronus ecclesiæ.
- 16 Hæreticus an possit ius patronatus sibi ex fundatione querere.
- 17 Hæreticus largè quis dicatur.
- 18 Hæreticus censetur is à quo quatuor spernuntur.
- 19 Ius patronatus an recuperetur ab hæretico hæresim abiurante.
- 20 Schismaticus fundans ecclesiam an quarat sibi ius patronatus.
- 21 Schisma quid sit.
- 22 Apostata fundans ecclesiam ius patronatus est incapax.
- 23 Apostasia species prima que sit.
- 24 Apostasia species secunda est inobedientia.
- 25 Apostasia species tertia irregularitas dicitur.
- 26 Sarraceni qui dicantur & an possint ius patronatus habere.
- 27 Excommunicatus an possit ius patronatus acquirere.
- 28 Excommunicatus spoliatur legitimis actibus.
- 29 Ius patronatus sine administratione haberi potest.
- 30 Infamis ius patronatus sibi acquirere nequit.
- 31 Infamis facti infamia pluribus dicitur modis.
- 32 Ius patronatus velius quid honorificum infamibus competere nequit.

- 33 Ius patronatus an sibi possit querere qui in aliena est potestate.
- 34 Administrationem liberam habere nequeunt qui alienæ potestati subsunt.
- 35 Filius ex bonis aduentitiis ecclesiæ fundans an querat sibi ius patronatus.
- 36 Ius patronatus qui in genere sibi possint acquirere.
- 37 Ius patronatus an queratur ex quavis fundationis inceptione.
- 38 Falsum esse ante perfectionem nil dici potest.
- 39 Voluntas pro factio non habetur in his que facti sunt.
- 40 Voluntas insufficientis est vbi factio opus est.
- 41 Ius patronatus re ædificatione acquiruntur.
- 42 Homo mortuus non est homo, nec ecclesiæ diruta est ecclesiæ.
- 43 Ius patronatus pluribus acquiruntur rescissis.
- 44 Civitas vel collegio ecclesiam fundanti an queratur ius patronatus: an  
 verbis singulis civitatis.
- 45 Seruus à collegio manumissus non singulis de eodem reuerentiam facere  
 tenetur.
- 46 Incipiens fundare ecclesiam cogitur perficere eam.
- 47 Ecclesiæ incipiens infra quantum tempus eam perficere teneatur.
- 48 Fundator ecclesiæ qua actione cogatur eam perficere.
- 49 Causa pia que dicatur.
- 50 Fundare quis cogitur ex pollicitatione.
- 51 Coactus ecclesiæ ædificare ius patronatus non potest ex hoc sibi querere.
- 52 Bonum coactus non remuneratur.
- 53 Deum esse adverbiorum, & non nominum remuneratorem, qualiter in-  
 telligitur.
- 54 Ius patronatus non confertur in inuitum. & num. 55.
- 55 Fundatio facta de male questis ius non tribuit patronatus.
- 56 Eleemosyna multis capitur modis.
- 57 Fundatio ex male questis facta, quorum dominium translatum est, est va-  
 lida.
- 58 Deus impiorum dona non probat.
- 59 Meretrix illi: itè questia retinere potest & ex eis elemosynas facere.
- 60 Ecclesiæ an possit fundari ex fructibus male questorum.
- 61 Ecclesiæ constructa ex male partis an debeat destrui.
- 62 Ius patronatus cui queratur ex fundatione facta de bonis male questis.
- 63 Ecclesiæ in quibus locis fundari possit.
- 64 Fundare seu ædificare ecclesiam an possit quis compelli.
- 65 Episcopus quando ecclesiæ nouam ædificare cogatur.
- 66 Fundare ecclesiæ an dicitur qui donum dat vt in eam conuertatur.
- 67 Fundatio præsumitur solennis in dubio.
- 68 Fundatio cuiuslibet ecclesiæ an tribuit ius patronatus.
- 69 Conuentus, collegium & capitulum sunt termini synonymi.
- 70 Laicus quale ius in ecclesiæ collegiata habere possit.
- 71 Patronus presentando eligere dicitur.
- 72 Electio quid conferat electo.
- 73 Ecclesiæ qualiter cognoscatur esse collegiata.
- 74 Parochia aliqua cum dignitate & aliqua sine dignitate inuenitur.
- 75 Parochia simplex que sit.
- 76 Dignitas an possit vni simpliciter parochia.
- 77 Ecclesiæ tribus capitulorum.
- 78 Capella que dicatur & quot modis capiatur.
- 79 Capella in domo priuata fieri potest.
- 80 Prelatus fundans capellam in ecclesiæ an sibi querat ius in eadem.
- 81 Ecclesiæ fundans capellam ius sibi querit in eadem.
- 82 Capella nomine quandoque venit ecclesiæ parochialis.
- 83 Altare in ecclesiæ consecrata non constituitur sine licentia episcopi.
- 84 Altare mobile seu viaticum quod dicatur.
- 85 Basilica quid proprie dicatur.
- 86 Fundare volens an possit aliquem cogere ad vendendum fundum pro ea  
 fundanda.
- 87 Bona ecclesiæ vendi possunt pro redimendis captiuis.
- 88 Vendere quis cogi potest pro fundatione vel ampliatione monasterij.
- 89 Altare vel capella an possit fundari inuito plebano.
- 90 Fundatori nouo plus fauetur quam antiquo.
- 91 Conceditur de facili quod nocet nemini.
- 92 Fundans ecclesiæ in solo proprio, sed de pecunia aliena, an querat sibi ius  
 patronatus.

**T**ertio videndum est vnde iura patronatus de-  
 scendant. ¶ Primò incipiendo à iure pa-  
 tronatus ecclesiæ: ponit Hostiens. in sum. v. causas  
 ex quibus tale ius procedit. scilicet fundatione  
 ecclesiæ: dotatione: datione fundi: re ædificatione:  
 quas singularem numerabo addendo illis quæstiones neces-  
 sarias accessorias ad materiam istam iuris patronatus. Prima  
 igitur causa est fundatio, lex qua acquiruntur ius patronatus.  
 Cum enim ius patronatus ecclesiæ causeatur ab ipsa ecclesiæ:  
 & ecclesiæ non possit sine fundatione stare: fundatio ergo  
 erit causa ipsius ecclesiæ: & per consequens iuris patrona-  
 tus. capitul. nobis. eod. in prin. c. frugentius. ca. pia mentis. xvj.  
 q. vij. in quibus dicitur qui construxit vel fundauit ecclesiam  
 ad illum



# Tertia Pars.

ad illum spectabit prouidere & tueri talem & processionis  
 2 aditum habere. ¶ Aduertendum est autem quod fundare du-  
 pliciter intelligitur: nam fundare intelligitur: qui dat fundum  
 ad fundandum & acquiritur ei ius patronatus. Secundò quan-  
 do quis facit ædificare, & similiter acquiritur ei ius patronat.  
 Panor. in rub. extra eo. in c. ad audientiam. in iij. not. de eccle.  
 ædifi. Item intelligendum est verbum fundare, ciuilitate, vt ille  
 dicatur fundare qui facit ecclesiam suis construi sumptibus  
 & ei acquiritur ius patro. non murario qui construit: Panor.  
 in d. rub. ca. monasterium. xvj. q. vij. Nisi murarius suis sumpti-  
 bus faceret: vel nisi ipse imponeret operas: alius impensas:  
 quia tunc cuilibet acquireretur ius pat. Ioan. And. in c. nobis.  
 in iij. col. ver. construxit. de iure patrona. vbi dicit non referre:  
 an laboribus: an sumptibus aliquid fiat. Iuxta illam primam  
 causam congruenter videndum an ex omni fundatione eccle-  
 3 siæ acquiratur ius patronatus. ¶ Primò quæro Quæ sit  
 fundatio: quæ ius patronat. tribuit. Solutio, illa tribuit quæ fa-  
 cta est iuris ordine seruato scilicet cum autoritate diocæ-  
 sani, cum aliter ecclesia fundari non potest, nisi ipse diocæsanus  
 veniat vel mittat, crucem figat & orationes ad deum fun-  
 dat atrium designando. c. nemo. de consecra. distinct. j. §. illud.  
 autem. de monach. colum. j. alias potest episcopus ad placi-  
 tum talem ecclesiam reuocare. c. cum olim. §. in super. de pri-  
 uile. c. placuit. j. q. ij. §. si quis autem. j. authen. de ecclesia. titul.  
 §. sancimus igitur. authen. vt nullus fabricet orato. do. colum.  
 4 v. Secundo ¶ quæro an solus episcopi consensus cum supra-  
 scriptis sufficiat ad fundationem: an alia requirantur ad ne-  
 cessitatem fundationis. Solutio, antequam episcopus adhi-  
 beat consensus de necessitate requiritur, qd fundans primò  
 assignet dotem pro ipsa ecclesia fundanda. d. cap. nemo. & d.  
 §. j. authen. vt nullus fab. ora. do. quæ dos datur ad custodiam  
 ipsius ecclesiæ ad custodiam alimenta ad luminaria. d. iurib. &  
 ad cler. sustentati. qui ad minus duo esse debent: vt vnus sit  
 qui possit cadentem subleuare. c. illud. vij. q. cap. proposuit. de  
 filiis presb. capi. vt vnusquisque de vita & hone. cler. sed quia  
 non potest ecclesia nisi vni esse desponsata: ideo non poterit  
 nisi vnus esse prælati: alius erit coadiutor. d. cap. illud. c. sicut  
 5 xxj. q. ij. ¶ vcl si præbenda vel ecclesia sit abundans, tunc po-  
 test episcopus de vna facere duas: sicut & de prouincia pos-  
 sunt fieri duæ. c. lege Imperatorum. x. distinctio. c. peruenit c.  
 j. distinctio. Et de duab. vnâ facit. ca. sicut. de exce. præla. sed  
 vnio talis episcopatum ad summum pontificem pertinet:  
 vnio aliarum ecclesiâ ad diocæsanos. de tali dotatione ha-  
 bebatur in c. piæ mentis. xvj. q. vij. ad ipsum autem episcopum  
 spectat prouidere de numero clericorum: & aliorum neces-  
 sariorum. d. authen. vt nul. fa. ora. do. §. j. & si dos talis non suf-  
 ficat: tunc debet ad arbitrium ipsius episcopi dotari: vt ibi. &  
 authen. de eccle. titu. §. si quis ¶ autem voluerit. Item in tan-  
 tum debet dotare quod ad hospitalitatem sustinendam suffi-  
 ciat: & iura episcopalia persoluenda. cap. ij. de supplen. negli.  
 præla. c. de mona. de præben. Si autem hoc omisit episcopus  
 tempore quo primarium lapidem posuit in tempore conse-  
 crationis ecclesiæ debet hoc perere: & fundator vel eius  
 hæredes ad hoc tenebitur. c. cum sicut. de consecra. eccle. vel  
 alta. & ibi glo. distinguit quæ erit dos competens inter eccle-  
 7 sias quæ fundantur. ¶ Si monasterium, ad minus quinque de-  
 bebunt esse monachi. Si collegiata, ad minus duo vel tres. d.  
 ca. placuit. j. q. ij. & pro illis personis sufficienter dotare. Si  
 autem hoc omisit episcopus in consecratione: tunc tenetur  
 episcopus dotare ecclesiam: sicut quando ordinat aliquem  
 sine tit. c. ij. de præben. d. quia talem ordinatum tenetur pro-  
 uidere de præben. ca. cum secundum eo. quod in subsidium  
 fit, quando fundans non esset amplius soluendo. Si autem es-  
 set soluendo adhuc possit ipse fundator per episcopum cogi  
 ad dotandum. c. cum sicut de conse. eccle. & ibi gl. ponit to-  
 tam hanc practicâ. c. piæ. xvj. q. vij. l. qui liberos. ff. de ritu nup.  
 vbi tenetur pater querere conditionem filiabus vt nubant,  
 & dotare, & ad hoc cogitur. Si non vult patronus competen-  
 ter dotare: prohibetur exercere iura patro. c. ad audientiam,  
 & ibi Panor. de ecclesiis ædificandis. idem de heredib. suis,  
 qui etiam ad hoc poterunt cogi. §. si quis ædificationem. au-  
 then. de ec. titu. vbi dicitur si cœpit ædificare oratorium illud  
 tenetur intra v. annos perficere. Ita etiam in fundatione hos-  
 pitalis requiritur consensus episcopi, si vult quod ecclesia  
 8 sica gaudeat libertate: vt ibi de sibilibus xemodochiis de qui-  
 bus Hostien. tit. de relig. do. §. quis dicatur locus religio. tit. de  
 regu. §. j. ver. quid de rusticis ¶ domum autem piam ad paupe-  
 res recipiendos vel alios infirmos facere quis potest ad placi-  
 tum, ita quod non dicitur locus saccr sed religiosus largo  
 modo: & poterit talis locus ad placitum vendi nec gaudebit

ecclesiastica libertate, ita potest intelligi. s. religiosum. in sit.  
 de re diui. Sine ergo dotatione non potest aliquis fundare ec-  
 clesiam. vt supra. Fallit quando immineret necessitas & peri-  
 culum animarum: quia villa vel castrum esse valde remotum  
 à parochiali ecclesia: tunc noua poterit fundari ecclesia etiam  
 in præiudicium par. & sine sufficienti dote. ca. ad audientiam.  
 primo de eccl. ædific. Et ecclesiæ hoc modo prouidebitur. i.  
 episcopus compellit populum ad subueniendum capellano.  
 Si populus non sufficit, compellet abbatem vel præpositum  
 cui capella subest. quibus deficientibus. prouidebit de suo. c. n.  
 eod. tit. si non potest vltimum erit remedium vt capellanus  
 ex industria sua quærat sibi victum. ca. clericus victum. xcj. di-  
 stinct. & ibi gl. & c. j. xxj. q. j. quod dicit Panor. in d. c. ad audien-  
 9 tiam. valde nota ad limitationem. d. c. nemo. de consec. distin-  
 ctio. prima. ¶ Tertio quæro. An mulier possit ecclesiam fun-  
 dare. ij. breuiter. Licet cap. nobis. loquatur in masculino ge-  
 nere: quod si quis ecclesiam construxit de iure patronatus  
 cap. piæ. & cap. frigidus. cap. filius. xvj. quæstio. vij. tamen te-  
 net Panor. in dict. ca. nobis. quod sic: cum masculinum con-  
 cipiat foemininum. cap. generali. & ibi glo. vniuersas. de elec.  
 in vj. l. j. ff. de verborum significationibus. l. tres fratres. ff. de  
 pact. Etiam in delictis & poenalibus masculinum genus con-  
 tinet foemininum. capit. si quis suadente. xvij. quæstio. iij. ca. mu-  
 lieres. de sen. excomm. & sic apparet quod quilibet masculus  
 & foemina possunt fundare domum religiosam remanente  
 nomine generali. sed factam non: nisi autoritate episcopi  
67 q. ij. religiosum. xvij. q. secunda. c. quidam. ¶ Trigesimo quæro. an diceretur quis fundare ecclesiam dando domum vel palatium aliquod vt in ecclesiam interueniente Episcopi cōsensu conuertatur: dato quod hac intentione fundauerit: vt in domum priuatum haberet. ad hoc Archi. in c. nemo. de cō. se. dist. j. vbi dicit posse dari tales domos, sicut fecit Bonifaci⁹ qui consecrauit templum idolorum beate virginis ac martyribus & omnib. sanctis: ac locum sanctæ Mariæ ad martyres appellauit: quæ nunc sancta Maria rotunda à populo Romano vocatur: vt in historia lombardica habetur: tūc debet Episcopus vel alius loco eius & crucem in d. loco figere & locum illum deo dicare. Ita fuit factum Mediolani ex magno palatio Castellani de Eustachis monialibus sanctæ Agnetis donato. per illustrem principem Ludouicum ducem Mediolani consecrato per Archiepiscopum: alias possit quilibet sine episcopo facere ecclesiam. c. vnicuique. de conse. dist. j. c. si quis extra. xxx. di. & ibi sub pœna excommu. prohibetur qs vocare populos ad locum tanquam ad ecclesiam si non fuit fundata vel consecrata. vt §. in secunda. q. istius causæ acquiritur ius pat. ¶ Trigesimo primo quæro. Quid si fuit ecclesia edificata & non apparet de solemnitate. requiritur ad fundandam ecclesiam de quib. supra in secunda. q. huius causæ, an tales præsumantur. Archi. in d. c. nemo. de conse. dist. j. tenet qd si locus sit in forma ecclesie celebratur, & ibi sint sacerdotes qui celebrent, qd omnes præsumuntur præcessisse, & debet ecclesia iudicari & gaudere priuilegiis ecclesiasticis. c. quid in terrogasti. xxvij. dist. vbi ex habitu sumptu præsumitur quælibet mulier monialis, ita quod impeditur matrimonium. cap. quam progenitores. xx. q. j. xxvij. q. j. viduas. cum aliis per eū ibi allegatis. sic etiam nō. per gl. in l. sciendum. ff. de ver. ob. vbi traditur per legistas materia que de solemnitate. loquitur requisitis aliquo facto vt tales interuenisse præsumantur, vt in stipulatione in qua requiritur interrogatio si non apparet de illa. sed de stipul. tamē omnia præsumuntur solēnitē acta.

69 vt ibi tex. & in §. si scriptum. instit. de inuti. stipu. ¶ Trigesimo secundo quæro, an ius patron. acquiratur ex fundatione cuiuslibet ecclesie vel altaris in qualibet ecclesia & cui. huic q. puto posse responderi, licet non factam inueniam, colligendo dicta doctorum quod acquiritur. vt §. definitū est in j. par. artic. xxxij. ex constructione cuiuslibet ecclesie non collegiata: quia nullus in tali ecclesia instituendus est nisi à patrono præsentetur: alias institutus remouendus est. c. illud. de iure pat. c. decernimus. xvj. q. vij. Patr. autem intelligitur verus vel putatiuus, qd sit in possessione vel quasi present. c. consulta tionib. extra eo. de iure pat. Host. e. tit. §. quid comperat. in collegiata vero ecclesia potest fieri electio prælatore vacantis p capitulum, nec potest patro. præsentare in talib. sed electus debet patrono præsentari vt ipse approbet vel consentiat ad illam electionem: qui tamen si noller consentire nō per hoc irritaretur electio facta, nec posset allegare aliquam consuetudinem vel abusum in contra. in cap. eum terra. de elect. & licet textus ibi videatur loqui de conuentuali ecclesia quæ secundum vulgares intelligeretur de regulari in qua esset cōuentus religiosorum, tamen habet locum etiam in ecclesia collegiata: quia quælibet ecclesia collegiata potest dici conuentualis licet sit secularis, non regularis. potest etiam appellari capitulum seu vniuersitas: ¶ quia sunt synonyma conuentus: collegium: capitulum: licet regulariter cōuentus dicitur religiosorum, capitulum laicorum, tamen dicit ibi Panormi. probari iure illa differentia: sed in contrarium esse. c. cum terra. & cap. sanctæ crucis. de rescrip. quid autem operetur talis consensus patroni ex quo non potest electionem impedire. declarat ibi Panormi. quia poterit omnes suas exceptiones opponere, vt postea in futurum in aliis actib. nō potest aliquid opponere. concord. ca. cum inter. cap. sacrosancta. capitulo. Messana. de elect. Similiter & ei debetur honor precedendi in processione & alia præter ius presentandi. de quibus in cap. pit. nobis. in fine eodem. ¶ Laicus autem non potest in collegiata ecclesia eligere, quia esset contra libertatem ecclesie. Pau. de Cirado. de iure Pat. LLLI 3 ficam

# Tertia pars causa I. acquiren.

faciam. dicto capit. cum terra. nisi sibi in fundatione esset ius  
reservatum, ut cum aliis possit eligere, ut not. in c. nobis. de  
iure patronat. ideo non potest laicus eligere, cum electio di-  
catur fieri ex pluribus vocibus & patronus unicam habet: &  
licet essent plures patroni, non tamen dicuntur eligere laici  
patroni, sed presentare, consentire, vel postulare: ut per Hof-  
in tit. de elec. §. in quibus. §. ubi vero. Si quaeratur quare non  
ita eligunt patroni laici sicut presentant, dico hoc procede-  
re ex prohibitione canonis, qui non vult talem dignitatis ec-  
clesiam per laicum posse conferri, cum forte in praedictum  
ecclesiam aliquem possit eligere contra dictam libertatem ec-  
clesiae. d. c. cum terra. de elec. Sic etiam videmus in simili cano-  
nem prohibentem laicum patronum posse aliquem recto-  
rem ecclesiae instituire. c. nobis. de iure patron. c. decernimus  
xvi. q. vii. quo d. patronus potest in praedictum Episcopi iura  
canonica mutare, nec facere quod iura canonica, non habeat  
locum in sua dispositione. c. tua. & c. requisiti. de testament. l.  
72 nemo. ff. de leg. j. Verum est autem quod patroni large lo-  
quendo, presentando dicuntur eligere d. c. nobis. sed illa ele-  
ctio non tribuit ius electio, prout illa quae fit a capitulo quae p-  
prie dicitur electio. c. cum inter canonicos. de elect. gl. in cap.  
73 quanto. l. xii. dist. 1. quae dicitur electionem acquiri dignita-  
tem & ius administrandi per confirmationem exercitium: sed  
per presentationem vel electionem quam facit patronus non  
acquiritur tale ius. c. quod autem. de iure patron. & sic appa-  
ret, quod in ecclesia non collegiata quacunque acquiratur  
ius patronatus, etiam si fuerit parochialis & habet presenta-  
re rectorem patron. Quomodo cognoscamus an ecclesia  
sit collegiata vel non, hoc ponit Panor. in c. nobis. in gl. con-  
ventuali eo. & omnes appellant non collegiata extra cathedrales  
& conventuales vel regulares, puta si fuit per patronum  
institutum, ut ibi esset rector cum vno clerico, si fuit constitu-  
tum, ut ibi essent plures collegiati: tunc dicitur collegiata & ha-  
bebit iura collegii. Si non apparet de institutione, tunc defen-  
ditur ecclesia in possessione sua in qua fuerit: tunc quando  
agitur ut si fuit in possessione collegii habebitur pro collegio  
alias tractabitur ut simplex beneficium & hoc declarat ibi  
75 Panor. quomodo utrunque hoc cognoscatur. Adde ad  
haec quod etiam inter parochiales ecclesias est differentia: quia  
alia ecclesia dicitur plebania cum dignitate: alia sine. Pleba-  
nia quae habet sub se certas capellas in quibus sunt clerici ha-  
bentes ius in illis, nec ab eis sine culpa possent remoueri: talis  
plebaniae rector non dicitur habere simplex beneficium, sed  
cum dignitate. Et dicitur plebanatus collegiatus: unde talis  
non possit audire leges, sicut nec alii habentes alias dignita-  
tes ecclesiasticas, de quibus in c. super Specula. ne cleri vel mo-  
na. c. j. eod. in sexto. nec deberet prouideri alicui habenti lite-  
ras: ut ei prouideatur de beneficio curato de tali plebania: sed  
de ecclesia curata non habente capellas sub se secundum In-  
nocentium & Hostien. in c. si de praebend. quia dicunt tales pleba-  
natus esse dignitatis Gemin. in c. primo. ne cler. vel mon. in vj.  
Fede. de Senis. q. lxxj. Archi. in c. statutum. de elec. adducendo  
cap. extirpandae. §. quia vero. de praeben. cum aliis Panor. ibi in  
repetitione. Idem etiam quando non haberet sub se capel-  
las talis ecclesia, sed plures sacerdotes vel capellas, nam utro-  
que casu dicitur plebania cum dignitate propter irridictio-  
nem quam habet ratione collegii vel capellarum: & in utroque  
casu habet locum prohibitio de qua in c. super Specu. & c. sta-  
tutum. & ibi Gemin. in vj. unde tales plebanatus non veniunt  
sub generali praecipio rectorum: puta ut in c. licet canon. de  
elect. in vj. ubi nullus in rectorum animarum assumi debet, qui  
non attigerit xxv. annum & moribus & scientia commenda-  
tus existat: iterum in c. statutum eod. quod nullus rector ani-  
marum assumptus differat promotionem suam ultra annum,  
sub poena privationis non veniet plebanatus, de quibus supra,  
ut in utroque Geminianus loco & gl. & Archid. multo ergo  
fortius ubi esset plebanatus collegiatus & habes sub se capel-  
las, ut iste noster plebanatus Friburgensis laudabilis, non dice-  
tur simplex beneficium, sed cum dignitate. ¶ Alia dicitur  
76 parochia simplex in qua sacerdos cum solo clerico residet,  
de quibus in cap. j. xii. q. j. Archidiacon. in d. c. licet canon. de  
elec. in vj. & ibi ponit unde dicitur parochia. In parochiis autem  
cum dignitate adhuc retinetur ius patronatus: quia non  
77 reperitur immutatum. An dignitas ecclesiastica possit vni-  
ri simplici parochia, vide Archidiacon. in d. c. statutum. de e-  
lec. Melius Panor. in c. extirpandae. §. quia vero. in repe. de pra-  
ben. ibi appellat beneficium simplex sine cura & dignitate in-  
notabilibus. idem dicere possumus simplicem parochiam non  
collegiatam, vel non habentem sub se capellas. Sicut autem  
dixi acquiri ius patronat. ecclesiae non collegiatae patrono ex

construione, ita etiam dico acquiri ex construione cuius  
libet capelle vel in ecclesia facta vel e contra, ut proprie loquitur  
tex. in dicto capit. nobis. alias capelle in ecclesia appellan-  
tur altaria, alias ponitur altare pro ecclesia & e contra eccle-  
sia pro altari. c. si q. j. xv. q. iiii. ubi ponitur altare pro ecclesia.  
c. quae sum. §. q. iij. c. si motum. §. q. j. Talia altaria non constru-  
untur sine consensu episcopi. ca. nullus. de consec. dist. j. nec sine  
reliquis. c. seq. Ut praedicta & j. dicenda intelligantur. ¶ Sciendum  
78 est quod ecclesia capitur tribus modis. Primo dicitur locus parie-  
ribus circumdatus, consecratus, ubi consueverunt timentes,  
Deum veniam peccatorum petere. §. quia vero ita compe-  
riuntur. athen. ut lice. ma. & auz. col. octava. c. primo. de co-  
secra. dist. prima. isto modo accipitur ecclesia in qua habetur  
ius pat. vel non habetur, ut in cathedralibus. dicitur ergo eccle-  
sia quia diuina domus deo dicata ad sacramenta & diuina officia  
celebranda Deo. Host. de conse. eccl. in prin. Azo in summa.  
C. de fac. san. eccl. Secundo dicitur collectio omnium fidelium.  
l. nemo. ij. l. i. ubi nemo. C. de Episc. audien. c. ecclesia. de consec.  
dist. prima. Tertio dicitur ecclesia, persona vel persone plures  
destinatæ ad seruiendum Deo de quibus in l. si. & penulti. C. de  
sacrofan. eccl. & neutro istorum nihil ad materiam nostram.  
Azo. eo. tit. Aliis etiam pluribus modis dicitur ecclesia de quibus  
79 per gl. in c. querelam ne pra. vi. suas. ¶ Secundo scien-  
dum est quod capella dicitur locus in ecclesia priuatus vel ex-  
tra ecclesiam qui debet esse Deo consecratus. ca. ecclesia. de  
consec. dist. j. ad haec. de reli. dom. Ideo tempore interdicti non  
debet in eis celebrari. Card. post gl. in cle. secunda. in j. opi. de  
sen. excommu. quia capellae tanquam accessoriae dependent  
a locis in quibus sunt: & ut accessoriae cum eis transeunt. Ex co-  
struione vel dotatione talis capella acquiritur ius pat. ut §.  
c. nobis. de iure pat. Dicitur autem capella ecclesia quasi capi-  
ens laicos, id est populos vel capiens laudem. Archidiacon. in  
c. concedimus. de consec. dist. j. vel dicitur ad similitudinem:  
nam olim dicebatur capella tugurium caprarum pellibus ca-  
parum tectum. gl. in d. c. concedimus. Arch. in c. si plures. v. 6.  
q. j. ¶ Talis capella etiam in domo priuata fieri potest & ha-  
80 beri secundum Inno. in c. ad haec. de elect. & in c. ex literis. de  
iure pat. Sed cum auctoritate episcopi. Ioann. Fabri in §. reli-  
giosum. instit. de rerum diu. Alex. in l. prima. ff. de religio. &  
sum. fu. Si autem talis capella in ecclesia parochiali fuerit co-  
struata, tunc dico quod etiam ecclesiae acquiritur ius patron.  
sicut ex dotatione fundi cuiuslibet acquiritur laico: etiam ecclesiae  
acquiritur: quia dicitur dare fundum in quo capella vel alta-  
re fundatur ex cuius dotatione acquiritur ius pat. c. pia. c. filius.  
decima. extra. quaestione septima. cum supra allegatis. Panor.  
in terminis in c. ad audientiam. secunda col. per illum tex. Et  
dicit illud valde non quia in multis locis per inaduentiam  
81 non seruat. Si autem praelatus ecclesiae ex residuaris ex pre-  
latura vel praebenda fundaret in ecclesia capellam, non puto  
quod acquiratur sibi ius pat. aut consanguineis sed ecclesiae  
tantum. c. apostolico. xij. q. ij. & ibi per gl. & per Arch. Nam Pa-  
nor. dicit tales praelatos peccare edificantes capellas & eas  
patrimonio attribuentes & sibi ius pat. vendicantes. in d. c. ad  
audientiam. tertia col. de ec. aedi. haberet in c. quaestio. & ibi  
per gl. primam. xvij. q. quarta. per illa iura dicit Panor. quem  
instrui posse quid sciendum de ecclesia quam praelatus funda-  
uit ut illi acquiratur ecclesia in qua habuit praelaturam, licet ibi  
82 gl. non citare loquatur. ¶ Iuxta haec posset dubitari quid si ali-  
qua ecclesia construeret capellam intra limites suae ecclesiae:  
an sibi acquiratur ius patronat. per d. c. audientiam. dicit Pan.  
ibi quod sic, & illi posse per proprium sacerdotem deseruire  
per gl. in c. eam te. de eta. & qua. de qua Inn. in c. in lateranen-  
de praeb. in si. secunde. colum. Sed iura allegata generaliter lo-  
quuntur in ecclesia edificante, quae non videtur in praedictum  
episcopi posse edificari, ut per Panor. in d. c. nisi a mona-  
sterio construerentur, quia tunc monasterio spectant in totum  
quo ad temporalia. Et sic pinguius ius habet monasterium ex  
83 fundatione quam laicus: nec mirum cum monachi sint cleri-  
ci. de quo per Host. in §. secundo. in tit. de capel. mona. ¶ Ca-  
pellae etiam appellatione venit ecclesia parochialis: ut Panor.  
in c. exposuisti. in v. nor. de praeben. Tertio sciendum quod  
in ecclesia fundantur altaria quae dicuntur quasi alteres: in quibus  
sacerdos olim thura ardebat, quod nos altare dicimus: an-  
tiqui aras ab ardore dixerunt: proprie altare est Dei cellaria  
habetur in infernalium, quos infideles colere. De hoc altari  
habetur per Archid. in cap. de forma. de consecra. dist. j. prima.  
Altare autem Christum significat, Archi. in cap. in scri-  
pturis. octava. quaestio. prima. ca. reuera. de consecra. dist. j. secunda.  
altare autem aliud est immobile aliud mobile. Im-  
mobile est lapideum vel arctum. non in cap. alraria. de con-  
secra.

seca. distinc. j. per Archi. & gl. liba assignantes rationem: quia altare Christum significat: & Christus petra dicitur: & istud debet construi in ecclesia, siue sit consecrata, siue non consecrata: & tunc sine licentia Episcopi. ¶ In consecrata vero non consistit sine licentia Episcopi sicut nec destruitur sine eius licentia: ita etiam per eum solum, vel alium eius mandato consecratur vel desecratur, ut probatur hæc in c. nullus presbyter. & c. placuit. de conse. di. prima. siue altari non dicitur ecclesia, per Archi. in d. c. nullus. talia altaria possunt per quemcumque erigi. si etiam tales possent construere ecclesias de quibus. s. satis per ix. q. in hac causa. Requiritur tamen in hoc licentia episcopi, & reliquæ alicuius sancti in eius honore fundatur, vel certitudo passionis eius sancti in eo loco ubi edificatur altare habitæ. d. c. placuit: & construens si illud altare dotat taliter ut sacerdos possit ei deseruire: tunc sibi acquiritur ius patris. sicut. s. dixi ex ædificatione ecclesie, in j. & secunda q. istius causæ. & infra dicam in sequenti c. à paritate ergo rōnis licet aliud sit ecclesia, aliud altare: ut in c. ecclesie. de consec. dist. j. tamen isto casu ita acquiritur ius patris ex altaris fundatione, vel donatione, sicut ex ecclesie fundatione. ¶ Altare aliud mobile est, quod uaticum dicitur: vel portatile, quod fit ex parua lapidea tabula consecrata. c. si. de priu. li. sexto. & ibi Ge. & Archi. c. concedimus. de conse. dist. j. dicitur tale uaticum à via: quia uehitur vel portatur. s. talib. possunt celebrari diuina per eos quibus est concessum per Papam. d. c. si. dum in loco firmo reponatur, non autem in mari vel in nauis. In istis mobilibus, non puto altaribus, consistere ius patris, propter mobilitatē eū non possunt esse perpetua, & per consequens nec dotari. Itē quia regulariter non permittitur talia altaria fundari. d. c. si. Ideo si ex speciali gratia alicui concederetur forte & per Papam posset illud ius patris concedi, quod regulis nostri iuris non esset subiectum: de quibus iste loquitur tractatus. Tale altare portatile quod potest per totam christianitatem portari solum papa concessit vel potest concedere. Alii ut Episcopi & similes in casu necessitatis possunt. Gemi. in c. si. de priu. in vj. ¶ Quarto oratorium, quod quisque ad placitum fundare potest, non tamen in eo sine diocesano celebrabitur. s. dixi. q. xxix. in si. nec sunt ibi aliquæ campanæ. ca. patentibus de priu. Panor. in c. si. de eccle. ædifican. ¶ Quinto est Basilica quæ proprie dicitur ecclesia non consecrata. tex. est cum gl. in c. j. de reli. domi. quæ ibi no. q. Eps proprie dicitur consecratus: monachus proprie professus. dicitur autem basilica à Basilio principe Imperatore greco, qui primus fecit se in ecclesia sepeliri. vel dicitur domus regis: unde quia in ecclesia seruitur supremo regi: ideo dicitur Basilica: basilicos grece regem latine significat. Archi. in c. non oportet. ij. xxij. dist. has basilicas in Romana curia plures fundatas à Constantino Imperatore. primus sacrauit Siluester Papa: postmodum mandauit in eius similitudinem ut cæteræ omnes basilicæ consecrarentur ut habetur in historiis antiquis. consecrata ergo ecclesia basilica non dicitur. c. basilicas. de conse. di. prima. sed post consecrationem dicitur ecclesia quod est uerbum grecum & idem est quod conuocatio: quia ad eam uocantur omnes Christi Christi fideles. c. ecclesia. de conse. dist. j. Panor. in c. j. de relig. dom. & c. si. de eccle. ædifican. dist. i. latius in rub. de conse. eccle. vel alt. Et licet ista nomina proprie sumpta diuersa significant, tamen pro maiori parte iura abusiue utuntur tempus unū ponēdo pro alio: ut expresse in c. quicquid. de eccle. ædifican. & ibi Pan. & quicquid fundauerit quis de superscriptis si consecratum fuerit: ut que sacerdos saltem cum clerico ibi stare possit prouisum per donationem fuerit, no dubito quin illi acquiratur ius patris. si autem non esset dotatus, tunc regulariter non consecratur locus: ideo etiam non haberetur ius patris. d. c. pia. & c. frigentius. xvj. q. vij. auth. ut nullus fa. ora. do. colum. v. nisi ecclesia ordinis medicatū fundaretur, vel nisi ecclesia aliqua ex redditibus alicuius monasterii ædificaretur: quia tunc non dotantur. ¶ Trigesimo tertio quæro, quid si quia habens plures pecunias abique agris, an posset cogere aliquem, ad uendendum pro fundanda ecclesia. In hac q. licet neminem reperiam tangentem, tamen ex similibus casibus credo, q. quis cogatur vendere fundum pro ecclesia fundanda: eo quia uideamus quod si quis haberet sepulturam in agro alicuius: prout olim habuerunt antiqui: & non haberet uiam ad illud, cogatur quis vendere uiam ad ipsum sepulchrum. l. si quis sepulchrum. in prin. ff. de reli. & sum. fu. & ibi est speciale fauore religionis: ergo & in q. ista debet quis cogi specialiter vendere fauore religionis: sicut uidemus, quod in pluribus casibus specialiter quis cogitur fauore ecclesie ad aliquid faciendum, ad quod alias non cogeretur, ut supra dixi in vigesimo. & seq. q. huius causæ. Secundo uidemus, quod cogitur quis vende-

re seruum communem fauore libertatis quando à consocio fuit data libertas. l. prima. C. de communi ser. manu. l. vni. §. illud. C. de lati. libe. tol. ubi etiam integrum totum seruum solus dominus cogitur vendere, quando extraneus dat precium: quia uult eum manumittere. §. fin. in sti. de his qui sui sui uel alie. in. si hoc procedit fauore libertatis: ergo fortius fauore ecclesie: qui fauor respicit salutem animarum, quæ cunctis est præferenda. l. sanc. C. de sac. san. eccle. ¶ ubi fauore animarum captiuarum possunt uendi bona ecclesie: qui fauor libertatis, & ecclesie, æquiparatur, ut no. gl. in capitu. primo. de censibus per capitulum secundum canonicam. xxij. q. finali. nam si seruus efficitur presbyter acquirat libertatem: ergo poterit quis etiam domino inuito in eius fundo edificare ecclesiam, iusto tamen precio oblato pro tali loco, quod ad arbitrium præsidis dabitur: ut in dicta. l. si quis sepulchrum. ¶ Tertio facit: quia si monachi haberent angustum monasterium, & uellent ædificium ampliare, coguntur vicini officio iudicis vendere agros. uel domos uicinas pro tali ampliatione ut Guillelmus & Florianus in dicta. l. si quis sepulchrum. Floria. in l. secunda. §. locus. ff. de religiosis domib. Ang. in l. prima. ff. solu. matr. qui ita dicit obtinuisse de facto: & ibi Bald. Ioan. de Imol. in capitu. apostolica. de donatio. Si hoc procedit in ampliatione fauore reigionis multo magis in noua fundatione religio magis uiget ex fundatione quæ ex ampliatione. capitulo finali. de ref. in sexto. clementin. fina. eodem unde tenet Cepola in fin. colum. tractatus serui. ubi. quod non solum pro ecclesia augenda uel monasterio, sed etiam pro noua domo construenda hoc fieri posset: ut ipse dicit se obtinuisse in ciuitate Verone. quia ubi tractatur de fauore publico, cogitur quis vendere. l. secunda. ff. de his qui sunt sui uel alien. in §. si instituit. eod. & publicus fauor est quod ciuitas sit pulchris ædificiis ornata: unde domui affixa legari non possunt: ne auellendo ruat ædificium. l. cætera. de leg. primo. Et sic ego tenent quod potest inuito domino fundi fundari ecclesia soluto, uel oblato precio pro fundo. Nec obstat. l. nec emere. C. de iure. delibe. l. inuitum. C. de contrahen. emp. l. nemo. C. de iudi. l. sicut. C. de action. & ob. quæ uolunt quod nullus cogitur contrahere præsertim vendere quia procedunt ubi non habere locum publicus fauor. Pro ista. q. uide Bald. q. seq. allegatum in si. ¶ Trigesimo quarto quæro, per prædicta puto, quod etiam inuito plebano posset fundari altare, uel capella in ecclesia, uel extra intra fines illius ecclesie matricis. quando quis fundaret eam excluso omni damno matricis ecclesie: imo etiam si sequeretur aliquod damnum non magnum, puto quod non deberet quis impediri facere talem ædificationem, quæ tendit ad augendum cultum diuinum: cui summi pontifices quantum possunt fauent non habita consideratione ad aliquod priuatum commodum alicuius plebani, uel alterius. ut de hoc est tex. in ca. ex parte. de conse. c. si. de re. in vj. ubi minuitur cultus diuinus quem desideramus augeri. Item ubi sumus in dubio, magis fauetur religioni quam alteri. l. sunt per sonæ. ff. de relig. & sum. fune. c. ad aud. de homici. c. iubemus de spon. cle. exiui. de ver. sig. Sed ubi non apparet, quod talis ædificatio sit magnum præiudicium allaturæ ecclesie matrici, in dubio dicemus talem admittendum etiam contra uoluntatem plebani. arg. d. l. si quis sepulchrum. Amplia etiam hæc procedere cessante necessitate ædificandi: sic etiam sit ædificium tale quādo interuenit autoritas Papæ etiam rector inuito. c. ad audien. ij. de eccle. ædifican. Si esset necessitas ædificandi, tunc nulla esset dubitatio. capitulo ad audiē. de eccle. ædifican. Host. eod. tit. §. si. non ob. si dicitur non debet cooperari unum altare, ut aliud cooperiatur. l. si §. sed & si quis. in si. §. ibi Bal. no. C. eo. de le. c. exposuisti. & ibi Panor. per illum tex. l. fin. §. si autem. ff. de aqua plu. arc. & sic non deberet fauori fundatori nouo ut diffuatur antiquo plebano: quia dico attendendum maiorem, qui est circa nouum fundatorem, quæ circa antiquum: maxime cum hoc non uertatur in magnum præiudicium antiqui. d. l. si quis sepulchrum. alia iura non tollerarent, ubi ageretur de magno præiudicio: quia iura canonica uolunt competenter honorem debere præstari ecclesie matrici per capellas uel ecclesias infra suos limites positas. capitulo ad audien. de ecclesijs ædifican. ergo uideatur quod debet admitti fundatori qui tractat de maiore fauore anime scilicet quæ rectori ecclesie. auth. multo magis. C. de sacro sanct. ecclesi. ¶ Item quod tibi non nocet & alteri prodest de facili concedendum est. l. in creditore. ff. de eui. & cogor pati aliquid fundamēto fieri, quod factum non nocet, & alteri prodest etiam si ius deficiat quod equitate nititur. l. in summa. §. itē Varrus. ff. de aqua plu. arcen. in si. & pro q. hac facit Bal. in l. secunda. §. si. per illum textum. C. de communi seruo manu ubi uult quod si Pau. de Citado. de iure Pat. LLLI 4 domi



# Tertia pars. Causa II. acquirere.

dominus fundi mandat edificari ecclesiam in testamento coguntur alii condomini vendere, ut edificetur sibi. & illa dec. Bald. multum comprobatur superiorum decisionem in proxima q. posita. Istam questionem intellige quando interuenit Episcopi consensus. Panor. in c. nobis. in primo no. eo. q. nemo ecclesiam vel altare construit sine eo ut ibi. ¶ Trige simo quinto quæro: Quid si quis edificaret ecclesiam in proprio fundo aliena pecunia, an acquiratur illi ius patron. an vero domino pecunia. Solutio, distinguo aut enim fuit pecunia alicuius personæ priuilegiatæ vel ecclesiæ: & tunc ius patron. illis acquiritur ex tali constructione: & solum cedit ratione specialitatis edificio. puta si fuit pecunia ecclesiæ vel pupilli, militisque, vel vxoris, tunc illis acquiritur. capit. apostolicos. & ibi gloss. pen. xij. q. 0. secunda, quæ limitat. §. cum in suo institut. de rerum diu. aut pecunia vel materia ex qua auit edificata ecclesia fuit alterius priuati. & tunc crederem quod acquiratur ius patron. edificanti: sed ipse tenebitur ad pecuniam vel materiam restituendam secundum distinctionem, positam in dict. §. cum in suo. si edificans fuisset in dolo: tunc iurabitur in litem pro illa materia aut non: & tunc cogitur ad duplum.

- 1 Dos quid sit.
- 2 Dos proprium dicitur mulieris patrimonium.
- 3 Dos quare a dando dicitur.
- 4 Dos dicitur quicquid a natura homini datur.
- 5 Dos quare de iur.
- 6 Ecclesia Christi sponsa quare dotetur.
- 7 Dotare ecclesiam quis tenetur.
- 8 Ecclesia indotata a quous potest dotari.
- 9 Ditans ecclesiam ius pat. acquirat.
- 10 Fundator ecclesiam eam cogitur dotare.
- 11 Dotare in quantum quis debeat, ut ius pat. sibi querat.
- 12 Ditans cum dotante primo an querat ius pat.
- 13 Ius pat. an acquiratur ipso iure ex fundatione vel alia causa.
- 14 Receptus a iure communi censetur odiosus.
- 15 Ius pat. an queritur ipso iure, donatione, datione vel fundatione.
- 16 Ius pat. non presumitur quis habere nisi probetur.
- 17 Dotatio an requirit Episcopi consensum.
- 18 Dos ecclesia est dari mulieris simillima.
- 19 Consensu & ratificare in quibus differant.
- 20 Donatio an possit fieri ex quibus bonis.
- 21 Minor non dotat sine decreto iudicis.
- 22 Dos an possit constitui ex bonis emphyteuticis, & an ex usufructu.
- 23 Dotatio ecclesia an possit fieri ex bonis illius, qui nec dotare nec fundare potuit.
- 24 Vitium auctoris non nocet successoribus.
- 25 Donatio ecclesia an possit fieri sub conditione.
- 26 Ecclesia consecrari non debet sub tributaria conditione.
- 27 Pactum seu conditio contra legem contractui appositum vitatur & non vitatur.
- 28 Dotans ecclesiam maius ius sibi querit quam is qui eam fundauit.
- 29 Bona dans, vitam largiri censetur.
- 30 Dos seu dotatio constituitur voluntate.
- 31 Pollicitatione.
- 32 promissione.
- 33 Traditione.
- 34 Acceptilatione.
- 35 Remissione.
- 36 Delegatione.
- 37 Dotibus in dubio fauendum.
- 38 Dos ecclesie an eisdem priuilegiis potatur quibus dos mulieris.
- 39 Indeus filiam Christianam dotare cogitur.
- 40 Dotem promittens excusari non potest quin solvere teneatur.
- 41 Dotem stipulans animo donandi stipulari censetur.
- 42 Dos incerta conditione certi petitur.
- 43 Dotata creditoribus preferatur in hypotheca.
- 44 Dos actionem in viuas parte accipit ex stipulatu.
- 45 Dos ex utraque parte omnia habet hypothecata tacite.
- 46 Dotans an de euictione possit teneri, & an possit illi renunciare.
- 47 Extraneo dotante, & dotem sibi restituere non stipulante fingitur mulier sibi restituere stipulata.
- 48 Dos semel data non diminuitur.
- 49 Dotis causa minoris bona sunt vendenda.
- 50 Dotis causa dari possunt que alias restitutioni subiecta sunt.
- 51 Dos que restituenda post mortem datur de eo quod supererit, de quarta intelligitur.
- 52 Dotata cuiusque prefertur creditor in dote repetenda.
- 53 Dos non confiscatur bonis mariti confiscatis.
- 54 Dotis causa si quid soluitur tanquam indebitum non repetitur.

- 54 Dos pacto deteriorari nequit.
- 55 Dotis actio non variatur ex nouatione.
- 56 Dos in falcidiam non computanda.
- 57 Dotis seruanda causa si mulier in possessionem mittatur fructus lucrabitur.
- 58 Dos etiam in propria actionem parit personalem.
- 59 Dos non publicatur etiam si cetera mulieris bona publicentur.
- 60 Dote in dubio fauetur iudicando.
- 61 Dotis promissio tenet etiam a muliere facta alieno nomine.
- 62 Dos lege non clauditur generali.
- 63 Dote renunciatum non censetur etiam si omni iuri generaliter renunciatur.
- 64 Dotis instrumentum prius factum presumitur ideo ceteris antefertur.
- 65 Dotalia sunt in alienabilia.
- 66 Dotis dilaciones possunt breuiores dari quam in alia causa.
- 67 Dotis causa traditio presumitur facta.
- 68 Pater cogitur filiam dotare licet non teneatur filio legitimam dare.
- 69 Dos matrimonio constante repetitur marito ad inopiam vergente.
- 70 Compensatio in dote locum non habet.
- 71 Maritus dotem restituere non tenetur nisi secundum vires suas.
- 72 Fideiussores pro dote accepta non dantur.
- 73 Domini dotis duo in solidum esse possunt, in ceteris autem rebus non.
- 74 Dos ecclesia non repetitur eo quod ecclesia nunquam moritur.
- 75 Maior viginti quinque annis dotis causa deceptus non restituitur.
- 76 Actio sine cessione in maritum transit vtilis nominibus marito in dote datis.
- 77 Dos an possit post consecrationem ecclesie dari.
- 78 Expensa in dote exigenda sacra an sint deducenda.

**S**ecunda causa ex qua acquiritur ius pat. ecclesia est dotatio ipsius ecclesie capellæ vel altaris. c. nemo. de conse. dist. prima. c. filius. de conse. dist. j. c. quicumque. xvj. q. 0. vj. ¶ Primo quæro circa istam causam: quid sit dos & quare dicatur ecclesia dotari vel capellæ vel altare: quæ synonyma sunt: & quod de vno dicam idem intelligam de altero quo ad hanc materiam acquirendi ius pa. ut dixi in proxima causa. q. xxxij. ¶ Ad quæst. dico quod dos est illud quod a muliere datur, vel eius patre, marito: propter onera matrimonii, ut perpetuo idem dum viuunt sit poenes eum l. prima. §. profectitia. l. etiam. l. si ei nuptura. ff. de iure do. Gof. in capit. Raynutius. & ibi Host. de testa. ¶ & dicitur proprium patrimonium ipsius mulieris. l. ij. §. sed vtrum in fi. ff. de mino. Hec definitio etiam est secundum Azo. in titu. de iure dot. quam definitionem reprobatur Barto. in rubric. sol. matrimon. quia etiam sine datione constituitur dos: ideo diffinit Bar. q. est ius incorporale continens in se quod a muliere vel eius patre datur, vel pro dato vel tradito habetur: & sic est vniuersale nomen sicut hec redias quod valde vtile dicit Bartolus ibi. dicitur autem dos a dando: quia communiter datur, licet aliquid pro dote remittatur, sed remittere est dare. dict. l. si ei. & ad hoc ut sit dos de necessitate requiritur quod sit matrimonium l. tertia. ff. de iure dotium. alias non dicitur dos in isto significato ut §. diffiniui secundum Azo. in summa. C. de iure dot. a dote res dotales dicuntur ut fundi, & serui: quæ res proprie dicantur dotales Bald. post gl. in l. in rebus. C. de iure dot. in fi. secunda col. ¶ Nam etiam quicquid homini datum est vel a natura, vel ab hominibus dos dicitur. vnde dotes animi dicimus prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Dotes vero corporis pulchritudinem & similes: & ab his dicimus hominem virtutibus & vitiis dotatum. de his dotibus nihil ad propositum. ¶ Vnde sicut dos datur marito propter onera matrimonii ei incumbentia: ita datur ecclesie ad custodiendum ipsam luminariaque & similia præseruanda. capit. nemo. de cõsecr. dist. in c. prima. sed quia non dicitur dos sine matrimonio: ideo dico quod ecclesia dicitur dotari eo: quia dicitur ecclesia Christi sponsa: quæ sacerdoti Christi locum representanti in matrimonio coniungitur vxor: & sponsa quam caste sacerdos habere cogitur & sincere tractare, & sicut nõ potest vna mulier duobus esse nupta eodem tempore. §. affinitatis. in st. de nup. sic vna ecclesia non potest duobus sacerdotibus esse desponsata: ideo videmus quod quælibet ecclesia vnicum habet prælatum, non plures, nisi ex magna iusta causa: quia duos tunc habere potest. c. j. de paroch. quia ecclesia Christi vxor esse debet non scortum. capi. sicut. xxj. que sit. ij. capit. proposuit. de filiis presbyter. clem. prima. de sum. matri. in princip. ¶ Secundo quæro, quis tenetur ecclesiam dotare. regulariter ille tenetur qui fundauit: per supradicta sicut pater tenetur dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu nu. l. fina. §. vtranque. C. de dotis promiss. vbi dicitur paternum officium

ficiam dotare filias. ita qui construit ecclesiam, quia de non esse ad esse regulariter illam producit, ita tenetur eam dotare. Inno. in rub. extra eod. gl. in c. cum sicut. & ibi tex. de consec. eccl. talis dos quæ à patre proficitur vel eius occasione dicitur profectitia. l. profectitia. ff. de iure do. ¶ Sed quia aliquando filia obvenit dos ex alio quam patre vel occasione patris, quæ dicitur adventitia. d. l. profectitia. §. pen. & si. ita etiam est quod quilibet potest ecclesiam non dotatam dotare siue à principio quando per alterum construitur. d. c. ad audiētiā. §. de eccl. ædificā. & ibi Panor. siue ex post facto post constructionem dotauerit. ¶ Si enim vnus fundasset & ad necessitatem dotasset: tunc posset alter ad dotem addere eam ecclesiam ditando; & tunc ex tali ditatione acquiritur ius patro. distinguendo vt §. dicam in iij. q. proxima. c. quicumque & cap. filijs. decima sexta quæstio. vij. sicut & dos mulieri augetur matrimonio constante. §. sed nos. instit. de donat. dummodo sint tales dirantes qui etiam possent ædificare, de quibus satis dixi in casu præcedenti incipiendo à v. q. vsque ad xij. in quib. dixi infideles, Saracenos, Iudæos, hæreticos, apostatas, schismaticos, excommunicatos & infames, non posse construere, quantum ad hoc vt acquirant exercitium iuris par. Si non possent ædificare, tunc nec dotare: cum illa à pari procedant. dicto capitulo quicumque quod loquitur alternatiue, fundauerit, vel dotauerit, vel ditauerit. ¶ Concludo ergo quod fundator cogitur dotare etiam antequam fiat principiu: & si factum fuerit ante consecrationem dotabit, & si post consecrationem non dotauerit potest cogi per ordinariū loci dotare. & si non est soluendo ipse fundator, tunc cogitur Episcopus dotare. gl. in c. nemo. de conse. dist. ij. in c. cum sicut. de conse. eccl. ista omnia latius tetigim in præcedenti causa istius partis ij. quæst. 11 ¶ Terio quæro, in quantum quis teneatur dotare ad hoc vt possit acquiri ius pat. vel ditare, & an ex qualibet ditatione vel dotatione acquiritur ius patro. huic quæstioni responder gl. j. in c. quicumque. xvj. q. vij. quod ad necessitatem luminum & ad necessaria ministrorum per cap. nemo. de conse. dist. ij. §. sancimus igitur. authen. vt nullus fa. ora do. col. v. sed quia diuerse sunt fundaciones ecclesiarum. ideo dico si quis fundat monasterium ad minus cogitur illud dotare pro personis necessarijs, vt sint presbyteri diaconi & subdiaconi, cantores, & lectores. gl. in c. cum sicut. de conse. ecc. authen. vt determinatus sit numerus cle. col. j. Si verò collegiatam ecclesiam: tunc debet dotare p numero collegiatorū quem intendit, & secundum qualitatem collegij. xxj. q. j. c. j. & ibi gl. necessitatis. in fi. multum notat, q̄ etiam vult q̄ habeatur consideratio in dotatione ecclesie quo ad onera Episcopalia, & quo ad hospitalitatem vt possint hospites recipere. sed Pan. in d. c. cum sicut. dicit non esse onerandos patronos in ipsa dotatione: ne expensarum magnitudine deterreantur à fundacione, vel dotatione. si autem simplicem ecclesiam qs fundat: tunc pro presbytero cum clericis saltē debet dotare. c. placuit. j. q. ij. c. & hoc quocumque. de consec. dist. j. sed tamen quia ex ditatione acquiritur ius pa. vt ex dotatione, vt §. ideo. ¶ Quarto quæro, an ex ditatione, facta per vnum acquiritur ius pat. simul cum primo dotante vt sicut pluribus dotantibus acquiritur ius pat. vnicum. cap. ad audiētiā. §. de ecc. adi. ita etiam acquiritur ius patro. ditanti cum dotante: licet hanc quæst. non reperiam tactam: tamen sic puto posse dici quando quis ditat ecclesiam iam dotatam, tunc crederem ipsum habere ius pa. cum dotantibus, si cum eorum cōsensu hoc fieret, nec aliquid specialiter in ecclesia fundaret: sicut vnicum ius pat. acquiritur pluribus à prin. inæqualiter dotantibus, vt Pan. no. in d. c. ad audiētiā. aut ditat quis ecclesia specialiter puta altare vel capellam fundando vel nouam præbendam in d. ecclesia: tunc in sola ditatione acquiritur ius pat. vt §. dixi in proxima causa. q. xxxij. verbi. iij. Sciēdum est per c. nobis. de iure pa. & alia ibi allegata. Hoc intelligi quando dotans vel ditans vel fundans sibi vult ius pat. reservare vel posteris, tunc potest. alias si simpliciter quis fundaret, ditaret vel dotaret, nō puto q̄ sibi acquireretur ius pat. sed ordinatio quando non esset intra limites alicuius ecclesie. gl. ij. in c. vnico. eo. in vj. c. omnes basilicæ. cum seq. xvij. q. vij. nec per hoc dico q̄ patronus efficiatur ipse Episcopus, quia licet ad eum ius Episcopale spectet, tamen ecclesia erit libera. hoc tenet Arch. in c. nullum. xvj. q. vij. nec populus præsentabit secundum eum; cum non reperitur tactum, si autē talis ecclesia esset posita intra limites alterius, tunc rector ecclesie habebit præsentare, quasi ex fundo dato ad fundandū acquiritur sibi ius pa. Arch. eo. c. nullus. Panor. in c. ad audiētiā. i. in fi. ij. col. cum seq. tenet q̄ acquiratur laico fundanti & rectori ecclesie in cuius fundo fundatur, & bene. ¶ Quinto quæro, an acquiratur ius patro. ex fundacione, dotatione, vel

ditatione ipso iure. an requiritur q̄ patronus sibi ius illud referret, licet non specialiter tactum viderim tamen videtur q̄ ex indistincte dictis doctorum potest elici conclusio, quod ipso iure acquiritur ius pa. ex ipsa fundacione, constructione, vel dotatione ipso iure, id est absque alio facto hominis. hoc videtur dixisse Host. in §. ex quibus. in prin. extra eodem. vbi dicit q̄ eo ipso quod quis fundat ecclesiam cū autoritate Episcopi acquiritur ius pat. c. quicumque. vbi aliquid ecclesie construerint, & ipsi vel eorum filij, ad inopiam venerint, debent sustineri ab ecclesia. c. filijs. xvj. q. vij. c. quoniam. c. nobis eo. vbi ex eo quod quis construxit ecclesiam ius patro. acquirit. hoc idem videtur tenere Arch. in c. vnico. in vj. eo. super verbo de iure pat. quod habuit. vbi dicit si patronus tempore donacionis factæ ecclesie vel ecclesiasticæ personæ nil dixit sibi retinere, tunc totum ex donacione ecclesie acquiri. secus si non dixit quod sibi nihil retineat, quia tunc habet aliqua iura que ipso iure debentur. s. honor. onus. & utilitas. cap. pia. xvj. q. vij. gloss. in capitul. si quis basilicam: de conse. dist. ij. in gloss. ij. ad hoc videtur text. ad literam arguendo à contrario sensu in capitu. significauit, de testi. quod à contrario procedat argumentum, habetur in l. j. ff. quod quisque iur. ¶ Sed contra hanc opin. credo melius facere quod ius pat. non competit patrono nisi per patronum referretur: eo quia ius pat. est gratia quæ ex concessione ecclesie permittitur. Panor. in c. quoniam. in primo not. eo. Host. in summa eo. §. qualiter. Et cū ius patro. censetur ecclesiasticum, quia spiritualibus annexum, cap. de iure. §. eo. cap. quanto. de iud. videtur quod laicus non deberet tam faciliter acquirere ius pat. Sed ex reuerencia speciali & adhuc tunc satis esset vt dixit in simili text. in dicto cap. nobis eod. d. ecclesia collegiata quod non acquiritur patrono nisi referuauerit: ergo & in alijs. Item cum ius pat. sit gratia, apparet quod illud nō acquiritur ipso iure communi sola fundacione, vel alijs causis, sed ex tolerātia vel gratia quam facit ecclesia. d. c. quoniam. sed in gratijs non deuiatibus à iure communi sit plenissima vel latissima interpretatio. c. cum dilecti. de dona. in fi. in gratijs autem deuiantibus à iure communi non debet fieri lata interpretatio, ¶ Sed stricta quia omnis recessus à iure communi est odiosus: ideo stricti iuris c. j. & ij. de iure pat. c. quod dilectio. de consang. & affi. gl. in c. ordinarij. de offi. ordi. ergo in ista gratia iuris pat. vt dicamus istam interpretationem stricte fieri. dicemus sine reuerentia non competere ius pat. ipsi laico, sed ecclesie vel rectori: vel dicemus ecclesiam liberam à tali iure. gl. in cap. vni. eod. in vj. & hoc posset probari per alias plures regulas nam in duobus magis ecclesie quam laico fauendum est. I. sunt personæ. ff. de relig. & sump. funerum. Item soler dici, iura vigilantibus & nō dormientibus subueniunt. l. pupillus. in fi. ff. de his quæ in frau. credi. Item videmus beneficium ecclesie præstitum latissime interpretari. d. cap. vnico. eo. in vj. vbi specialiter permittitur donari ius pa. loco religioso vel ecclesiastico sine cōsensu Episcopi: quod olim erat prohibitum per cap. nullus. eod. de. 15 ¶ Cum ergo plus faueatur ecclesie quam laicis, non dicā ius pat. acquiri fundacione, ditatione, vel dotatione ipso iure patrono, sed liberalitas quæ sit erga ecclesiam debet intelligi libera ab omni onere & vexatione seculari: vt dicitur in c. cum dilecti. in fi. de dona. Nec ob. in contra. allegata in quib. videtur probari quod ex ipso facto vel ipso iure acquiratur: quia dico quod quādo aliquid dicitur fieri ipso iure, tamē requiritur declaratio ipsius iuris: puta homicida, latro, ipso facto quo hominem occidit dicitur sententiam excommunicationis incurere: & postquam de crimine constiterit, dicitur quod nullatenus sententia excommunicationis aduersus eum requiritur: quasi sit ipso iure excommunicatus: & tamen dicit Arch. in cap. j. in fin. per illum textum. de homicid. in vj. quod omnia iura quæ inferunt poenam ex ipso facto crimine, debent intelligi si sequatur sententia, per quam apparebit illum culpabilem de tali crimine. sic patrono acquiratur ius patronat. ædificando, quando apparet eum velle quod sibi acquiratur. 15 ¶ Vltimò facit: quia ius patronat. non præsumitur pro aliquo nisi proberur: & si non apparet patron. tunc ecclesia præsumitur libera. Arch. in cap. nullus. xvj. q. vj. Innocen. in capit. cum venerabilis. de exception. ergo requiritur, quod appareat de voluntate dotantis: quod voluit sibi referuare ius patro. alias non transmitteretur tale ius ad hæredes: cum non appareat quod ipsi dotanti, vel fundanti fuerit acquisitum ius patronatus. vt infra dicam in nona parte, quomodo transferatur ius patronatus. Nec specialiter obstat c. significauit. de retrib. quia dico quod argumentum à contrario sensu non habet locum quo ad cortigenda iura, quæ sunt quod ius pat. acquiratur ex gratia: & quod non liceat arguere à contrario sensu ad iurium

# Tertia pars, causa ij. acquirend.

iurium correctionem, est gl. ij. in capit. primo. de ætate & qualitate. in vj. glossa magna ad medium. de fo. competen. capit. significasti. lafon in l. prima. in ij. col. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. & sic non ob. nota. per Panor. in d. c. significasti. in j. nota. de testi. licet Arch. in c. vnico eo. in vj. in verbo eisdem. distinguat. quod quod ad quendam acquiritur ius patr. 16 quo ad quendam non. ¶ Sexto quæro, an ita in dotatione requiratur consensus Episcopi sicut in fundatione. vt supra dixi in j. causa in secunda quæst. Puto circa hanc quæstionem quæ adhuc nõ vidi tractatam: quod potest dotari ecclesia sine Episcopi consensu: vel præter consensum ipsius. Primò moueor per gl. in verbo censenda. in ca. vnico eod. in vj. quæ vult qd potest quis donare ius pat. loco religioso præter Episcopi assensum, licet non possit donare ecclesiam vacantem. hoc etiam clare dicitur in c. illud. eo. & ibi gl. hoc tenet: hoc maximè probatur per d. c. vnico. vbi expressè dicitur huiusmodi colla. absque Episcopi consensu efficax est censenda. hoc firmiter tenet Arch. & Gemi. qui etiam assignationem quare magis loco religioso sine Episcopi consensu laico potest donari tale ius pat. quia per hanc concessionem fit melior conditio ecclesie cũ laici magis consueverunt grauare ecclesiasticas res quæ eleuati vel religiosi. vij. q. vij. laicos. corruptè allegat. aliàs est c. ij. & c. laici. Item quia facilius clerici corripuntur si vexant ecclesias quàm laici. c. iudicatum. lxxij. dist. Idem tenet glossa in c. nemini. in fi. xvj. q. vij. idem Innocen. in c. illud. eo. quod laici & clericis possit donari ius patr. sine autoritate Episcopi. c. ex insinuatione. & in c. nullus. eo. hoc idem tenet Panor. post longam di. ubi quod loco religioso potest donari ius pat. sine Episcopi consensu pòderando verbum liberam. & dicit communem opinionem. hoc tenuit Arch. in c. pia. super verbo dotatione. xvj. q. vij. si potest donari ius pat. loco religioso sine Episcopi consensu: eo quia non efficitur conditio ecclesie deterior sed melior: vt Arch. in dictis locis: ergo eodem modo poterit quis dotare ecclesiam sine Episcopo: eo quia nõ fit nisi 17 melior conditio ecclesie tali dotatione. ¶ Secundò pro hac q. facit quia omnimoda est similitudo inter dotem quæ mulieri datur: & ecclesie vt Rossie. in tit. de iure patr. ver. sequitur de secunda causa. Sed dos mulieris datur absque Episcopi consensu secundum nobilitates diuitias dantis & accipientis. Iam post diuortium. §. gener. ff. de iure do. l. fi. C. de donis pmiss. l. cum plures. ff. de iure do. l. fi. C. de donis pmiss. l. cum plures. ff. de adm. tut. nec quæritur alicuius consilium: ergo eodem modo in dotatione ecclesie non debet requiri Episcopi consensus. Tertio quia iura loquentia de dotatione non faciunt mentionem de Episcopi consensu: sed dicunt quod qui vult ecclesiam adificare: primò debet monstrare se fecisse competentem dotationem pro ipsa ecclesia cum iura non requirant expressum Episcopi consensum: ergo nec nos ne isto modo homines retardentur à bono opere, satis est quod competenter dotentur ecclesie. c. pia. mentis. xvj. q. vij. c. nemo. de cõse. dist. j. c. frigerius. ead. q. vj. §. j. auth. vt nullus fab. ora. do. col. v. non ob. gloss. in cap. nemini. xvj. q. vij. quæ tenet in fin. quod non possit donari ius pat. sine Episcopi autoritate. Nec glo. in c. illud in verbo religioso donare ius patronatus per d. capit. quod autem eod. in fi. quod loquitur de ecclesia. & ibi allegat c. cura eo. qd loquitur de ecclesia in c. nullus videret. clarior text. eo. quod quid spirituale est nõ licet laicis donare siue diocesano siue laicis religiosi, vel monasteriis. c. cõsultationib. de dona. In quo dicitur nõ valere donationes factas religiosi de ecclesijs nisi approbentur per Episcopum. Quia ad omnia ista dico procedere quando patronus donat ecclesias: quod non potest. vt clare in d. contrarijs. quia ecclesia non est in potestate laici in d. c. nemini. sed Episcopi. vt ibi. secus quando donat ius pat. quæ tunc potest etiam sine Episcopo. d. c. illud. hodie est expressum in d. c. vnico. in vj. maximè loco religioso, vel psonæ religiose non nomine proprio. Panor. in d. c. illud. col. ij. ver. ij. ca. si autem laico concederet, tunc an transferatur sine Episcopo dicam in ix. parte, infra & sic cõcludo posse dotari ecclesiam et sine Episcopo dummodo cõpetenter. non etiã ob. si dicatur, qd ecclesia debet dotari antequam inchoetur, & hoc debet per Episcopum primò videri, an sit competens vel non. d. cap. nemo. de cõse. dist. in d. c. j. cap. pia. xvj. q. vij. §. j. auth. vt nullus fab. ora. do. ergo viderit quod requiritur approbatio Episcopi: quia fateor quod Episcopus debeat videre, an sit dotata ecclesia: nec per hoc videtur consentire, sed apponere præsentiam 18 & cognitionem: multum interest inter consentire & ratificare: consensus adhibetur per verbum consentio, vel simile, & non sola cognitione. Bal. in §. necessitate. col. pe. ver. quæro an sufficiat sola præsentia in l. fi. C. de bo. quæ si. & ille dicitur consentire qui eius contrarium de quo consensus requiritur

potest velle. regula eius est nolle. & ibi gl. ff. de reg. iur. Nec solum consilium sufficeret vbi consensus requireretur, sed debet expressus interuenire. Car. in cle. sãpe. §. nõ tamè. de verb. signi. Item consensus requisitus in actu dicitur de substantia actus: consilium non. Bal. in di. §. necessitate. col. iij. ver. nota. quod cõsensu semper præsumitur. Archid. xvij. dist. cap. Episcoporum. Cum ergo in prædictis iurib. non requiritur consensus, sed sola præsentia, ergo possibile erit aliquem dotare ecclesiam sine Episcopi consensu. Nec ob. si dicatur fundare & dotare sunt similia. vt s. satis dictum est: sed fundare quia non potest sine Episcopi consensu. vt supra in prima quæstione. primæ causæ. ergo etiam non debet quis posse dotare sine Episcopi consensu. Quia dico æquiparationem procedere vbi à iure non reperitur dispositum contrarium: sed in isto casu aliud dicitur in fundatione, aliud in dotatione: ergo remanebit diuersitas, vt ex superscriptis patet. Cum ergo possit fieri in distincte dotatione sine Episcopo, dummodo de ipsa appareat: vt dicto §. j. anthen. vt nullus fab. ora. do. colum. quinta. ca. nemo. de cõse. di. ij. Ideo congruenter dico posse dotari sine 19 cõsensu Episcopi dum vtiliter p ecclesia fiat dotatione. ¶ Septimò quæro, an indistincte de omnibus bonis potest fieri dotatione, etiam indistincte illicite acquisitis: puro posse dici de his quæ restitutioni subiacent non posse fieri dotationem: quia non debet dis cooperiri vnũ altare vt aliud cooperiat. l. fi. §. sed & si quis. & ibi Bal. no. C. communia. de le. ver. no. qd non debet. c. exposuisti. extra de præb. & in hac q. illud idem dico quod supra dixi. in xliij. quæst. in præcedenti causa acquirendi ius patronat. vbi dixi posse fundari de malequisitis quorum dominium translatum est, & non remanent subiecta restitutioni: adeo autem de omnibus bonis dotari potest vt siue mobilia sint, siue immobilia quæ dantur in dotem satis erit vt dos dicatur: siue mobilia sint æstimata siue in æstimatione. Specula. in tit. de dot. post diuor. restituenda in principi. ¶ Ita tamen quod si minor xxv. annis daret dotem, tunc forte deberet interuenire decretum iudicis sicut in dote mulieris. l. lex quæ tutores. C. de admin. tut. & ibi Bart. & Bal. licet possit disponere in vltima voluntate etiam sine decreto. Bal. in l. fi. C. quando decreto opus non est. & in l. j. ff. de reb. eo. quia aduultus in vlt. volũtate censet maior. l. Aurelio. §. Caius. ff. de liberatione lega. ¶ An autem potest dos constitui de bonis emphyteoticis, dico quod sic, dum dñi consensus interueniat, vel sine eius præiudicio. de quo Specu. in tit. de locato. §. postquam. ver. l. ex vij. An autem ex usufructu constituitur dos, puto quod non. eo quia talis dos debet esse perpetua, & si usufructus esset perpetuus tunc proprietates efficeretur inutilis. argument. in l. alij. ff. de usufructu lega. ideo non valeret: licet possit dari in dotem pro muliere talis usufructus. late per Azo. in tit. de 20 do. col. iij. ver. item constituitur dos. ¶ Octauò quæro, an possit dotari ecclesia de bonis quæ processerunt ab illo qui non potuit nec dotare, nec fundare: de quibus supra proxime dixi in causa fundationis in v. cum seq. q. & supra dixi in ij. q. huius causæ puta excommunicatus vel infamis donat bona sua omnia Titio, an ille poterit dotare vel ille T. ei su cedit titulum. vnuerſali: an poterit T. dotare breuiter huic opinioni potest responderi, qd donatarius poterit dotare de talibus: prout in similitateuit gl. semestre. in c. vni. eod. in vj. quæ vult qd excommunicato cedente bona & actiones suas omnes puta T. quod ille T. poterit agere illo durante in excommunicatione: quia illud vitium personale excommunicationis non afficit bona, sed personam tantum: nec transit in successorem. an vitium. ff. de diuer. & temp. præscrip. l. vitia. ff. de acqui. pos. & ibi gl. clare distinguit inter realia vt illa transcant: ideo ex talibus bonis nõ possit dotari sicut nec fundari: vt s. in præcedenti causa: & personalia & illa nõ transcant. sed sequuntur glo. nã. hoc idem tenet Spec. in tit. de procu. §. fi. ver. quid si excommunicatus. vbi vult qd excommunicatus possit vendere villam vel donare & in consequenti donatarius poterit exercere ius patronatus, ergo fortius poterit dotare quod respicit augmentum religionis. ¶ Nec huic decisioni obſt. regula si quis in ius alterius. in vj. l. qui in ius. ff. de regul. iur. quia procedunt quando non esset vitium personale & aliquis obtineret bona excommunicati ex tit. non lucratiuo: tunc non nocet vitium auctoris successoris: nec sibi potest opponi tale vitium. lege apud Celsum. §. de auctoris. cum duabus sequent. ff. de exceptio. doli. secus si ex titulo lucratiuo vt in d. regula. & quod multa liceant successoris quæ non licent auctori cũ gloss. fin. in capitul. fin. extra qui matrimonium accu. poss. 24 per dicta. in dicta regula & d. gloss. ¶ Non quæro an dotatione potest fieri sub aliqua conditione puta vt non pertineat ad Episcopi ordinatio talis ecclesie: in hac q. Barto. remissè in §. j.

in §. j. athen. vt nullus fa. ora. do. colum. v. dicit concludendum vt no. gl. in c. si quidem. x. q. j. quæ finaliter concludit, quod tale pactum vel conditio non potest apponi: dato quod iuxta traditionem rei suæ potest quis apponere. l. quæ voluerat. vt ibi ad hoc plura adduco: eo quia talis conditio de qua §. dicitur contra naturam illius contractus dotædi ecclesiæ: & est contra l. & canones, quia secundum iura res ecclesiasticæ omnes spectant ad ordinationem Episcopi. c. nouerint. ea. q. cap. sunt qui. xvij. q. iij. alias si conditio talis vel pactum non esset contra legem vel libertatem ecclesiæ vel honestatem, liceret cuiq; iuxta suam traditionem rei pactum vel conditionem apponere. c. verū. de condi. app. c. si tributū. x. q. j. c. tributū. xliij. q. vii. vbi ecclesia dat de suis fundis tributum. c. preterea. vbi potest sibi seruare certos redditus dotans ecclesiæ siue antequam post consecrationem secundum: gl. adducenrem plures deor.

25 eo. ¶ Secundo ad idem adducit Bart. in c. si quis basilicam. de pte. dist. j. vbi prohibentur Episcopi consecrare ecclesiæ, quæ non pro sanctorum patrocinio constructæ sunt, sed sub tributaria conditione & melius facit gl. si. ¶ Quæ dicit quod in dotatione ecclesiæ non potest apponi pactum de tributo præstando ar. d. c. nouerint. & si apponatur vitatur, & non vitatur, vt no. in d. c. sic quid. Arch. in c. si quis basilicam. & ita teneo quod non potest talis conditio contra naturam contractus apponi, aliæ conditiones quæ non essent contra sic. ita in simili tenet Gem. in c. j. in prin. in §. iij. col. in vj. quod si donaretur ius patr. eccle. & apponeretur conditio quod donatarij teneantur præsentare ad voluntatem alterius Episcopi, ista conditio vitabitur & non vitabitur: quia esset contra concilium Lateranense: de quo habetur in c. ij. de concessio. præb. vbi disponitur quod proprius Episcopus debet præbendas vacantes prouidere, quando patroni recusant vel negligunt prouidere: & tale pactum vitabitur & non vitabitur: regula vitale de reg. iur. in vj. Sic puto quod non potest fieri pactum de dote restituenda in casu diruæ ecclesiæ: quia ecclesiæ semel dedicatæ debet apud ecclesiam perpetuo remanere. regula semel in vj. Roffr. in titulo de iure patrona.

¶ Decimo quæro an maius ius patronatus acquiratur ex dotatione quam ex fundatione: incidenter reperi Speculatorem tenentem quoddam maius ius acquiratur ex dotatione quam ex fundatione, vel datione fundi, in ti. de iure patronatus, in fine. vbi tenet quoddam si quis sit patro. in aliquo monasterio: quod quia desolatum est vitatur alteri monasterio secundum cap. iij. de statu mona. qui fuit patronus ex fundatione, vel datione fundi, non erit patronus in secundo monasterio: secus si in primo esset patronus ex dotatione: quia res transiret cum onere suo, & esset patronus in primo: quia presbyter debet semper celebrare. c. & temporis xvj. q. j. pro hac cõclusionone facit quod simpliciter dixit Roffr. eod. tit. ver. sequitur de secunda causa, qui dicit quod summa fuit ratio quod ex dotatione acquiratur ius patronatus, quia non valeret ecclesiam construere nisi & dos constitueretur, per quam clericus ecclesiæ ministraret: quomodo cantaret si non haberet ad manducandum: Quid denique prodesset procreare ecclesiam vel filiam nisi & aliar: ergo videtur quis magis mereri dotando quam fundando. Ideo videmus quod Papa & Imperator primò volunt esse certi de dote pro alimentis & necessarijs ecclesiæ quam patiantur ecclesiam deduci in esse. §. j. aut. vt nullus fa. ora. do.

28 col. v. c. nemo de cons. dist. j. ¶ Qui enim bona dat vitam dare vult: vel qui bona defendit vitam videt defendere. Bart. in l. pen. ff. de condi. ob. tur. cau. Bal. in l. interpositas. C. de transf. gl. vitā in l. aduocatis. C. de adu. diuer. iudi. Lanælotus in l. transfigere. C. de transf. char. iij. ergo cum plus sit dotare: maius et. a ius dotanti debetur quam fundanti. ¶ Undecimò quæro quibus modis dos ecclesiæ constituatur. breuiter puto quod cum inter dotem mulieris & ipsam cadat omnimoda similitudo: vt §. in vj. q. huius causæ dixi: ita puto quod etiam eisdem modis poterit ecclesiæ dos vel dotatione constitui quibus & mulieri. Azo. in tit. de iure do. Constituitur autem primò ex voluntate: quolibet volente dotare: qui ad illud non tenetur à prin. nulla habita discretionem ætatis vel sexus. l. promittendo. ff. de iure do. Ex necessitate constituitur ab illo qui ad hoc tenetur: vt pater, auus, 30 vel similes. ¶ Et primò constituitur dos pollicitatione: puta interrogacione præcedente nulla. l. iij. ff. de polli. licet abusuè pollicitatio nomen promissionis recipiat. l. sciendum. §. j. ff. de 31 edil. edic. ¶ Secundò promissione præcedente interrogacione: & sic stipulatione. l. cū post. §. gener. ff. de iure dot. vbi etiam ponit vnū speciale quod valet promissio: licet incerta sit vt infra 32 alia dotis specialia notabo. ¶ Tertio traditione dos constituitur, quæ mulieri viro tradidit dotem vel eius nomine alteri ipso ratificante. l. quem admodum. §. j. ff. de iure dot. Sic etiam istis trib. modis dico posse dotem ecclesiæ constitui promissione:

pollicitatione & traditione. ¶ Quarto constituitur acceptilatione: nam si quis sit mulieri debitor, potest mulier cum eo contracto matrimonio dicere, illud quod mihi debes accepto ferro nomine dotis. d. l. promittendo. §. acceptilatione. & l. licet. j. responsio. ff. eodem. Ita etiam potest ecclesiæ dos constitui si aliquis esset debitor meus: ego autem fundassem ecclesiam sine dote: nam si intendo illum debitorem præsentare: & illud quod mihi debet nomine dotis apud eam ecclesiam accepto ferro: tunc non video rationem diu. sitatis, quare non ita ecclesiæ dos constituitur acceptilatione sicut mulieri: sed quia in acceptilatione requiritur certa solemnitas. Et vt præcedat interrogatio de qua in §. item per acceptilationem. in tit. 34 quibus mo. tolli. obli. idem dico quod i alio. ¶ Et quinto modo constituitur dos remissione simplici debiti non præcedente aliqua acceptilatione. Et ita illud quod erat debitum erit in dote: ita poterit dos ecclesiæ constitui de qua simplici dotatione habetur in l. si ei nuptura. ff. de iure dot. vbi & res pro aliter dari vel remitti potest nomine dotis: puta si seruus debet mulieri illa remittit debitum serui nomine dotis: tunc illi seruus vñ in dote vel eius æstimatio. ¶ Sextò constituitur dos delegatione debitoris: puta si Titius mulieri tenetur ad ceatum illa contrahens matrimonium cum a. ipsi a. nomine dotis delegat illud debitum: tunc tale debitum habetur pro dote: & mulieri competere ad vendicandum à marito in casu repetitionis dotis: & imputandum esse marito: quare non coegerit illum ad solutionem debitorem delegatum. l. si extraneus. ff. de iure do. l. debitor mulieris. eo. distinguendo tamen vt ibi. An sit debitor ex causa liberalitatis vel necessitatis: vt pater qui conuenitur in quantum facere potest vt ibi: quod beneficium non perditur pacto vel sententia: vt Hostiens. in §. fin. de dote post diuor. restit. & si maritus absque consensu vxoris tale debitum delegatum remitteret vel accepto ferrer, tamen posset mulier agere contra maritum, si fuisset in negligentia non exigendo. not. in l. vix ab eo. ff. de iure dot. isto etiam modo puto ecclesiæ dotem constitui. & tunc tenetur prelatas ecclesiæ si non exigeret: vt maritus: eo quia dos ecclesiæ ita potest constitui inter quas dotes dicitur cadere omnimoda similitudo: & ita dicitur ecclesia Christi sponsa sicut sponsa sui sponsi: vt §. dixi. j. quæstio. huius causæ. ergo eodem modo debet posse constitui dos in matrimonio spirituali sicut in carnali. Item quia licet hoc non reperiam in iure expressum, de ista conclusione, tamen de similib. ad similia bonum est argumentum. l. non possunt. cum ibi notatis. ff. 36 de leg. ¶ Et in dubio illud attendendum est quod dotibus fauet. c. nuper. de dot. inter vir. & vxor. restit. post diuortium. c. Episcopi. l. xxvj. di. l. vnica. quando Imperator inter viduas. c. ex tenore. de fo. compe. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. sed fauorabile est vt quomodocūque potest, dos constituatur ecclesiæ quam sub vno termino tantum constituatur: & cum supradictis modis certum sit quod mulieri constituitur: ergo vt ecclesiæ: cum magis fauendum sit religioni quam secularibus. l. sunt personæ. ff. de religio. & sump. su. cap. ad audientiam. de homicidio. clem. exiit. de verbo. signif. c. iuuenis. de sponsalibus. Non ob. si opponatur de c. piæ mentis. vbi offensa prius datione pro ecclesia fundanda debet Episcopus locum designare: & sic videtur quod delegatione non possit dos ecclesiæ constitui. xvj. q. vij. c. nemo. de conse. dist. j. §. j. aut. vt nullus fa. ora. do. colum. v. quia dico satis esse aliquè ostendere & diffinire illud quod vult dare pro dote ecclesiæ: & de illo faciat prius donationem postea edificari potest. vt §. d. §. j. & si hoc omisum est post edificationem adhuc poterit fieri talis dotatione. ca. quæ contra mores. viij. dist. in gloss. collata in d. c. piæ. si quantitas delegata pro dote non exigeretur, imputaretur prelato ecclesiæ quare non exegerit: sicut imputaret marito non exigenti dotem delegatam pro vxore. la. è per Azo. de hoc in tit. C. de iure dotium. & deberet exigere in expensis dotis. no. in ff. & C. de act. 37 & oblig. colum. v. ¶ Duodecimò quæro, an dos ecclesiæ gaudeat illis priuilegijs quibus & dos mulieris: propter omnimodam similitudinem quæ inter vtranque dotem datur: dico eadem priuilegia competere vt ex j. numerandis priuilegijs apparebit. & plura crederem priuilegia competere dote ecclesiæ quam mulieris per not. in proxima q. §. in fin. ipsa verò dotis priuilegia sunt multa, de quibus Specul. in tit. de dote restit. post diuor. concedantur, habetur in l. aliduis. C. qui 38 po. in pign. habe. ¶ Primum priuilegium quod parentes, vel pater solus iudæus cogitur dotare & alere filiam licet sit facta Christiana. l. cognouimus. C. de heretic. Sed hoc nihil 39 ad propositum nostrum. ¶ Secundum est quod quicumque maior xxv. annis promiserit dotem siue masculus siue femina non potest excusari aliquo beneficio etiā Velleiani.



# Tertia pars, causa ij, acquirend.

l. si dotare. & l. si. Cad. Velleianum. latius infra dicam xxij. p. privilegio. Host. in §. & contra quem. de dote post diuor. restitui. Tale privilegium etiam dote ecclesie competere: vt tenui §. in quest. ij. huius causae: omnes tenet promissores ad dotandum. ¶ Tertium quod adhibitus ad stipulandum dote vel partem dotis in casu soluti matrimonij, videtur adhibitus animo donandi: vt l. si cum ante. C. de do. ante pup. l. stipulatio. C. de iure do. sed hoc nihil ad propositum dote ecclesie: quia talis non restituitur etiam pacto facto vt supra. in nona quest. ¶ Quartum dos incerta promissa petitur certi conditione: & ad arbitrium boni viri debebit talis dos praestari. lege. si tu ea. & l. si. C. de dotis promiss. l. cum post. §. gener. vbi confertur in arbitrium ff. de iure do. Bart. in l. j. in tertia col. ff. sol. ma. hoc ¶ Quintum qua praestatur in hypo. cuiuscumque; creditori. siue constante, siue soluto matrimonio. l. vbi. & l. in rebus. C. de iure dot. sed hoc dote iam data, & nihil ad propositum dote ecclesie: quia talia bona quae essent restitutioni subiecta pro dote ecclesie dari non possent. vt §. in vij. quest. huius causae. ¶ Sextum fingitur actio ex stipulatu semper interuenisse, quod non interuenit: & semper petitur dos actione ex stipulatu siue interuenit valida siue non, & tunc speciali favore legis confirmatur l. vnica in princip. C. de rei vxor. ac. vbi illa actio rei vxoria sublata est & in eius locum subrogata est actio ex stipulatu, vtilitas autem est magna vt fingatur nata actio ad agendum vbi alias agi non potuisset. Item actio quae alias fuit stricti iuris efficitur bonae fidei, quae magna est vtilitas & differentia §. actionum, & in §. fuerat. instituit. de actio. Tale privilegium, transit ad haeredes, quia competit contractui dote tantum Bart. in l. j. col. ij. ff. soluto matrimonio. non autem mulieri. Talis actio est duplex, vna datur marito ad petendum non dote: altera vxori ad dote repetendum, vt per Spec. in tit. de dote. post diuor. restit. in si. principii. vbi ponit formam libellorum. Hypotheca autem vxoris dicitur magis privilegiata erga maritum, quam viri contra vxorem. Host. in §. & contra. de do. post diuor. restit. hoc privilegium etiam ecclesie dote competit. ¶ Septimum ponitur in eadem l. §. & vt plenius. vbi ex vtraque parte mariti & vxoris pro dote danda vel restituenda inducitur tacita hypo. bonorum. & est privilegium quod datur actioni de dote. Barto. in l. j. in prima col. ff. sol. matrim. & ad quacunque transit ad quem transit actio de dote: vt ibi Barto. in ij. col. vel competit pro dote euicta: siue ipsi coniuges dederint vel promiserint dote, vel receperint siue alij pro ipsis promiserint, dederint, vel eorum coniugum nomine receperint, prout in toto illo text. & hoc potest bene conuenire dote ecclesie ex parte dantis tantum, quia teneri debet de euictione dotans ecclesiam ne alias ecclesia remaneat indotata speciali favore dote & ecclesie: vt in dote mulieris ex parte recipientis dote ecclesie non video qualiter bona debeant esse hypothecata tacite: cum talis dos non subiaceat restitutioni. per Rosse. in principio eodem titulo. & supra dixi in xv. quest. prima causa. nec alienationi toto titulo. de rebus eccle. ali. vel non. nisi aliquis reciperet dote vt depositam, vel vt administrator vel alio simili modo. & tunc non potest nisi ecclesie esse vtile tale privilegium. ¶ Octauum quod bona dotantis sint hypothecata ecclesie pro euictione casu quo contingeret. probatur distinguendo siue dos sit promissa aestimata ecclesie: puta illos fundos dabo pro mille nomine dotis. & si fundi fuerint euicti ante dationem poterit agi talem promissorem actione ex empto, quia si maritus receperit tales fundos aestimatos efficeretur debitor summae, & non rei quasi res sit sibi vendita. l. quotiens. ff. de iure do. & ibi dicitur quod si duplum consequutus fuerit resultabit in vtilitate mulieris: puta quia extraneus dedit vel promiserit dote qui de euictione tenetur ad duplum si interuenit stipulatio. l. si dupla. & l. euicta re. §. dupla. ff. de euict. cum ibi not. Si euinceretur vel periret res promissa nomine dote ecclesie antequam ecclesia edificaretur vel antequam cogeretur promissor dare: tunc periculum promissoris & haereditum periret sicut quando euincitur vel perit res nomine dote mulieris promissa ante matrimonium dicitur periculo vxoris petere. l. plerumque. §. si ante. ff. de iure do. Si autem dos sit in re aestimata data ecclesie & euincatur si dationem praecessit promissio vel pollicitatio: tunc ager praelatus ecclesie contra danrem actione ex stipulatu vel pollicitatione exemplo generi qui contra focerum pro dote euicta. l. j. C. de iure do. quia non datum est quod dari debuit, ex quo datum fuit euictum. l. vbi. §. fin. ff. de verborum obligationibus. vbi si quis stipuletur rem dari inteligitur vt dominum quoquo modo fiat accipientis. l. ratio. in principio. ff. de act. empt. vbi non videtur venditor possessio-

nem tradidisse, quae iure auocata est ab emptore. & tenetur venditor occasione illius possessionis, cum concor. glo. ibi. Si nulla praecessit pollicitatio vel promissio: tunc non tenetur mulier de euictione, nisi dolose in dote dedisset rem alienam: & tunc in honorem matrimonij non daretur actio de dolo contra vxorem: quia est infamatoria. l. j. ff. quibus ex causis inf. irrogatur. l. j. ff. re. amo. & §. cod. sed datur actio in factum generalis. l. j. C. de iure do. Eodem modo non poterit agere ecclesia contra dotantem bona fide si postea euincatur. Si autem dolose pro dote ecclesie dedisset res alienas: tunc puto quod ageretur contra ipsum etiam actione de dolo: quia dotans ecclesiam dicitur extraneus quo ad ecclesiam: ex quo illam non habet in potestate. argu. legis §. extraneum. C. de iure do. Si autem contingit deterioratio dote aestimata: omne periculum ad maritum & ecclesiam pertinet, nisi ante traditionem ex toto pereat. l. plerumque. §. si ante. ff. de iure dotium. Si dos sit aestimata pertinet ad mulierem. dicta l. plerumque. in principio. & isto casu non credo ad dote ecclesiasticam debere pertinere periculum, cum non sit recepturus: & cui pertinet periculum eidem etiam pertinet commodum. Azo. in tit. C. de iure dotium. col. vj. & sequenti. Cum autem inducitur tacita hypothea ex parte vtriusque possit dubitari an iuri hypothea possit mulier renuntiare in prauiudicium patris vel patris in prauiudicium ecclesie. Et vtroque casu puro quod non per ea quae tenet Spe. in tit. de dote restit. post diuor. §. j. ver. qd si filia familias. Item licet vtrique competat tacita hypothea, tamen magis privilegiata est quae datur mulieri in bonis mariti: quia praefertur creditoribus praecedentibus tempore. l. si. C. qui po. in pig. habeat. nota. Host. in §. & contra quem. in tit. de dote post diuor. restit. Si extraneus dote pro muliere dederit & in ipso continentis non fuerit stipulatus dote restitui sibi: tunc mulier fingitur stipulata sibi dote restitui & poterit soluto matrimonio eam in continenti vendicare. d. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. ac. §. eodem dixi in vj. speciali dote: sed hoc privilegium non puto dote ecclesie competere, cum illa semper debeat apud ecclesiam remanere. dicta regula semel. de reg. iur. in vj. Rosse. in titulo eodem de iure patron. immo si fieret pactum de dote restituenda in casu ecclesie virtute non puro quod valeret tale pactum, quia contra iura esset: quia quod iemel deo dicatum, non potest iterum ad humanos vsus trahi: vt §. dixi in ix. q. huius causae. ¶ Nonum privilegium mulieris quod dos semel data per patrem non debet diminui per euictam quod soluto matrimonio ad eum reuertatur, nisi pater aliquo casu sortuito patiatur cladem aliquam in suis reb. authent. sed quamuis. C. de rei vxor. ac. hoc autem privilegium non video quomodo ad dote ecclesie trahi possit, ex quo illa non est amplius restituenda, vt supra. ar. proximo. ¶ Decimum privilegium, bona minoris etiam immobilia venduntur pro dote constituenda, vel vbi magis expedit vt vendantur quam vt non vendantur. l. lex quae tutores. circa prin. C. de admini. tutorum l. siue generalis. ff. de iure do. quod tamen debet fieri cum iudicis decreto vt ibi. hoc privilegium potest etiam aliquo qualiter facere pro dote ecclesie: cum etiam minor obligetur pro dote mulieris recepta. Ioann. Andr. in addi. Specul. in titulo de dote restitui in §. formati. in verbo fructus. & sicut obligantur bona eius, recipiendo dote pro ipsa dote: eodem modo quando promitteret dote ecclesie crederem obligari eius bona & hypothecari occasione talis dote, cum ipsa sit fauorabilior dote mulieris, vt supra satis probatum est: & talis dos dicitur pia causa. gloss. in authent. si mulier. C. ad l. falcid. facit in simili. l. j. cum sequen. ff. de reb. eorum. vbi possunt bona pu. obligari alteri pub. & illas allegat Ioann. Andr. in dicto loco: & quia permittitur tali maiori xiiij. annis contrahere matrimonium: ergo etiam accessorium, scilicet accipere dote & obligari pro dote argum. l. morus surdus. ff. de iure do. Item quia eadem est ratio in dote danda quae in dote restituenda. gloss. obligationem. in authent. res quae. C. communia de leg. glo. dote in authent. contra rogatus. C. ad Treb. ¶ Undecimum quod res quae subiaceant restitutioni vel pure, vel sub conditione: licet non possunt alienari: vt in l. si. circa finem. C. communia de leg. tamen possunt in supplementum dote dari, vel legitime filij quae aequiparatur: vt j. xxv. privilegio: & in authent. quae sequitur d. l. fin. Bart. in l. j. in ij. col. versic. alud. C. soluto matrimonio. hoc idem puto in supplemento dote ecclesie quod talia bona dari possent quando ipse dotans non sufficienter dotasset. vt supra dixi in ij. questio. huius causae cum eam perfecte dotare teneatur vt ibi latius. ¶ Duodecimum, quod grauatus restituere quod suppetit sibi post mortem alicui: intelligitur saltem quartam partem siue omni diminutione: & si eam diminuerit, bona eius sunt obligata

gata. vique ad quartam, nisi occasione dotis, constitutenda, vel restituenda causa grauatius diminuerit talem quartam: vel causa donationis propter nuptias: vel ex redemptione captiuorum: vel nisi iure de grauatius, expensas habere non poterit. hoc priuilegium habetur in authent. contra rogatus, in fin. & in corpore vnde sumitur & ibi gl. C. ad Treb. hoc etiam puto doti ecclesie competere a fortiori vt supra. l. sunt personae. ff. de relig. & sump. su. cum similib. ¶ Decimum tertium, quod praefertur omnibus creditoribus, tam in actione reali, quam personalis etiam prioribus tempore & tacitam in bonis hypothecam habentibus. l. assiduis. C. qui po. in pig. habe. cum authent. sequen. sed illud priuilegium datur mulieri, & non transit ad haeredes. Bart. in l. ij. co. ff. sol. matrim. & est priuilegium quod competit in iij. tempore sol. mar. Bar. ibi. col. iij. post glo. & datur etiam si contra fiscum agat. not. Iason in d. l. col. ij. soluto matrim. & col. xvij. & habet locum priuilegium tale in dote mulieris quae venit restituenda. Sed in dote ecclesiae: secus quia illa non subiacet restitutioni. ¶ Decimum quartum, res vxoris dotales vel paraferiales vel alia bona quaecunque veniunt in confiscationem mariti. l. si quis. ij. C. de bonis profec. sed hoc non potest habere locum in priuilegio ecclesiae: quia illa regulariter non confiscantur, nec delictum praetati habet nocere ecclesiae. regula delictum. in vj. Bal. in l. meminerint. C. vnde vi. vigesima sexta quaest. capi. si Episcopum. ¶ Decimum quintum, solutum causa dotis, indebitum vt solutum non repetitur, quando quis credebatur ad illud teneri dato quod non teneretur: quia remanet illud religionis causa solutum si suo nomine soluit. l. cur. big. ff. de condi. indeb. hoc priuilegium conuenit toti ecclesiae, puta si quis seputaret obligatum ad dotandum ecclesiam & dotaret, non posset repetere, vt indebitum solutum: ita dicit Alex. ibi post Bal. quod datum ad pias causas non repetitur, dato quod indebitum datum appareat: & ibi dicit quod licet dos mulieris non sit pia causa, tamen aequiparatur piae causa. Et sic videtur quod dos ecclesiae proprie dicatur pia causa, ex quo datur ecclesiae. Panorm. in rubr. de testa. pia causa dicitur quod pro anima datur: secus in dote mulieris: quae tamen aequiparatur piae causa vt ibi: & ei competunt priuilegia quae competunt piae causa.

54 ¶ Decimum sextum, mulier pacificando de dote sua non potest facere conditionem suam deteriorem licet meliorem, nec ex pacto potest sibi praediuicare. l. de die. l. Atrilicinus. ff. de pactis dotal. ibi dicit Bar. casum notabilem, nec sciret quid diceret, si illa lex non esset: sed hoc priuilegium non competit ecclesiae dote, cum non sit restituenda, vt s. saepius dixi in istis priuilegijs. ¶ Decimum septimum, nouatione tollitur praecedens obligatio & noua inducitur: & tamen si mulier mutauerit dotalem actionem suam p nouationem remanebit actio firma ex si: si placu. l. si cu dorem. § si mulier. ff. so. ma. hoc non co-

55 ¶ Decimum octauum, licet omnia legata computentur in Fal. tamen si quis vxori legauerit bona etiam vltra dotem ipsa dos non venit in copuratione Falci. l. si vltus fructus. § dos legata. ff. ad l. falci. Sed non potest hoc priuilegium competere doti ecclesiae cum in legatis factis ecclesiae non habeat locum Falcidia. authent. si mulier

57 C. ad l. falcid. ¶ Decimum nonum, mulier missa in possessionem nomine legatae dotis seruanda lucratur fructus. l. pen. ff. vt leg. no. caue. Sed illud non est proprie priuilegium dotis: sed potius foemini sexus: vt ibi Bart. ideo tale priuilegium competit etiam doti ecclesiae: cum regulariter omnibus legataris competat. ¶ Vigimum, Dos sortitur personalem actionem licet adhuc non proprie fuerit dos. l. ij. § si. ff. de priu. credito. & ibi Bartol. hoc posset habere locum in dote ecclesiae: quia si adhuc non est data dos ecclesiae nihilominus poterit peti ipsa dos & promissor cogi: vt s. ii. quaestio. huius cause.

59 ¶ Vigimum primum, muliere damnata p aliquo crimine non publicant bona eius: sed maritus ei succedit. l. sed & si. ff. de bonis dana. nisi in quinq; casib. de quib. in l. v. ff. de bo. dan. Hoc aut priuilegium non competit doti ecclesiae: quia delictum praetati non potest ecclesiae nocere, nec dote priuare. vt s. xiiij. priuilegio ¶ Vigimum secundum, p dote iudicat in ambiguis. l. in ambiguis. cu cor. ibi p glo. ff. de reg. iur. l. in ambiguis. ff. de iure dot. Sic & in dote facta ecclesiae q alia dicitur mera donatio, & i donationibus fir. rarissima interpretatio. c. cu dilecti. de don.

61 c. olim. de ver. sign. ¶ Vigimum tertium, licet mulier in obligationibus suis alieno nomine interpositis iuuetur velleiano si tñ pro alio dotem pmiserit suo nomine obligat non obstat velleio. l. gener. l. iter. C. ad Velleia. Hoc idem praedit in pmissa dote ecclesiae etiam p minoratem: quia talis obligat. vt s. in q. ij. huius cause: ita si p mulierem pmitteretur, teneretur ipsa mulier: quia cu possit fundare. vt s. in iij. q. primae cause: ita potest

62 etiam dotando obligari. ¶ Vigimum quartum, lex generaliter loquens non intelligitur comprehendere dotem vel causam dotis. Idem de statuto generaliter loquente: non intelligit de dote per no. per gl. in l. sciendum. in principio. ff. qui satisfacti cogatur. gl. & Bartolus in l. hac consulti. C. qui testamenta facer. poss. in l. in testamentis. C. de testa. Bartolus in extraua. ad repri. in verbo non ob. Saly. in l. si per illum text. C. de iure dom. Iason in l. i. ff. sol. matrim. Hoc etiam priuilegium potest doti ecclesiae competere: puta si extaret statutum quoddam pro singulis centenariis detur de quocunque contractu solidus denariorum fisco, non per hoc deberet solidus dari in numeratione dotis, siue mulieris, siue ecclesiae per supra dicta. Item facit quia non deducitur de dote quod deducitur de aliis rebus ex legibus vt in Falcidia, vt supra dixi per authent. similiter.

63 C. ad l. Falcidiam. ¶ Vigimum quintum, in generali renunciatione iuris non venit renunciatio iuris dotis, pendae: vt Paul. de Castro consilio decimotertio. in fin. col. iij. incipit licet ista domina Lixa. Iason in l. prima. in tertio. no. ff. soluto mar. Hoc priuilegium potest competere doti ecclesiae, puta fundata est ecclesia ante quam dotaret fundator: fecit eidem multa legata, vltra dotem illam ecclesiam grauauit in illis legatis vltra legata praetatus cognoscens talia legata esse inutilia ecclesiae renunciat generaliter omnibus relictis a fundatore, non per hoc videtur renunciare doti relictis: quia hoc etiam videmus in legitima filij quae nunquam comprehenditur in generali renunciatione. § ceterum. authent. vt cum de ap. cog. l. si quando. § & generaliter. versic. & nisi specialiter. & ibi Paul. Bald. & Saly. C. de inoffic. test. Alb. Bald. Ang. in l. de his. ff. de trans. sed dos & legitima aequiparantur in omnibus: & quod in vno dicitur procedere volunt iura & in altero, nisi in casibus expressis a iure notatis. Panormitanus dicto consilio centesimo trigesimo primo. in fin. col. iij. quia legitima surrogatur loco dotis, & surrogatum sapere dicitur naturam eius in cuius locum surrogatur in omnibus si potest, & si non contrariatur suae naturae. l. fina. § Titia. ff. de condi. & dem. cap. titul. e. ecclesia. extra vt lite penden. ¶ Vigimum sextum, instrumentum dotis praesumitur prius factum quam alia instrumenta: vnde si appareant duo instrumenta eadem die confecta pro instrumento dotis praesumetur, vt caeteris praefera quae prius facta fuerint. Bar. super gl. causa in l. dote. ff. sol. ma.

65 ¶ Vigimum septimum, bona dotalia non sunt alienabilia, & est priuilegium quod competit ipsi dote, & ad quem vadit dos, & ad illum etiam transit illud priuilegium. Bar. in l. j. col. ij. ff. sol. mar. per l. fundus dotalis. ff. de fundo do. per l. cum vir. ff. de vlt. iust. Bar. in iij. col. vers. aliud priuilegium in secundo tempore. hoc priuilegium etiam competit doti ecclesiae, vt patet ex toto tit. extra de reb. ecclie. alie. vel no. ex iusta causa regulariter alienari possunt. Hosti. eodem. § & quibus ex causis. licet regulariter non alienentur, tamen vbi est necesse alienantur, & etiam permittuntur cum reb. viri. lo. and. in add. ad Spe. in tit. de dote post dinor. restit. § i. in verbo. & l. quid autem si res dotalis. ponit Host. eo. ti. § quid sit, & quae sint iusta causa

66 se alienandi, eo. in §. quando per Host. ¶ Vigimum octauum, priuilegium dotis respicit instantiam ipsius causa: dotis, vt iudex potest in causa dotis breuiores dilationes dare quam alias esset daturus: quia causa est fauorabilis. l. ij. ff. de re iud. cle. dispendiosam. de iudi. Bar. in d. l. j. in ij. col. ff. sol. ma. & ibi Alex. col. v. Item infantia durat vltra triennium. Iason in l. j. in v. aduertendo. ff. sol. mar. contra j. propterandum. C. de iudi. & hoc priuilegium poterit etiam competere doti ecclesiae cum in ea exigenda posset forte fieri controuersia per debentem solue.

67 re. ¶ Vigimum nonum, traditio sine causa non transfert dominium & regulariter causa non subintelligitur. l. nuquam nuda. ff. de acquir. rer. domi. fallit hoc in traditione quae fit a muliere vel eius patre marito: quia semper intelligitur talis traditio fieri ex causa dotis, vel donationis. l. quod autem. ff. de iure dotium. & per illam l. dicit Bart. quod posset facere ad multas quaest. quando quis legat filiae centum & statutum excludens filias dotas etiam excludit istam: quia causa dotis videtur legasse: sic mulier dans omnia bona sua marito videtur dare causa dotis, vt ibi per cum. & Bartol. in l. prima. col. ij. ff. soluto matrim. Hoc priuilegium non puto habere locum in dote ecclesiae: quia postquam ecclesia semel fuit dotata non amplius dicitur dotari vel augeri. l. cu multa. C. de dona. ante nuptias. § sed nos in istu. de dona. Spec. in tit. de dote post diuor. restit. in principio. in v. col. Item quia hoc potius redundaret in praediuicium ecclesiae cum ex donatione acquiruntur ius patron. vt s. in iij. q. huius cause. glo. in c. si quis basilicam. de consec. dist. i. & s. dixi in v. quaestio. huius cause. & acquirere ius pat. est ecclesiae onerosum & contra libertatem ecclesiae.

# Tertia pars, causa ij. acquirend.

ecclesie. no. in cap. nobis. in gloss. de sua. de iure patron. ergo intelligitur potius datum ecclesie causa religionis. & fauore  
68 anime quam causa dotationis. ¶ Trigesimum non tenetur pater dare legitimam filio in vita: quia uiuentis nulla datur hereditas. l. j. §. si impuberi. ff. de coll. l. ij. §. interdum. ff. de vulg. & pupil. sic uideretur non teneri dare dotem & tamen specialiter est ut dotare cogatur & querere conditionem. l. qui liberos per gl. ff. de ritu nup. quia paternum est officium dotare. l. si. §. vtranque. C. de dotis promissio. Et dos dicitur succedere loco legitimae. Panorm. dicto consi. cxxxj. in fi. & tamen specialiter cogitur dotare. Hoc idem priuilegium competit etiam in dote ecclesie: quia postquam quis produxit ecclesiam in esse cogitur illam dotare ut pater filiam, ut supra dixi in ij. q.  
69 huius cause. ¶ Trigesimum primum. Dos licet detur ut deseruiat oneribus matrimonij, & debeat esse apud maritum & in dominio eius. §. j. in fit. quibus alien. licet. §. dixi in j. quæsti. huius cause: tamen ex causa potest & debet à marito vendicari puta eo vergente ad inopiam. l. vbi. C. de iure do. Bart. in l. j. in fi. iij. colum. ff. solu. ma. Et in l. si constante. eo. & quando habeat locum talis repetitio & quando non. Hostiens. plenè in §. & quando in titu. de dote post diuor. resti. Item si debet solui mari. ex causa enumerata in l. cõsensu. C. de repu. vterque perdit actionem ad suam dotem. Sed hoc priuilegium nõ potest habere locum in dote ecclesie: cum non sit restituenda  
70 aliquo modo ut §. in xij. priuilegio. ¶ Trigesimum secundum. Licet compensatio habeat locum in contractibus de liquido ad liquidum ut in l. si. C. de compensa. tamen non habet locum contra repetitionem doris. l. vnica. §. tacet. C. de rei vxo. act. ramè ga de hoc laius Bar. in l. diuortio. §. ob donatio nes. & in l. rei iudica. ff. eodem solu. ma. & quia nihil doris ecclesie repeti potest ut §. proximo priuilegio: ideo non in fito.  
71 Trigesimum tertium datur priuilegium marito respectu dotis repetendæ. i. quod si maritus conueniatur pro dote restituenda nõ tenetur nisi in quantum facere potest. l. maritum. ff. solu. ma. quod intelligitur in eo deducto per quod viuere possit. l. in condemnatione. ff. de regu. iur. q. priuilegium non perditur etiam pacto expresso à marito renunciando illi vel per sententiam: quia licet in solidum maritus condemnatus, tamen adhuc non exigetur nisi in quantum facere poterit. l. Nefenius. §. si. ff. de re iudi. Hosti. in titu. de do. post diuor. resti. Sed hoc non competit dote ecclesie cum illa non sit restituenda: nisi intelligamus quando ille qui dotem constituit conueniatur in solidum conueniri vel exigi cum nec donator conueniatur in solidum. d. l. si. in fi. Item ga videmus si postquam dedit dotem veigat ad inopiam debet ali ab ipsa ecclesia. cap. quicunque. xvi. q. vij. quanto ergo fortius debet habere illud beneficium antequam exponat, ut ex tali dotatione non deducatur ad inopiam talem, in qua non posset viuere exigendo eum in toto: melius erit ergo intacta iura seruare quam post vulneratam causam remedium querere. l. ij. C. quando  
72 lice. vnicique sine iudi. se vendi. ¶ Trigesimum quartum est priuilegium doris prohibitorium. s. pro dote data accipiantur vel dentur fideiussores vel mandatores: ne locus perfidie detur inter ipsos coniuges. l. j. & ij. C. ne fideiussores vel mada to. d. licet glo. in d. l. j. distinguat quod ex parte mariti qui dotem recipit non dantur fideiussores. Ex parte vero vxoris que adhuc non dedit dotem bene possunt dari ut & ibi Azo. Ad hoc similiter priuilegium ponit Specul. vnam cautelam in ti. de dote post diuor. restituenda. in principio. ut alter recipiat dotem pro marito & ipse constituat se debitorem. in quarta columna versiculo illud quoque notandum. Aliam ponit ibi Ioannes Andr. si in casu soluti matrimonij promittant fideiussores de dote restituenda. Sed hoc priuilegium ex parte ecclesie non potest intercedere. Ex parte autè dotantis sic ut supra: quia sicut potest mulier fideiuberè de dote danda antequam dederit. ut in dicta l. j. ita etiam in isto dotante ecclesia.  
73 ¶ Trigesimum quintum. Licet duo non possint esse domini in solidum eiusdem rei. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum ff. cõmo. l. hereditate. §. pater. ff. de castren. pec. tamen in dote videmus duos in solidum dominos, sed vnus quo ad administrationem: scilicet maritus & quo ad iuris subtilitatem. §. per traditionem. in fitu. de rerum diuisio. Alius quo ad veritatè. s. ipsa mulier. de marito. est text. expressus. institut. qui. ali. licet vel nõn. de vxore & de vtroque est text. in l. in rebus. C. de iure do. ibi per hypothecam vendicare: cum eadem res ab initio vxoris fuerant & naturaliter in eius permanerunt dominio: non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium fieri videatur: ideo rei veritas dilata vel confusa est. d. l. in rebus. §. sed verum. ver. dos ipsius mulieris proprium

est patrimonium. C. de iure do. Ideo dicit Barto. ibi quatenus inspicimus ius ciuile, qd quado res dotalis est in patrimonio vxoris, competit vxori rei vendicatio. Sed hoc priuilegium non puto competere dote ecclesie: cum postquam semel dominium alicuius rei ecclesie acquiritur amplius nõ alienatur regulariter, regula semel Deo dicatum. de regul. iur. in sexto.  
74 ¶ Et quia ecclesia quæ Christi dicitur sponsa nunquam moritur ut supra dixi in j. quæst. huius cause: ideo non potest dari casus doris repetendæ: vnde ergo dominum semel in ecclesiam translata titulo dotis amplius non poterit ab ea reuocari: & si ipsa sola post dationem doris factam dicitur remanere domina huius dotis. Vnde licet prælati habeat talem administrationem bonorum non tamen potest illa alienare: ut Bald. in cap. j. in ver. dicit Imo. tit. qui seu. dare poss. & Deo tenebitur reddere rationem de illa administratione, cum dicatur bona ecclesie bona pauperum. Sic videmus quod prælati non debet renunciare iuri hypothecæ quam habet pro dote data vel promissa: ut supra dixi in septimo priuilegio huius doris. ¶ Trigesimum sextum licet maior viginti quinque annis regulariter non restituatur ut ex generalitate totius tituli. ff. quibus ex cau. maio. à con. rario. Item licet rescindatur contractus venditionis dato quod interuenit alicuius partis læsio si non vltra medium. l. ij. C. de rescind. vendi. Item licet videat generale & ius commune vt contractus dolo initus rescindatur. l. j. ff. de dolo. tamen contra ista tria dicta, est vnum speciale in dote: quod sic constituitur dos facta rerum æstimatione: & in æstimatione decipiatur alteruter etiam maior viginti quinque annis etiam sine alterius dolo & non vltra dimidiam iusti pretij restituitur sic deceptus: quia non conuenit lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire pro lucro alterius. l. iure. in fin. ff. de iure do. eodem priuilegio credo à fortiori ecclesiam etiam gaudere debere vel dotantem in quemcunque caderet talis læsio vt etiam ratio suadet in isto casu sicut in altero, superiori casu doris mulieris: immo ecclesia mitius agit in talibus læsionibus: quia non debet ipsa præsertim locupietari cum damno tertij: nec spoliari propter lucrum priuati. Alia autem priuilegia doris poterit quilibet studiosus istis addere studio Camerario. ¶ Trigesimum septimum. Nominibus in dorem marito datis transit actio in maritum vtilis sine cessione. l. j. & ij. & ibi glo. C. de act. & obliga. Ex prædictis ergo xij. quæst. in hac causa positus apparet ius patronatus posse acquiri scilicet fundacione: vt §. in prima causa dotatione: vt supra in xij. proximis quæstionibus.  
75 ¶ Decimo tertio quæro an post consecratam ecclesiam potest dari dos ad hoc vt acquiratur ius patr. Licet gl. in c. piz. xvj. q. vij. videatur tenere quod non: quia seruitus imponi non potest post consecratam ecclesiam & ius patronatus est species seruitutis. Inn. in rub. extra eodem. Ioann. Andr. in cap. cin. vj. tamen teneo contrarium ratione de qua in c. cum sicut de consecra. & per no. Per Panorm. in capit. quoniam. in gl. j. eo quod dicit vtile pro capellis fundatis in ecclesiis conuentualibus, & iam sacratas quæ postea dotantur: & fauore ecclesie dotalio retrotrahitur & fingitur: facta ante consecrationem sicut in matrimonio. capi. tanta. qui filij sunt legitimi. §. fin. in fitu. de nupt. & non sufficeret dare aliquid ecclesie vt acquiratur ius patronatus sed nomine dotis debet dari ut supra dixi in secunda quæst. secunda cause acquirèdi ius patronatus. & etiam in quarta. ¶ Decimo quarto quæro, an expensæ quas forte fecit prælati in dote exigenda deducantur sicut de dote mulieris. de hac Specul. distinguit in titu. de dote post diuor. resti. §. formati. versiculo illud etiam queritur. vbi post allegationes hinc inde factas dicit, si vincit exigens dorem debet à victo habere expensæ. ca. calumniam. de poen. l. prophan. C. de iudi. si iudex non condemnauit ad expensæ agitatur contra eum. l. sancimus. C. eo. si iudex condemnauit habet actionem iudicati si succubuit ex causa iniusta & quid si imputetur.

1 Ius patronatus ecclesie acquiritur dotatione.

**T**ertia causa acquirendi ius patronatus est dotalio si quis ecclesiam iam fundatam & dotatam ditauerit: tunc acquiratur ius patronatus, de qua dotatione supra satis dixi in quarta quæst. proximæ cause: quia ibi congrue contingit illam quæst. declarare, vt ibi latè.

1 Ius patronatus ei queritur a quo ecclesia diuita reparatur.

2 Fundator primus an per reparationem ab alio factam desinat esse patronus.

- 3 Capella inuito patrono non potest fieri ecclesia collegiata.
- 4 Ius mihi quæsitum sine mea voluntate non est à me auferendum.
- 5 Rep. v. anti ecclesiam quando cum primo patrono queratur ius patronatus.
- 6 Patronus an esse desinat si pro reparatione aliq. queratur ius patronatus.
- 7 Reparaturus ecclesiam an debeat primò adire fundatorem eius cõsensum petiturus.

**V**arta causa ¶ acquirendi ius patrona. est reparatio vel reedificatio ecclesie secundum Hostien. in titulo de iure patron. §. ex quibus. vbi vult quòd ita acquiritur ius patro. ex reparatione sicut ex ædificatione: eo quia ita dicitur ædificator ille quia reparat, sicut qui de nouo ædificat. §. j. autem. vt nul. fa. ora. do. & ibi ipse expresse Barto. de hac causa latius scripsi. supra. in prima causa acquirendi ius patronat. in decima quinta quaestione. ¶ Iuxta istam causam acquirendi ius patronatus, quæro an primus patronus desinat esse patron. per reedificationem factam per alterum. in hac quaestio. neminem reperio præter Bart. specialiter loquentem, qui in d. §. j. autem. vt nullus. incidenter ponit vnum verbum allegando no. in capit. etiam. de iure patrona. sed nò est aliquod. c. quod incipiat etiam, forte voluit allegare. c. eam te, in quo nihil dicitur, sed magis facere videtur gl. in cap. nobis. eodem. in verbo in capella. ¶ vbi per v. rationes tenet quòd capella non potest fieri ecclesia collegiata inuito patrono. j. per cap. monasterium. cum sequent. vbi non auferitur etiam ab Episcopo à dispositione fundatorum monasterium eis inuitis. xvj. qd. vi. Secundò quia sicut non potest ius patrona. directo auferri à patrono cap. decernimus. xvj. q. vij. ca. cum dilectus. j. eodem. sic nec indirectè per no. in gl. verb. effectus. in c. tuæ. de procur. Tertio quia sua interest ne hoc fiat cum eo vergente ad inopiam deberet ali ab ipsa. c. quicumque. xvj. quaest. vij. Quarto ne laici retrahantur à prouisione ecclesiarum. Quintò quia sicut non potest dominus vsu rei mutare in melius vsu fructuario inuito. l. fi. ff. de vsu & habi. etiam dato quod capella possit fieri ecclesia collegiata, nò tamen deberet perdere ius patr. & sic deberet posse præsentare rectorum, ergo eodè modo deberemus dicere de reedificatione quod non desinat primus esse patron. dato quod alius reedificet: nisi primus vellet ad hoc consentire. vt in dicta gloss. dicitur in fin. tunc sine iuris sui protestatione transiret ius eligendi ad collegium. sic in quaest. transiret ius præsentandi ad reedificantem. Et quod non desinat primus esse patro. videtur facere regula id quod nostrum. ff. de reg. iur. ¶ vbi nobis ius acquisitum non potest auferri sine nostra voluntate. Cum ergo ex ruina nihil possit imputari patrono primo, videtur quòd nò desinat esse patro. Ne habet obstarè, quod huic reedificanti de nouo acquiritur ius patro. quia nihil impedit quin pluribus acqui. ius patr. in solidum sicut supra dixi de pluribus fundantibus: quòd acquiritur pluribus in solidum in iij. quaest. primæ causæ. Ita etiã potest pluribus in solidum acquiri ius patro. ex diuersis causis vt in casu nostro: notatur etiam in c. ad audientiam primo. de eccle. ædific. Sed tamen in præcedenti casu quòd non possit inuito patrono fieri capella, ecclesia collegiata, vt tenet gl. in d. cap. nobis. tenuit etiam Host. in cap. suggestum. de iure pat. illa videtur communis. vbi Panorm. Anto. autem de Bur. distinguit. vt refert Panorm. in d. cap. nobis in fi. colum. eo. quòd aut iubet necessitas & inuito patrono potest fieri aut non, & tunc procedit gl. & facit c. nullus do. & ea quæ in simili no. in c. ad audientiam. j. de eccle. ædifi. Secundò & melius possumus distinguere, aut primus est patro. ex fundatione sola vel datione fundi ad fundandum, & tunc acquiritur ius patron. reedificanti tantum. ¶ Aut est primus ex fundatione & datione patro. & tunc acqui. ius patro. etiam reedificanti simul cum primo, quia negare non possumus quin dos data non transeat cum loco qui denique remanet religiosus & transit cum onere suo. Ita in simili tenuit Spec. in tit. de iure patro. in fi. vbi vult, quòd si monasterium aliquod desolatum vnatur alteri monasterio, vt in cap. iij. de statu mona. quòd patronus primi monasterij ex sola fundatione vel fundi datione non erit ideo patro. in ij. secus si esset patro. ex datione: quia tunc remanebit patro. in monasterio in quo debet celebrare. c. & temporis qualitas. xvj. q. j. & de ista materia per Ioã. And. vt ipse se remittit in additione fi. in tit. de iure pat. ad Spec. ad dicta per eum in cap. ij. de relig. do. Et sic teneo quod in q. ista non remaneat patronus nisi ex datione ecclesie qui fuit in ecclesia patronus antequam reedificaretur. Ita post hæc scripta reperi postea glo. tenentem in cap. quoniam de iure pat. Et faciunt quæ dixi in xv. qd. primæ causæ quæ differt ab ista:

6 quia ibi quæsiui. An reedificanti queratur ius patr. ¶ Hic autem en ex acquisito iure pat. reedificanti, desinat esse primus patronus. Et concludo quod si ex sola fundatione vel datione fundi fuit primus patronus, tunc desinat si ex datione: tunc inuitus non desinat esse patro. nisi consenserit in reedificatione, sine iuris sui reservatione quicquid dixerit Innocen. in rub. eo. hoc teneo per gl. in verb. capella. in c. nobis. eo. si reseruaui, tunc vtrique acquiritur vni ex datione, alteri ex reparatione: vt Panorm. in d. c. quoniam. in fi. gl. j. par. §. affinitatis. in tit. de nup. ¶ Secundò quæro, an in reedificatione ecclesie requiritur quod primus fundator adeatur: & debeat ad hoc consentire. An eo sperto poterit fieri talis reedificatio. breuiter puto quòd non requiritur consensus primi patroni eo quia per ruinam totalem desinat esse patronus. l. qui res. §. aream. ff. de solut. capit. quæris. de conse. distin. iij. si patronus fuit ex sola fundatione, vt §. proxima qd. si autem fuit patron. quia dotauit tunc puto quod requiritur eius consensus: quia non ob ruinam remanet ex dote patro. idem non potest præiudicari sibi per alterum reedificantem eo inuito. ita tenet Innocen. in rub. eo. & Panorm. in fi. j. glo. in c. quoniam eo. per nota. in capit. cum sicut. de conse. eccl. non autem puto quod posset prohibere volentem reedificare cum in episcopi cõsensu fieri talis reedificatio: vt in §. j. autem. vt nul. fab. ora. do. col. v.

## ¶ Quinta causa acquirendi ius patronatus.

- 1 Ius patronatus his queritur modis quibus & filius.
- 2 Filius quot modis acquiritur.
- 3 Ius patronatus an possit præscriptione queri.
- 4 Ius eligendi per clericum qui non est de collegio potest præscribi.
- 5 Conferre plus est, quam præsentare.
- 6 Præscribi possunt res vniuersæ triginta vel quadraginta annorum tẽpore.
- 7 Præscriptio qua currere dicitur sine titulo.
- 8 Ius spirituale non potest laicus possidere.
- 9 Præscriptio iuris patronatus non currit contra papam vel eius legatum.
- 10 Præsumere seu usurpare alius concessit emeryum est.
- 11 Populus idem semper dicitur etiam si in parte vel in toto mutetur.
- 12 Populus mutatus quo ad quid idem dicitur populus.
- 13 Homo senex quo ad quid idem sit qui prius iuuenis fuit.
- 14 Mala fides in vno toto populo non præsumitur in dubio.
- 15 Præsentans sine iure patronatus non potest præscribere.
- 16 Ius eligendi actu triplici potest per monachos acquiri.
- 17 Verba narratiua quid operentur.
- 18 Præscribi non præsumitur quod cum pacto possidetur.
- 19 Consuetudo quandoque contra ius commune rationabiliter inducitur.
- 20 Titulus requiritur vt aliquid contra ius commune præscribatur.
- 21 Consuetudo rationabilis quæ dicitur.
- 22 Præsentans nullum ius tribuit præsentato.
- 23 Ius patronatus potest consuetudine præscribi.
- 24 Ius patronatus penes laicum esse potest.
- 25 Laicus spiritualia vel eis connexa possidere non potest.
- 26 Connexorum sive de connexis quando idem iudicium dicitur.
- 27 Os in calum ponit qui aliter iudicat quàm papa iudicauerit.

**V**aro ergo, an ius patronat. potest auferri à præscriptione ex præcedentibus omnibus causis: apparet quod verè acquiritur ius patrona. ¶ sicut ex vero ortu acquiritur filij: ad cuius similitudinem gubernatur ius patronat. vt dicit Imol. & Panormit. in rubric. extra eodem. ¶ Sed quia acquiritur etiam filij ex actibus legitimis: puta arrogatione & adoptione de quibus institut. de adoption. toto titulo. l. si arrogator. ff. eodem. Item per subsequens matrimonium. c. tanta. qui filij sunt legitimi. §. final. Institut. de nupt. Item per dationem curiæ. authen. qui. mo. natura. effi. legi. & tunc per quandam fictionem legis filij dicuntur fieri legitimi filij. ¶ Nunquid ergo per præscriptionem possit acquiri ius patronatus: sicut ex aliis causis. in hac quaestione reperio Federic. de Senis. consilio ducentesimo trigesimo quarto. concludentem quod sic. Licet allegatur Ioann. Andr. in regula quod alij. in mercerialibus. in sexto. & Archidiano. in capitulo primo. eodem. in vj. in glossa prima. in fin. tenentes contrarium. ¶ Mouetur primò Federic. de Senis argumento primo de iure eligendi clericorum ad ius præsentandi laicorum: quod argumentum in iure procedit. capitul. primo. de elect. vbi electio fit ab ipsis clericis coniuncto capitulo: ob id eodè. ¶ Sed ius eligendi præscribi potest per clericum qui non est de collegio istius ecclesie: de cuius electione tractatur etiam sine titulo. capitul. cum ecclesia. cum similibus. de causa possess. & proprie. vbi quia clerici in electione vocem habuerunt



# Iuris Patronat. præscriptio.

trium. Episcoporum : etiam vult Papa, quod in alio iure manentur. & in illis neglectis electio facta reuocatur: ergo eodem iure ius patronatus poterit per laicum præscribi, etiam sine titu. vel causa, de qua supra dictum est, dummodo sit in bona fide per capitulum. querelam. ibi. ad quem de antiqua consuetudine pertinet electio. & ibi gl. quæ adducit. c. eamofcitur. de his quæ fi. à maiori parte capituli. ¶ Secundo mouetur quia est plus conferre ecclesiam quam præsentare: quia habet sub se collationis vicem electio, & confirmationis: sed ius conferendi præscribitur, capit. cum Vulterana. de electio. in fin. vbi ex consuetudine inducitur vt capitulum in cathedralibus ecclesijs præscribit ius eligendi canonicos. capitulo fina. de sup. negl. præla. & ibi gl. j. dicit talem consuetudinem rationalem, & à consilio Lateranensi probatam. De hac loquitur capit. si de consue. Et ibi glossa rationabilis quæ dicit consuetudinem rationabilem, quod aliquis admittitur ad electionem, qui de iure non esset admittendus irrationabilem, quæ est contra neruum & libertatem ipsius ecclesiæ: ergo eodem modo debet posse præscribi ius patro. ¶ Tertio per l. sicut C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. vbi omnia iura præscribuntur spatio triginta vel quadraginta annorum. siue realia, siue personalia, siue particularia, siue vniuersalia: nisi in casibus vbi iura nolunt hanc præscriptionem habere locum sed iste casus non enumeratur ibi: ergo habebit locum præscriptio. imò tenet quod præscriptio etiam sine titu. quia titulus debet concurrere cum præscribente, vbi ius est contra ipsum præscribentem. Non ob. glossa in capitulo sacrosancti. in verbo in laicum. & in capitulo Messana. in verbo consuetudine. de elect. quæ videtur innuere quod laicus in ecclesia collegiata non potest eligere nulla consuetudine obstante quæ potius esset dicenda corruptela: quia intelligit de patronis eligentibus, qui non sunt patroni modis à lege expressis, vel legitima præscriptione. Non ob. Archi. in capitulo primo, in ver. Item nota quod esse patron. vbi dicit possessionem non facere aliquid patrono, sed quod possessio prodest presentato: quia non allegat ad hoc iura probantia, sed imò dantur iura in contra. in capitulo quicumque. decima sexta quæstione tertia. & ibi glossa prima. vult quod etiam præscriptione acquiritur verum dominium, non tantum exceptio, vt quidam dixerunt. habetur in summa glossa. eadem quæstione. Non ob. etiam ius patronatus gratiam esse, doct. in rub. eo. & in capit. quoniam. in quibusdam. eo. quod contra iura decretorum sint laicis concessa talia iura: ergo deberet interuenire tit. capitulo primo. de præscrip. lib. vi. & glossa in d. summa quia dicit Federic. habendo respectum ad antiqua iura, fuit gratiosè concessa. Cum illa velint quod ecclesiæ & quæcunque bona earum ad Episcopum pertineant: tamen ex quo hodie talis gratia est in corpore iuris clausa vt in capitulo quicumque. capitulo frigentius. decima sexta. quæstione septima. capit. nobis. quid in quibusdam. de iure patro. laicus præscribendo tale ius non dicitur præscribere contra ius commune ¶ sic tenet quod sine titulo currat præscriptio talis, præcipue vbi esset adeo velti præscriptio cuius initij memoria contraria non apparet, dummodo bona fides interueniat. Imò tertio loco tenet, quod talis præscriptio etiam poterit perfici per vnum tantum sacerdotem qui presentatur per xl. annos stet in beneficio. glo. antepen. in prin. in cap. cum ecclesia Sutrina. de causa possessionis & proprie. hodie est tex. in capitulo. cum beneficio. ibi vno de pluribus. & ibi glossa. de præbend. in vi. Istam opinionem. consulendo sequutus est dominus Alexander. consil. lxxiij. in iii. vbi in ij. colum. vult laicum posse præscribere ius patron. presentatur. per not. per Ioann. Andr. in regula quod alicui in mercurialibus per scribentes. in capitulo quærelam. de elect. & in consil. sequen. Item quia vbi tanto tempore possedit cuius initij memoria non habetur in contrarium tale ius dicitur præscripsisse: eo quia talis præscriptio habet vim constir. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æsti. capitulo Episcopum. de præscrip. in sexto. cum multis alijs similibus vique ad finem. quartæ columnæ. vbi dicit ius patronatus non merè spirituale. sed spirituali annexum. capitulum. quanto. de iur. & ibi clarè glossa. ideo latius potest possidere, & possidendo præscribere. capitulo filijs. cum præcedenti. & sequen. decima sexta quæstione septima. & hoc solum limitat procedere in ecclesia non collegiata. ¶ Si autem esset collegiata tunc tenet contra: quia esset ius merè spirituale, quod non potest per laicum possideri. dicto capitulo quanto. capitulo. sacrosancta. cap. Massana. de elect. & talia merè spiritualia nunquam possunt per laicum exerceri nisi in casibus iure expressis. singularis est glossa. in capitulo. si vigesima quarta quæstione prima. alias potuisset allegare. capit. Adrianus. cum sequen. lxxij. diff.

¶ & ibi Archid. in summa. ¶ Secundo limita vt præcedat talis præscriptio. contra dicitur. & contra alios prælatos quibus competit presentatio, non contra Papam vel eius legatum. Vnde Papa vel eius legatus poterunt conferre tale beneficium existens in iure patron. acquisita præscriptione absque aliqua mentione iuris patrona. vel derogatione: eo quia contra Papam non præscribitur cum sit ordinarius cunctorum. capitulum. cuncta per mundum. capit. per principalem. secunda quæstione tertia. & totus mundus dicitur eius dicecesis. Baldus in l. rescripta. C. de precibus Imperatori offerre. vbi dicit omnia beneficia quo ad Papam ceteri manualia. Istam opinionem sequen. Alexand. consilio lxxv. in quarto volumine in secunda columna. secus si esset beneficium iuris patrona. quia non posset legatus conferre. glossa penultim. in capitulo dilectus. de officio. lega. latius dixi in trigesima prima quæstione prima. in parte vi. Istam opinionem etiam tenuit Marsilius doctor Ioã. Andr. in d. cap. quærelam. in verbo consuetudine. & ibi glossa. per illum textum de electionibus. Contrarium tenuit Archid. in cap. hortamur. septuagesima prima distinct. latissime hincinde arguens, & finaliter concludens quod ius patrona. indistinctè non posset præscribi per laicos per plures rationes quas breuitatis causa omitto. Sed tamen: quia in contrariam partem in puncto iuris sentio prout consuluerunt prælegati doct. ideo per Archid. adducti: quæ magis obstruere videantur opin. Fede. & Alexan. respondere cum venia curabo: faciunt ad multa præmissa: quia ius patronatus ex gratia conceditur. ¶ Sed temerarium & indignum est aliquem propria auctoritate sibi præsumere quod Romana ecclesia specialibus inspectis beneficijs alicui voluit indulgere. capi. sanè. de priuileg. si est temerarium & indignum: ergo malafide possidet. capi. vigilanti. & capit. quoniam. de præscrip. & sic non debet posse præscribere. Solut. dico & ante præmitto in quæstione & response Fede. & Alexan. semper præsuppono quod in reuenerit bonafides ex parte præscribentis, vt præfati præsupposuerunt. not. in glossa in summa. xvi. quæstione iij. vbi vult quod interueniente præscriptione & bonafide acquiritur verum rei dominium: vt ibi modo dico quod vbi quis est in bonafide tanto tempore, cuius rei memoria non habetur contraria vel per xl. annos, tunc tollitur omne ius & acquiritur præscribere: vt late in d. q. in titu. C. de præscrip. triginta annorum. si præscribit mediante iure: ergo legitima. l. iustè. ff. de acqui. posses. & sic non assumit sibi quis ex propria auctoritate quod alicui ex speciali priuilegio concessum est, sed assumit quod à lege indubium: scilicet præscribere. quod optimè potest: vt in toto titulo de præscrip. C. & toto titulo extra de præscrip. capitulo si virgo. trigesima quarta quæstione secunda. & tertia quæstione. non ob. quod gratia non extendatur: quia dico quod non debet extendi per hominem: sed per legem bene potest extendi, vt infra probabo. ex quo ergo lex induxit præscriptionem & consuetudinem de omni iure: ergo etiam tale ius debet posse per laicum præscribi cum non sit merè spirituale intelligendo de omni iure pa. quod non habet in ecclesia non collegiata. non etiam ob. dum dicit quod parochiani semper dicuntur idem populus licet in parte vel in totum mutatus fuerit l. proponebatur. ff. de iudi. & iste populus à principio habuit malam fidem: quia sciuit se presentando vsurpare tale ius quod ad se sciuit non pertinere: aut ignorauit, & tunc fuit supina ignorantia: quæ non debet prodesset: quia quod meum non est ad alios pertinere credere debeat. l. cum quærebatur. C. vnde vi. & sic sunt tria implicita argumenta. Ad quæ primò dico, quod licet populus mutatus dicatur idem, hoc est per legis fictionem. vt gl. æstimaretur in d. l. proponebatur. quæ non habet veritatè nec rei substantiã debet immutari. l. in rebus. C. de iure iuran. ¶ licet enim dicatur idem populus quo ad nomen: non tamen sequitur, ergo est idem quo ad substantiam: potuit enim populus præcedens habuisse malam fidem & sequens bonam. Regula iuris qui in locum alterius succedit licitam habet ignorantiam. ff. de regulis iuris. vnde in dubio debet præsumere suum prædecessorem habuisse bonam fidem cum in dubio quilibet presumatur bonus. l. merito. ff. pro socio. simile videmus in homine: vt in fine dict. l. proponebatur. ff. de iudi. ¶ homo xxx. annorum est idem qui fuit & trium annorum quo ad corpus & famam: non tamen sequitur idem quo ad actus hominis legales: quia homo xxx. annorum potest contrahere matrimonium, testari, & alia, quæ non potest impubes. ¶ Secundum argumentum nego quod fuit populus in mala fide. quia in dubio non est mala fides præsumenda: præsertim in vno toto populo potest esse quod vnus populus bis vel ter presentauit: renouit.

renouatur populus ex magna mortalitate præsentatus durat in præbenda ad lx. annos subsequens populus semper potest esse in bona fide credendo præcedentem habuisse ius præsentandi ex legis beneficio, vel ex alia ista causa. idem potest esse si ponamus exemplum in vno tantum laico, qui alteri successit qui pluries præsentauerat, nam successor qui est in bona fide poterit præscribere, & sic non interuenit aliquod peccatum hic præsupponendo bonam fidem: & ita euitantur multa argumenta per Archid. contra istam partem adducta, qui præsupponit quod fuerit populus vel laicus præscribens in mala fide. sic non obstat tertium dum dicebat aut constat laicum habere malam fidem aut ignorat: quia potest dari medium, scilicet quod quisquis probabiliter se habere ius boni putat, quia vidit prædecessorem suum pluries præsentasse: ipse etiam vltimo loco præsentat, & illa præsentatio admissa nempe contradicente durat per xl. annos vel circa dummodo per lx. annos durauerit inducitur præscriptio etiam ex illo unico actu continuato per xl. annos. glo. antepen. in c. cum ecclesia. de causa poss. & propriet. c. cum de præben. ibi vno vel pluribus. de præben. in sexto. Etiam dato quod præcedens populus habuisset malam fidem non video quare successor non potest habere bonam. d. regula qui in alterius & in regula cū. quis in vj. multum facit capit. cura. cum gloss. ij. in fin. de iure patro. quæ vult quod licet antecessores fuerint in mala fide, accipiendo ecclesiam dotatam à laico sine episcopi consensu, tamen ex quo antecess. possederunt, possunt & successores præscribere. similis in c. de iij. de præscr. & in primis ij. q. j. c. si faceret. xvj. q. ij. Item non ob. quod dicit Archid. de usurpatione & de peccato quod est voluntas retinendi vel consequendi

15 quod iustitia verat secundum Ang. vel secundum Ambr. Peccatum est opus iniquitatis, sed præsentans sine iure patr. facit talem iniquitatem: ergo non debet etiam posse præscribere: quia dico quod non facit contra iustitiam, sed secundum iustitiam & equitatem in iure scriptam: quæ concedit bonæ fidei possessori præscriptionem dictis iuribus, & laicis successores possunt esse tales. ergo habeo intentum. Vltimo dicit non obstat. c. querelam quod loquitur in prin. ibi, sed ipse ad quæ per electionem populi antiqua consuetudine pertinet electio in parte referente iura, quæ verba non probant vel quod consuetudo fundabatur super iur. permissio ex iure patron. & ita intelligit verbum quod postea sequitur salua questione iuris pa. inter ecclesiam & populum: vt ibi xvj. q. j. c. si faceret. patr. quod competeat ex vi iuris pa. id est fundatione, datione fundi, datione secundum Hosti. per c. si eo. ad c. cum ecclesia. de iur. iur. vbi ius eligendi ex consuetudine acquisitum dicitur per monachos ex triplici actu. j. de causa possessionis. & ad c. ea noscitur de his quæ sunt à prælat. sine consensu capituli. vbi ex legitima consuetudine potest Abbas eligere sine capitulo. non forte responderet quia loquitur in ecclesiasticis personis quæ talia merè spiritualia possunt acquirere, vt Pan. in d. c. quanto. Sed quia opi. Feder. Alex. & mea fundatur super illo c. querelam. quod loquitur in populo laico: ideo dico cum venia veritatis dicenda quod non procedit solutio data per Archid. & Hosti. ad illud c. primum fateor Archid. dictum

17 quod in prin. dum loquitur de consuetudine sunt verba narrantis iura sua, quæ licet non dicuntur probare vt notant Morder. in l. cætera. §. j. de leg. j. dico illud procedere vbi lex vel canon postea decideret contrarium. Sed in d. c. Papa. non decidit contra illam narrationem immo absoluit ibi Papa præsentatum in virtute illius consuetudinis ab omni molestia aduersarij: assignat rationem quia constitit populum esse in quasi possessione præsentandi qui præsentauit, & credit se habere ius præsentandi bona fide licet non verè sit patronus text. est clarus in c. consultationibus. de iure pat. & ibi gl. & licet postea delectaretur non patronus tamen præsentato & instituto remanet ecclesia: ergo competit ius præsentandi non semper ex vi iur. patro. Nec obit quod postea sequitur in tex. salua qd. super iure patro. & ista verba intelliguntur de propria vi iuris patron. quando quis esset proprie patronus verus. per d. c. fin. secundum eos: quia dico quod hoc diuinare est ad ista duo capitula. in contrarium verò cap. consultationibus. vbi dicitur questio iuris patronat. etiam ex parte illius qui non est verè patronus: sed in quasi possessione præsentandi: ita potest etiam intelligi cap. querelam. & cap. fin. de iure patronat. quæ generaliter loquitur argument. l. de pretio. ff. de publici. & sic ergo apparet quod licet non sumatur argumēt. ab illis verbis narratiuis in cap. querelam. tamen adhuc posset sumi argumētum quia Papa decidit secundum illa verba narratiua. gloss. est in verbo postfacto. in cap. auditis. de electione. in l. vnica. in tercia lectura. C. quando non pe. par. cum concor per laso. ibi. in l. illam.

18 C. de colla. secus quando contra illa verba decideret. ¶ Infert deinde conclusionem quod non præscribitur aliquo tempore quod cum peccato possideretur. capi. illud. xcij. distinct. cap. nullus. centesima distinct. c. si diligenti. de præscript. Nec potest aliquid ex consuetudine induci, quæ ecclesiasticis obuiet constitutionibus vel iuri communi. Ad hoc dico quod non est in peccato qui est in bona fide. i. in quasi poss. præsentandi. & præscribit cum faciat actum licitum & à canonibus permissum toto ti. de præscrip. Nec ista consuetudo præscribendi dicitur in iuri communi contraria: quia licet habendo respectum ad c. decretum. & c. nouerint. x. q. i. iura antiqua in quibus disponit bona ecclesiastica esse in episcopi cura. tamen ex quo per alia iura noua dispositum est ius patrona. esse apud laicos per cap. quicunque. c. fringentijs. c. filius. xvj. qd. vij. c. nobis. de iure pat. ergo etiam videtur quod laici præscribendo non faciunt contra iura communi sed secundum ius: ideo talis consuetudo præscribendi dicitur realis: ex quo non est contra ius commune. Item dico quod aliquando est dare consuetudinem contra ius commune rationabilem: & talis consuetudo dicitur rationabilis diuersis rationibus consideratis. ius enim commune dispositum quod Episcopus tractet negotia cum consilio capituli. c. nouit. extra de his quæ sunt à præla. sine consensu capituli. a. 19 lias irritantur vt ibi. ¶ Istud ius fuit rationale: quia firmitus est iudicium quod plurimorum sententia confirmatur. c. prudentiam. de offic. deleg. Tamen consuetudo inducitur contra istud ius. c. iij. de consue. in vj. quæ etiam est rationale alia ratione consideranda vt facilius expediantur negotia: & sic duo contraria possunt simul esse vera diuersis consideratis rationibus, sicut nubere & non nubere. c. nuptiarum. xxvij. q. j. lafo. in c. l. ij. per gloss. c. liberis. C. de in ius vocand. & sic potest induci consuetudo præscribendi: quia vno iure considerato, non est contra ius permittens præscriptionem: licet videatur contra aliud: tamen hoc non est multum ecclesie nocium, vt j. dicam. Multa insuper facit argumenta pro parte ista: postmodum facit seximembrem distinctionem. quomodo sex vijs ecclesie subuenitur electione: nominatione: postulatione: collatione: & omnibus istis per ecclesiasticas personas. alijs duob. etiam per laicos, vt in præsentatione & petitione. Sed per ista dicta sua non recedo ab opi. Fede. & Alex. quam tenuit Marsilius præceptor lo. And. vt supra dixi. tenuit & Hugo in c. sic viuere. & in capitulo si quis monachus. per illa iura vbi populus eos eligebat in prælatos de quibus ibi xvj. q. j. & ibi in summa. Inn. in c. qd. quis. in verbo abusus. de elec. vbi dicit quod si quis laicus ex consuetudine hret vel ex priuilegio quod possit interesse electioni, non irritaret vt ibi p. Compo. in c. capitulum. de rescriptis. & ibi lo. And. vers. querit post: quid si conuenerunt post glo. prope finem. lo. de Imo. in q. ij. qui fundatur super præsentationem populi. Hanc opi. firmat capitulum generali. & ibi gloss. antiqua præscriptione. & ibi Paulus de Eleaza. relatus per Gem. de electio. super d. gl. qui dicit quod immo etiam sine titulo

20 habebit locum talis præscriptio, sed bona fides sufficit. ¶ Est ponit nota limitationem ad cap. j. de præscriptio. lib. vi. vbi quod aliquid præscribitur quod est contra ius commune non sufficit bona fides tantum: sed requiritur titulus: hoc dicit esse verum in actu creato & alicui quæsito personæ per ius commune. secus in actu nondum creato: sed qui præscriptione acquiritur, qui antea nulli erat tributus: quia licet ius commune in præscribendo videatur resistere: tamen quia perfectum id est perfectam præscriptionem ius commune ei assistit: ideo non requiritur aliquis titulus: sed bona fides sufficit. vt in dicto capitulo generali. quod loquitur in præscriptione iur. patronat. eligen. quod est valde aureum dictum. Firmat glo. consuetudine allegando bona iura in cap. querelam. de electio. gloss. in

21 cap. si. in verbo nisi. de consuetudine. ¶ Panorm. ibi dicit satis esse consuetudinem non esse peccati nutritiuam, ad hoc vt dicatur rationale vt possit induci: licet non tendat ad scilicet

22 citarem eternam. cap. cum dilectus. eodem. ¶ Quarto facit: quia ex tali præscriptione non multum grauatur ecclesia: eo quia licet habeat præsentare, non tamen dicitur dare aliquod ius præsentato, sed episcopus potest reicere talem præsentatum si non videt eum sufficientem Archidia. in capi. decernimus. decimasexta. questio. septima. Item quod ecclesia teneatur alere patronum egenum, hoc non est grauamen: quia de residuis alit, quæ alias sunt pauperum, cum bona etiam clericorum sint pauperum. capit. quando. decimasexta. questione prima. gloss. in capit. quicunque. eadem questione septima. not. Panorm. in cap. quanto. de iudi. in secunda colum. vbi dicit præsentationem non esse quid spirituale: & quod non magnum quid dicitur habere ipse patronus ex ipsa præsentatione, facit dictum Archid. in cap. monasterium. xvi. quest. vj. vbi Paul. Citad. de iure patro. MMM na dicit

# Tertia pars. Causa vj. acquirere.

dicit ius patr. non esse dominium, sed sollicitudinem seruitii, Hugo idem in c. frigidus. xvj. q. vii. facit c. decernimus. 23 ea. q. Cum ergo ius patr. non contineat grande grauamen contra ecclesiam & omnis consuetudo admittitur contra ecclesiam, quae non sit contra naturam ipsius, cap. j. de consuetudine, ergo etiam consuetudine poterit praescribi ius patr. ¶ Quin- to facit ultra supra allegata, quia negari non potest ius patr. concessum non esse laicis ex gratia, c. l. iij. eo. nullus. c. Adria- nus. cap. in synodo. & quasi per totam, l. xiiij. dist. & hoc omnes fatentur si ex gratia conceditur, ergo etiam ex consuetudine: quia consuetudo & privilegia aequiparantur, gl. antiquitas. in c. quia per ambitiones, l. xij. dist. c. cum contingat. de foro com- peten. ibi ex consuetudine vel indulgentia, melior text. in c. ea noscitur. de his qua. si. a. pra. sine consensu capituli. ibi pba. consuetudine vel data libertate & ibi expressè gl. ¶ Sexto facit text. in c. generalis in verbo antiqua consue. & ibi gl. de con- 24 suetudine. in vj. ¶ Septimo facit quia ius patr. potest esse apud laicum, vt glo. expressè in cap. pia. c. sequen. c. quicunque. xvj. q. vij. quae loquitur de fundatione, dotatione, aut datione, ergo eodem modo per alium quencunque modum legitimum vt infra latius dicitur in nona parte quomodo transferatur, & est text. in c. consultationib. cod. si potest possideri vel quasi possideri: cum in corporalia proprie non possideantur. c. cum ecclesia. de causa poss. c. conquestus. de foro compet. ergo cu- per laicum possit quasi possideri necessarium erit dicere quod potest praescribi, c. j. de praescrip. in vj. glo. in summa xvj. q. d. iij. ¶ Istam opin. postquam iam omnia precedentia scripseram reperi. lo. And. cumulatissime armanem, & ab omni impulsu & obediencie contra protegentem & attestarem Nicolaum papam quartum hanc quaestionem cum de facto verteret in curia contra parochianos ecclesiae sanctae Ceciliae de Flor. qui sacerdotem praesentauerant cum nolisset dioecesanus praesentationem admittere, appellauerunt ad papam: & fuit lata sententia pro populo: quam papa confirmavit & execu- tores dedit: & ipse Ioan. And. habuit literas in manibus bullas. Maxime in testit. Io. And. circa istam regulam vt Marfilium praepotorem suum defenderet contra Archi. in d. c. hortamur, ij. dist. q. parochiani non possent praescribere ius pa. praesent. suum parochianum vel plebanum cuius de directo tenet co- trarium praefatus Ioan. And. in regula quod alicui gratiose. in mercurialibus. eandem opin. videtur sensisse in c. cum venera- bilis. §. verbo temporalia remittendo se ad not. in dict. regula. Hanc opi. dixit Panorm. in cap. quarelam. de electio. commu- 25 niorum. omnes modernos sequutos fuisse. ¶ Sed ipse tenet contra per rationem, quam dicit inconuenibilem, eo quia lai- cus non potest possidere spiritualia: & per consequens nec praescribere. cap. causam de praes. in primo notabili capi. Messana, cap. sacrosancta. de elect. ita necius annexum spiritualitati si- cut est ius praesentandi. quia de connexis idem est iudicium. c. quanto. de iudi. cap. praeterea. de iure. de iure patr. Licet ex supradictis satis putem ad hoc argumentam respon- sum, tamen breuiter dico consequentiam esse falsam, quia ius patr. quasi possidetur per laicum, nec quia annexum sit spiritua- litati per hoc impeditur esse apud laicum. c. consultationib. c. cum seculum. & pluribus alijs de iure par. c. filijs. c. frigidus. c. quicunque. xvj. q. vij. & c. ex literis. de iure par. Et si illa con- sequentia esset vera sequeretur quod nullus laicus posset esse patro. verus. Cuius contra. dicitur in dictis iuribus. Item se- quitur quod ius patro. cum vniuersalitate transire non posset quod est contra cap. ex literis. de iure par. Et ibi Panorm. & glof. 26 ¶ Ad regulam quod de connexis idem iudicium, dicendum ergo esset quod laicus non posset praescribere sicut nec emere spi- ritualia. Dico negando quod illa regula connexorum non semper procedit, vt videmus in iure patronat. quod accessio- rie venit cum temporalibus. quod probatur in dicto capitulo. ex literis. & cap. de iure. eo. & tamen certum est quod spiritua- lia non possunt vendi. dicto capitulo de iure. Ita se remittit Panormitan. de ista regula in cap. quanto. ad d. capi. ex literis. vnde ergo apparet opin. Fede. & Alexand. de iure procedere etiam cum omni favore ecclesiae: quia parochiani regendi p ipsum plebanum merito deberent posse praesentare quem sci- rent sufficere & pro eorum vtilitate valere, vt dixit Ioan. And. in dicta regula. non ergo esset inconueniens quod parochia- ni debeant posse praescribere vel alij laici cum bona fide. istam met opinio. videtur sequi Panormita. in cap. dilectus. de offic. leg. quod praescribat ius patron. tanto tempore cuius in iij memoria non est in contrarium. Allegando Ioann. And. in cap. ij. de praebend. in vj. Cum igitur ista sit doct. opin. com- munitior quod laicus cum bona fide possit ius patr. praescribere vt supra satis clare deductum est & communis consuetudo

eam sequitur, vt per literas papa Nicolai quarti de quibus. §. per Ioan. and. & talis praescriptio non sit in iure ecclesiae no- civa: cum patronus non solum adueniat ad commodum sed & in commodum. c. decernimus. xvj. q. vij. Minime tenere aut iudicare contra communitatem. ex consuetudine quae cer- tam habet interpretationem auctoritate. l. minime. ff. de leg. Bar. 27 in lafidus. C. qui bo. in pig. ha. ¶ Osset in eod. non ponere: qui aliter vellet iudicare, quam papa iudicauerit in eod. vel simili casu vt in ista praescriptione, vt supra dixi referendo Io. and. in c. in causis. de sen. & re iudi. Quis ergo tanta superbia fastigio tumidus est, vt regalem sententiam contemnat, quem in sententia ferenda habuit, vt aliter vellet iudicare vel tenere, quam ipse tenuerit. l. si in aeternis. C. de legi. §. sed & qd. prima. in fi. de in. na. gen. & c. iij. Praesertim cum non habemus. Lex- pressam in contrarium: sed plura iura sunt pro communi, ergo in trepidè tenenda est haec communis opinio. nec male diceretur aduocatus vel iudex aduocare vel iudicare aut co- sulere si secundum hanc communem opinio. consuleret vel iudicaret. Barro. in l. penult. c. de poena. iudic. qui male iudic. Mod. in l. digortio. §. si fundum ff. soluto. matrimo. Alexand. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. in ij. c.olum. & sequ. & in princia. Patronus vero qui vult hanc praescriptionem probare. fundabit se in pluribus praesentationibus cum cursu temporis. fa- ctis. Panorm. in d. c. quarelam. de electio. Bald. in cap. j. §. si vero vafallus, quid sit in uel.

- 1 Ius patronatus est de iure positium inuentum.
- 2 Papa contra ius positium potest: sed & contra legem euangelicam dispen- sare posse putatur.
- 3 Papa nil potest in articulis fidei: nec immutare nec dispensare.
- 4 Papa generalis dei vicarius: in quibus & quid possit.
- 5 Ius patronatus ex privilegio papae acquiri potest.
- 6 Papa omnium dioecesanus & ordinarius.
- 7 Papa sacerdos potentissimus omnem habens iurisdictionem.
- 8 Papa quid possit.
- 9 Ius patronatus liberti vnde proniat. nu. 10.
- 10 Patronus liberti sit quis collationis detractione.
- 11 Patronus liberti per sententiam quis potest effici.
- 12 Ius patronatus queritur iuramento, & iudicommisaria manumissione. nume. 14.
- 13 Patronus liberti per manumissionem ex pacto potest quis effici.
- 14 Patronus quis efficitur ex prostitutione contra legem venditionis factae.
- 15 Ius patronatus liberti non ex omni libertate queritur.
- 16 Liber multis casibus quis efficitur: & tamen nulli ius patronatus quaeritur.

**R**o sexta causa quaro, an ius patr. potest eo- dem modo descendere a priuilegio vt quis efficiat patronus alicuius ecclesiae liberè ex speciali priuilegio. Breuiter in hac q. dico quod potest. & primo vtor tali ratio- ne. ¶ Certum est enim ius patr. esse inuicem de iure positium: summus enim pontifex cu toto concilio cōcessit hoc ius lai- cis posse acqri ex causis §. enumeratis. de quo habetur in To- letano consi. c. quicunque. xvj. q. vij. c. pia. mētis. c. seq. c. filijs. 2 xvj. q. vij. c. decernimus eo. ¶ Sed in actibus respicientibus ius positium papa potest dispensare. imò etiam contra legem euangelicam & contra apostolum, vbi cessat ratio illorum: puta in casib. in quibus dispensauit Christus, de quib. in sacra scriptura, & de quibus non apparet in scriptura recurrir ad papam. c. quodcunque. xxiiij. q. i. puta vbi non dispensaret cō- tra vniuersalem statum ecclesiae: vt ex multis casibus colligitur c. sunt quidam. xxv. q. i. c. licet. in fi. de test. xv. q. vj. c. iuratos. xxxiiij. dist. l. etor. Panorm. in c. p. venerabilem. qui filij sunt legiti- mi. per c. j. de immu. ec. l. n. in c. cum ad monasteriū. de statu monac. dicit in his quae sunt iuris positiumi Papa dispensat pro- 3 velle. Ant. in c. j. de consti. Barba. consi. j. col. xvij. ¶ dummodo non dispense in his quae pertinent ad articulos fidei: quia illa sunt praeccepta diuina legis naturae tanquam principia practi- cae. nota ex terminis: quia tendunt ad finale bonum appeten- dum, & malum mortis fugiendū, speccari: quae omnino sunt indispensabilia: ideo dicitur ius naturale immutabile. c. ius na- turale. secunda dist. §. sed naturalia. in fi. de iure naturali. Ra- tio quare super istis non possit dispensare, est: quia ratio legis naturae quae est illud quod dicit illa duo principia, si finale bonum appetendum, & malum aeternae mortis fugiendum, spe- nitus est ab illis inseparabilis: vnde super illis non potest dispē- sare: sed cum respiciētib. ius positium rō sit multū a dispositis separabilis in iure: ideo a cessante rōne, vel alia rōne mutare poterit dispēlare: vt patet in omnib. casibus, super quib. quere- tur.

4 tidie dispensat Papa, quod potest causa iustificata. ¶ Secundo, quod potest dispensare, facit: quia Papa dicitur generalis. De vicariis assumptis in plenitudinem potestatis: vt possit in omnibus occurrentibus, & necessario expediendis consule & capit. quodcunque xxiiij. questione prima. Marthei xvi. & quia viuier salter locutus est Petro, nihil exceptit a iurisdictione ipsius Petri, capitulo si Romanorum xix. distinct. capi. solitis. de maiori & obediens. quae verba exponit Innocentius. in capitulo quanto. de consue. vt intelligatur per viam constitutionis & praecipi: & quod sit generalis vicarius in plenitudine. cap. non sunt. de poenit. dist. j. c. de libellis. xx. dist. cap. qui se scit. ij. q. xvi. si potest in omnibus necessario occurrentibus consule & providere: ergo etiam poterit alicui ex priuilegio concedere ius patronat. in ecclesia: sicut in simili videmus quod potest interponere autoritatem super totali alienatione bonorum ecclesiae: etiam Romanae secundum Bald. in l. penult. C. de bo. quae lib. & in alijs occurrentibus: ergo & in casu nostro. Item videmus quod de plenitudine potestatis potest ab aliquo auferre praebendas cum causa vel sine causa. Iason in l. Barbarus, colum. viij. ff. de offi. Praetor. Cardin. in clem. i. vt lite penderet. ix. q. iij. cap. per principalem. capitulo cuncta per mundum. primo & seq. ea. q. vbi dicitur habere ius iudicandi & absolendi in omnibus casibus: nec alicuius subest iudicio: ergo etiam poterit dare ius patronat. ex priuilegio. habetur in capitulo proposuit. de concess. preben. & ibi Panorm. in quibus potest dispensare. ¶ Tertio principaliter per capi. Adrianus. & cap. in synodo. lxiiij. distinct. vbi apparet Papam vocasse regem Franciae in auxilium contra quosdam hostes ecclesiae: & quia hostes superauit, concessit ei Adrianus Papa cum tota synodo ius, & potestatem eligendi pontificem & ordinem. sedem apostolicam: si ibi concessit illud priuilegium, & alia quae sequuntur ibi. & in capitulo sequent. de tota ecclesia sub poena excommunicationis contra facientium: quanto ergo fortius poterit ius patronat. concedere ex priuilegio: sic videmus quod solus Papa potest concedere alicui laico ius electioni inter se fundi praetati ecclesiae collegiatae contra ius commune vt no. in c. nobis. de iure pat. ¶ Quarto & vltimo quia veritas prastringitur paucis: cum Papa dicatur ordinarius cunctorum: & totus mundus dicitur ei diocesis. d. c. cuncta per mundum. c. per principalem. ix. q. iij. Item dicitur quod etiam omnia beneficia sint ei manualia. Bal. in l. rescripta. C. de preci. Impera. offe. Ideo concludo, quod alicui potest dare ius patronat. priuilegio alicuius ecclesiae: non patronat. ante. Idem tenuit Alex. in d. consilio. lxxiiij. in ij. col. in iij. volu. Idem videtur sensisse Feder. in consi. cxxxiiij. arguendo de consuetudine ad priuilegium: & est bonum argumentum vt supra in causa praecedenti. ¶ Item Papa dicitur potentissimus sacerdos. c. nulli fas. xxv. q. j. quod non esset si non posset concedere ius patronat. Item Papa est data omnis iurisdictione. Actuum xj. capit. est & aliud. xxiiij. questione j. vnde tenet Barb. in d. consi. j. in viij. & per totum, quod solus Papa potest regere & deliberare & administrare sine consilio Cardinalium & Episcoporum: quia ipsi soli data est dicta potestas. d. c. xv. Matthaei. aliam non diceretur potentissimus: intelligit enim superlatius de supremo: quae super premitas non datur vbi aliquid deficeret. Itē adaequat quadrata rotundis. Hostiens. in capitulo cum venissent. de iudic. ¶ Item est maioris autoritatis quam sancti. dist. cap. de libellis. ij. distinct. & ibi gl. Nec sibi potest dici cur ita facis. capi. in memoriam xix. dist. ergo concludo quod ex priuilegio poterit acquiri ius patronat. perinde, ac si ex aliqua de praedictis v. causis acquireretur, scilicet fundacione, dotacione, ditacione: datione fundi reparatione: item praescriptione & priuilegio. facit quod in simili tenet Io. And. in ca. ij. de praeb. in vi. in ij. col. vbi dicit ex priuilegio posse concedi laico vt ecclesias conferat: & vt decimas percipiat, licet de iure non posset: & ibi Gem. quae tamen sunt spiritualia: ergo facilius dabit etiam ius patronat. quod non est proprie spirituale, sed spirituali annexum gl. in c. piz. mentis. xvj. q. vij. ¶ Nuncautem dicendum restat vnde ius patronat. liberti proueniat: quam quidem materiam vt breuius poterit absoluam, cum alias nimis se extendat: ista autē non multum proficua sit, licet ambaz multum conformitatis habeant quo ad diffinitionem: vt in j. parte apparuit. quia ambo competunt patronis propter beneficia collata ecclesiae vt liberti. c. pia. c. frigentius. xvj. q. vij. l. j. cum patronus. ff. de off. praef. vrb. Item quo ad emolumenta vtrique ex tali iure competetia. vt j. apparebit in vj. parte. Prouenit autem istud ius patronat. ex pluribus causis. ¶ Primo ex spontanea manumissione quam quis facit de seruo suo quomocunque quaesito, & illud quod dico de patrono masculo idem intelligo de patrona: quia ita potest manumittere foemina sicut masculus: sicut &

supra dixi in alio iure pa. posse mulierem fieri patronam fundacione, vel ex alijs causis: siue foemina sit vxor testatoris: siue filia, siue masculus, siue foemina, fauore libertatis non habetur ratio manumittentis. l. i. in fine. C. communia. de manumissio. nec ratio modi manumittentis dummodo sit maior xx. annis manumittens inter viuos: vel xviii. annum attigerit quando testamento vult manumittere. §. cum autem. in lit. qui & ex 11 quibus cau. ma. pos. l. si minor. C. qui manumit. no. pos. ¶ Secundo fit quis patronus de detectione collusionis: puta seruus facit sibi moueri litem a domino, vel patrono vt pronuncietur ingenuus domino patiente & colludente, cum posset contradicere. nam si pronuncietur quis liber & aliquis detegat illam collusionem, efficitur ille libertus detegentis. de istis duobus modis est text. in l. ad optimum. §. patronum. ff. de in ius vocando. & ibi gl. detexerit. ¶ Tertio per sententiam efficitur quis patronus: puta aliquis libertus dicit se ingenuum: ego dico eum libertum meum: & ita pronunciat: sententia facit me patronum. d. §. patronum. arg. l. ingenuum. ff. de sta. hom. l. res 13 iudicata. ff. de reg. iur. ¶ Quarto si iurauit illum esse ingenuum meum in iudicio, sicut desinit esse libertus per contra. sententiam & per iura. d. §. patronum. isto modo quaesitum ius patronat. prohibet in ius vocare patronum sine venia, non autem dat successionem in bonis liberti, sicut alij modi. l. si iurauero. ff. de iure pat. quia non proprie dicitur libertus sicut quando lata est sententia. ¶ Quinto manumissione acqui. ius patronat. puta fideicommissaria: quia quis fuit rogatus manumittere in testamento: & tunc si fuit filius testatoris grauatus: tunc ex tali manumissione efficitur patro. quo ad illud quod non poterit in ius vocari. l. xvj. quoq. ff. de in ius vocan. & in magnitudine poterit imponere operas: & habet ius succedendi p. contratab. l. qui ex causa fideicommiss. ff. de bon. liber. secus si alius fuerit rogatus a testatore manumittere: quia non poterit imponere operas in manumissione: vt ibi licet habeat contratab. 15 & alia iura. ¶ Sexto si hac lege emi, vt manumittat: si postea non seruo fidem, fit liber per constitutionem diui Marci & Commodi. de qua in l. ij. & l. ij. C. si ma. ita fu. ali. vt ma. in l. sed si hac l. in prin. ff. de in ius voc. quantum ergo ad illius edicti dispositionem patro. efficitur & quo ad contratab. l. j. C. de bo. liber. & hoc quando nummis mei emi. Si autem nummis datis ab ipso seruo emi vt manumittam: si postea frango fidem non manumittendo efficitur liber: nec ego habeo pro patrono. d. l. sed si hac. §. sed si suis. Ratio diuersitatis est, quia plus est fallere fidem ipsi seruo danti nummos, quam venditori, quando meis emo nummis l. quarta. ff. de manumissio. si autē manumitto: licet suis nummis emero nihilominus dicor patronus, quantum ad hoc vt me in ius vocare non possit. l. j. C. de bo. liber. Si autem accepi a domino suo pecunias vt emerem & manumitterem: tunc efficior patronus quo ad omnia iura. dicta l. j. & ibi gloss. retiner. ¶ Septimo si hac l. vendidi ancillam, vt si hac lege prostituta esset efficeretur libera: si emptor contra legem emptionis fecerit, efficeretur libera: & emptor non efficitur patro. sed venditor. dicta l. sed si hac. 17 §. prostituta. ff. de in ius vocan. ¶ Alijs etiam multis modis efficitur quis liber: & tamen non acquiritur ius patronat. puta si seruus mortem domini iudicē vendicauerit, accusans do. occiditorem & aliam perseverando in iudicio filio patroni in hoc negligente. l. penult. in princip. ff. de iure patronat. l. j. C. 18 qui. cau. serui. accip. praemium lib. ¶ Secundo si aliquem de adulterina monera fabricatorem accusauerit. l. ij. eo. tunc recipit a fisco dominus pretium, & in alijs duobus casibus sequen. & illam l. ij. dicit Bald. not. pro ciuitatibus, vt faciant iustitiam in expensis suis, & quis cogitur vendere fauore libertatis & publico. ¶ Tertio si quis detexerit raptum virginis praeteritam dissimulatione aut pacione transmissum. l. ij. C. 20 quibus ex caus. serui. ¶ Quarto si quis desertorem militiae accusauerit. l. quarta. C. ex qui. caus. ser. non a domino efficitur liber sed a lege. ¶ Quintus casus in l. vnica. C. de lati. liber. tol. §. sed sancimus. vbi si seruus egrotantem eiecerit publice dominus nec eum alteri comendauerit ipso iure efficitur liber: nec aliqua iura patronat. reseruantur domino: qui a sua domo talem repulit & fit liber contra eius voluntate. ¶ Sextus casus in §. sequenti. si quis ancillam alienauerit sub pacto ne prostituatur: vt supra & si prostituta fuerit efficitur libera. vel sibi reseruaerit manus iniectionem: tunc si ad dominum reuertetur aliquo modo, & ipse faciat conventionem efficitur libera ipso iure domino a iure patronatus excluso. ¶ Septimus si ex voluntate quidam testatoris serui pileati funus domini praecesserint vel steterint in fetetro, vel ex voluntate haeredis hoc factum fuerit tunc statim efficiebantur eiuses Romani seruo isto casu iure patronat. dominus ne cui de vana Paul. Cirad. de iure Patro. MMMm 2 liber



# Tertia pars. Causa vj. acquirere.

libertate iactari concedatur. d. l. vnica. §. sed & qui domini. C. de lati. liber. tol. ¶ Oportet si quis ageret contra seruum v̄ dicantem se in suam libertatem, & dominus obtineat, nam si tunc aliquis daret extraneus domino pretium vt eum manumittat p̄ talem manumissionem nō potest sibi acquirere ius par. Sed statim fit ciuis Romanus ipse libertus, nec enim consentaneum fuit vt qui pretium accepit, haberet & iura pat. l. qui cum nummis. C. de oper. lib. l. vnica. §. illud. de lati. lib. tol.

¶ Nonus, si quis alicui tradiderit ancillam suam vt liberam matrimonio, eam dotando, vel sciens dolose tacerit eam seruam, & dotalia instrumenta confecerit, vel econtra liberam seruo suo vt libero in matrimonium collocauerit, nam ipso iure efficiuntur ipsi liberi ciues Romani seruato iure patr. dominis in aliquibus casibus vt in illa l. & ibi gl. denegamus. §. sed & si quis libero. cum autem tale matrimonium teneat, declarabitur glo. matrimo. per c. si quis lib. xxix. q. ij. ¶ Decimus, si hæres grauatus manumitteret seruum sub conditione ante euentum conditionis manumiserit si non verificatur cōditio, hæres qui eum manumisit remanet patron. l. vnica. §. sed & si sub conditione. C. de lati. lib. tol. Sed iure. ¶ Undecimus, si quis in testamento vel sine testamento aliquem manumiserit vel scripserit vel non scripserit, licet dicat eum velle esse libertum latinum, tamen ex quo illa libertas hodie sublata est, remanebit ille libertus ciuis Romanus contra domini voluntatem iure patro. ipsi domino seruato. §. illo procul. C. de lati. liber. tol. ¶ Duodecimus, si quis apud acta aliquem nominauerit libertum vel filium seruum: nam talis efficitur ipso iure liber & ciuis Romanus: quia indignum esset quod dominus iterū illum seruum haberet, quem filium nominauerit, ideo vera libertate Romana gaudet: non falso domini sermone q̄ filium eum nominauit. §. Similique modo. Cod. de cad. toll.

¶ Decimotertius casus, si quis seruo instrumenta suæ emptionis in presentia quinque testium corruperit vel lacerauerit, vel alterius cuiuslibet acquisitionis: siue seruo tradiderit vel deleuerit dum fiat in presentia x. testium: ne detur via furandi ipsi seruis: tunc tales efficiuntur liberi: sed isto casu remanet integrum ius patrona. ipsi domino. d. l. vnica. §. si manci. ita fuerit. Et per totum illum titulum. Sed in istis casibus & illis positus in illo tit. qui sine ma. ad liber. perue. seruatur ius patron. manumittenti: ex quo non reperitur expresse percipit vel ab eis ablatum. Et sic poterit ad successione venire: & ad alia omnia iura de quibus in tit. ff. de iure patr. Et de istis modis quomodo quis efficiatur liber, est gloss. in tit. de liberti. in glossa antepenul.

¶ Pars quarta quare leges & canones iura patronat. adinuerunt.

- 1 Ius patronatus quare leges & canones concesserint.
- 2 Ius patronatus quare laicis concedatur.
- 3 Papa beneficium in ecclesia patronata conferre potest sine laicorum presentatione.
- 4 Interpretatio lata est in iure patronatus fienda.
- 5 Ius patronatus quare laicis concedatur.
- 6 Ius patronatus in libertos quare concedatur manumittentibus.

**N** hac quarta parte venit explicanda causa, quare iura patrona. hæ leges & canones adinuerunt: in qua quidem parte me breuiter absoluiam. Cum in ea non multa cadant dubia, seruato igitur ordine supra posito dicam. c. ¶ Primum causam iuris patronat. eccle. quam ponit Hostiens. in tit. eodem. §. qualiter transferatur. versic. & quod laicus habeat ius patronat. ecclesie de gratia sustinetur in remunerationem per capitul. quoniam. eo. & ibi Panomitan. in j. no. capit. si quis Episcoporum. xvi. questione secunda. alias enim in bonis ecclesiasticis nullum ius habebat: nec se de illis intromittebat post donationem, vel dotationem, aut fundationem ecclesie omnia pertinebant ad ipsam ecclesiam & ad ordinationem Episcopi. x. q. j. cap. nouerint. c. decernimus. & gloss. fin. in cap. pie. xvj. q. vij. cap. si. de reb. eccle. ali. vel non. ¶ Ratio autem istius ratio, istius rationis quod laicis concedatur ex gratia potest esse vt laici inuidentur ad fundationem & ecclesiarum dotationem

quam sentit gloss. in capella in c. nobis. circa medium. de iure patro. Ita sentit Arch. in c. hortatur. lxxj. dist. colum. ij. Hugo. in c. pia. xvj. q. vij. Gofre. extra de elec. sacrosancta. Ex quo ergo ex beneficio vel priuilegio aut gratia conceditur hoc ius laicis: sequitur etiam quod patronus gaudebit illis priuilegijs quibus priuilegiatus debet vt in suo priuilegio. ¶ Istā illationem facit Panor. in c. quoniam. in j. no. extra eod. vnde ergo infert q̄ Papa poterit conferre beneficium in ecclesia patronata sine presentatione laicorum: q̄ non possit prælati secundum no. in gl. præsentare. circa si. in c. cum dilectus. eo. q̄ non poterit episcopus in præiudicium patronorum vnum ordinare patronis preteritis: & si hoc faceret in verendum episcopi remoueretur: & præsentatus per patronum ordinari deberet. c. decernimus. xvj. q. vij. imò nec legatus Papæ deberet hoc posse quando non haberet mandatū ad hoc speciale vel æquipollens: ne retrahantur laici à fundatione vel dotatione ecclesiarum: solus ergo Papa debet posse cōferre: quia ex quo dat priuilegium potest etiam tollere. regula eius est. ff. de regu. iur. Et est gl. expressa in cle. ij. in verbo apostolicis. de præben. sed licet hoc potest Papa, non tamen valet collatio nisi Papa expresse de tali iure patron. collatione faciat expressam mentionem: si non fecerit, tunc non valet talis collatio quasi sui reposita. Pan. in d. c. cum dilectus. in fi. eo. eandem opi. tenuit Arch. in c. pia. mentis. in fi. xvj. q. vij. ita etiā tenet Zab. in d. cle. ij. in iij. q. ¶ Secundò potest inferri quod vbi tractabitur de iure patro. ex quo est priuilegium & gratia, lata fiet in eo interpretatio, vt in alijs priuilegijs. c. cum dilecti. de dona. cum ibi not. per doct. post gl. quæ allegat plures concor. c. quia. circa si. de priuile. c. visis. xvj. q. ij. ca. fratris. ea. q. j. l. si. ff. de consti. prin. Sed quia istud priuilegium est contra ius cōmune, vt §. dictis. in prin. huius partis apparet: & quia videtur tendere contra libertatem ecclesiasticam: ideo non crederem q̄ deberet fieri larga interpretatio præsertim vbi illa veniret cōtra ecclesiam: quia vbi non apparet de iure patro. ecclesia in dubio præsumitur libera, & sub episcopo non sub patro. cap. quoniam. eo. ideo amplius non censetur priuilegium: sed ius cōmune. Bal. in l. j. pe. col. ver. vnde quæritur. C. de furt. Et priuilegium iuri cōi conforme nō confirmatur pro priuilegio: vt ibi Bal. & in ant. omnis. C. communia de success. ideo cum ius patro. concedatur hodie ex communi iuris dispositione: nō me latius extendo ad ea quæ priuilegijs conceduntur specialiter, maxime cum contra libertatem ecclesiasticam concessum videatur: vt §. in prin. huius causæ. ¶ Concludo igitur primam esse causam quare ius canonicum concedat hoc ius patro. laicis latius quam olim ex quadam pia remuneratione erga patronos ecclesie benefactores: vnde videmus q̄ ius patro. ipsis subuenit in alimentis quando egeni facti sunt: vt no. in c. quicunque. xvj. q. vij. Secunda forte potuit esse ratio vt non tantum remuneraret ius quantum vt alius ad benefacien. ecclesie per talem iur. patro. concessionem inuitaretur. hanc rationem assignare videtur glo. in c. nobis. vers. in capella. circa medium. eo. ¶ Causa autē quare concedatur in libertos ius patro. manumittentibus ipsos seruos exprimitur in l. ff. de bo. lib. l. ad remanendum tam grande beneficium quod eis contulerat domini eos manumittendo: quod censetur inestimabile. §. ea. in tit. qui ma. non pos. Hoc intelligo siue par. sit laicus, siue ecclesiastica persona vel ipsa ecclesia: quia potest etiam habere tales libertos de quibus in c. liberti. cum sequenti. xij. q. ij. vbi etiam apparet quod ecclesia potest grauare suos libertos magis quam laicos: vt ibi gl. l. betti. habetur i. c. Episcopus qui mancipium. ea. q. c. iij. de reb. eccle. non ali. cum ergo appareat vtrunque ius patro. esse adinuentum causa remunerandi, sequitur q̄ ius patro. non dicitur mera donatio: non enim donare dicimur quod in remunerationem damus. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæc. l. Aquilius. ff. de dona. hinc sequitur q̄ licet annexa spiritualibus spiritualia censeantur & laicis regulariter non competant. c. quanto de iud. tamen ius patronatus laicis competet in remuneratione. facit l. iubemus. C. de sacrosanct. eccle. Bart. in j. consti. digestorum in fin. eol. ver. præterea.

¶ Pars quinta. In quo differant patroni.

- 1 Patronus quilibet in quo differant ab alio diuersi generis patrono.
- 2 Patronus ecclesie differat à patrono liberti in onerum impositione.
- 3 Patronus ecclesie sit per reservationem: patronus autem liberti non.
- 4 Patronus ecclesie sit p̄ priuilegium: patronus autem liberti non.
- 5 Patronatus ecclesie pluribus queritur causis: patronatus liberti vnica.
- 6 Ius patronatus ecclesie censetur quasi spirituale: aliud autem laicorum.
- 7 Patronatus ecclesie à patronatu liberti sexa differentia.
- 8 Ius patronatus ecclesie ad placitum non queritur: aliud autem sic.

Sequitur

**S** Equitur videre in quo differat patronus be-  
neficii vel ecclesie ab illo patro-  
no diuersi iur. in qua quidem parte, quia differen-  
tias plures patebunt in sequenti parte enumerando  
effectus quos quodlibet ius patro. tribuit ideo me paucis  
absoluam. ¶ Sciendum igitur est quod ambo patron. ecclesie  
& liberti conueniunt ex parte acquisitionis: quia sicut ex be-  
neficio ecclesie collato acquiritur ius patro. in ipsa ecclesia,  
vt s. dixi in prima causa & ceteris causis acquirendi ius patr.  
Item quo ad diffinitionem vt supra vtrunq; diffiniui in prin.  
in prima parte in fi. ver. iij. Item quo ad alimēta. l. si quis a libe-  
ris. §. solent. & sequen. ff. de lib. agno. c. decernimus. xvj. q. vij.  
eodem modo etiam acquiritur ius pat. liberti ipsi patrono ex  
beneficio collato liberti. d. l. i. ff. de bo. liberti. ¶ Primò au-  
tem differunt patroni ecclesie à patronis libertorum, eo quia  
videmus quando quis fundat vel donat ecclesiam & sic effici-  
tur patro. ex fundatione aut ex dotatione facta ad necessitatē  
tantum non potest aliquod onus imponere ecclesie, puta vt  
sibi teneantur dare certum censum annuum. c. j. & ibi Panor.  
etiam cum consensu Episcopi. c. de censib. & c. prater ea. eod.  
quia non potest Episcopi consensus prodesse in his quæ sunt  
contra iura. c. vides. x. dist. & ibi gl. ponit multas instantias cō-  
tra: & intelligitur dotare ad necessitatem, quando aliter susti-  
neri ecclesia non posset in statu debito. c. primo. de instit. c. v.  
nemo. de consecratione. distinctione prima. Contrarium au-  
tem videmus in patrono liberti, quia talis potest in manu-  
missione, & sic in acquisitione iuris patr. imponere onera, eo  
quia potest operas imponere dum manumittat ex libera vo-  
luntate: alias aliquo modo grauatius manumittere, nō potest  
imponere operas, vt ista probantur in l. ij. & iij. & l. si mater. l.  
Titius. ff. de oper. liber. & in l. qui ex causa. ff. de bonis liberti.  
¶ Secunda differentia: nam patronus ecclesie ædificando  
vel dotando si non referuat sibi ius patro. ecclesie non habet  
aliquid ius pat. in ipsa ecclesia, vt s. dixi in v. quæst. ij. causa. Et  
positio quod referuat potest in continentem illud a se totali-  
ter abdicare donando vel alio vniuersali tit. tradendo. c. cum  
seculum. & c. cura pastoralis. eo vel simpliciter renunciando,  
& tunc ecclesia sit libera, vt in d. v. q. Sed patro. liberti fit ipso  
iure ex manumissione & etiam si vellet non potest totaliter  
renunciando generaliter cedere iuri suo. gl. j. in c. Episcopus.  
xij. q. ij. in cap. quicunq; laicus. l. iij. dist. iuri enim reuerentia  
li non potest. l. fi. C. de bon. lib. l. ij. C. de in ius vocan. no. in d. c.  
quicunq;. ¶ Tertia differentia, nam supra in sexta causa  
acquirendi ius patron. conclusi posse acquiri tale ius ex priui-  
legio papa: sed non video qualiter ius patr. liberti acquiratur  
ex tali priuilegio, nam si p. prios seruos papa vel princeps ma-  
numiserit ex manumissione sibi acquiritur ius patro. Azo in  
summa. C. de bonis liberti. & ius patr. Si autem alicui ius suū  
cedat, no video quod ex priuilegio acquiratur sed ex ti. quō  
ceditur: idem etiam dicendum si ab alio quocunq; cederet  
ius patr. liberti. nam ex tali cessione acquireretur ius patr.  
¶ Quarta erit differentia quod plures sunt modi causantes  
ius pa. ecclesie vt s. plures enumerari causas. Sed istud ius pa.  
liberti ex sola manumissione causatur spontanea in vero pa-  
trono & non semper quælibet manumissio, etiam causat ta-  
le ius patr. liberti vt supra enumerari in sexta causa acquirendi  
dius pat. plures casus in quibus ex legis dispositione fit quis  
libertus & nullus in eum habet ius patr. vt in vers. vij. Si hac  
lege vendidi ancillam. Fateor autem quod aliquis pluribus  
modis alijs effici potest patron. liberti, vt per collusionem, sen-  
tentiam, & iuramentum, de quibus supra parte iij. vers. nunc  
autem dicendū restat. vers. j. ij. & seq. licet enim ex illis causis  
trāsferatur ius pa. liberti, non tñ ius pa. ab eis descendit sed causatur  
trāsferatur. Sicut et videmus quod alijs plurib. modis q. vj. acqui-  
ritur ius pa. ecclesie. f. venditione vniuersali, itē donatione &  
successione vt infra dicam in nona parte, & tamen non causa-  
tur nisi ab illis sex modis suprapositis. Si etiam istud ius patr.  
causatur ex sola datione libertatis, licet postea causatum ex  
pluribus causis transferatur vt supra in sexta causa vers. j. &  
seq. ¶ Quinta differentia quod ius pat. ecclesie est spiritua-  
libus annexum & tanquam ipirituale ratione connexitatis iu-  
dicatur. c. quanto. de iudi. Panor. in c. quærelam. de elect. capit.  
prater ea. de transact. c. de iure. de iure pat. Sed aliud est merē  
laici vt euidenter apparet: quia sine omni ipiritualitate cau-  
satur inter laicos manumissione, quæ à laicis & ab ecclesiasti-  
cis personis emanat, vt in toto titulo. ff. de manumiss. & C. de  
vind. lib. & apud consilium ma. & instit. qui manu. poss. vel  
non. ex hac multæ aliæ differentie possunt oriri: vt infra ap-  
parebit in seq. parte in effectib. quos tribuit ius vtrunq; pa-  
tronatus. ¶ Sexta differentia est: quia ius patronat. ecclesie

potest esse apud plures in solidum & non aliter quo ad suos  
effectus, excepto quo ad presentantē, quia tunc est apud om-  
nes collectiue: vt no. in c. j. & sequenti eo, distinguendo tamē  
an apud collegium sit vel laicos vel plures hæredes vnum pa-  
tronum representent, vt infra in xxviii. q. huius partis cum  
seq. vt s. parte iij. q. xvi. quo ad alios effectus in solidum apud  
singulos. Sed ius patron. liberti est diuisibile intellectu vt quia  
quisque parte quis fuit dominus pro ea etiam efficitur liberti  
pa. manumittēdo: vt sicut ius seruitutis plures habent pro par-  
te. l. seruus communis. ff. de stipu. seruo. in §. si. in sit. eo. de he-  
re. in sit. ¶ Septima, ius patronatus ecclesie ad placitum non  
potest causari, requiritur enim consensus Episcopi in funda-  
tione vel reparatione. §. j. auten. vt nullus fab. or. do. c. nemo.  
de conse. dist. j. vel saltem Episcopi scientia, vt in dotatione de  
qua satis supra in secunda acquirendi ius patro. in vj. q. Aliud  
autem acquiritur ad placitum cum possit quis inter amicos  
suos manumittere seruum suum vel per epistolā, vt in §. mul-  
tis autem modis. in sit. de liberti. sic etiam bene iudicis scientia.  
Alias autem differentias sequentes partes denotabunt quo  
ad effectum iurium præsertim in seq. & in nona parte: illi sunt  
in ipsorum iurium procreatione.

¶ Sexta pars. Quid cui libet patro. ius patro. afferat.

- 1 Ius patronatus quid cui libet patrono conferat.
- 2 Ius patronatus patrono tribuit honorem precedendi. Item honorem seden-  
di. & nu. 3.
- 4 Itali honorem curantes pro alijs summa ope ad virtutes inuuntur.
- 5 Patrono ecclesia an debeat reuerentia sicut patrono liberti.
- 6 Patrono ecclesia in quibus debeat.
- 7 Honor in presentando debetur ecclesie a patrono.
- 8 Patrono seniori deferretur honor precedendi & sedendi.
- 9 Episcopus an teneatur presentatum instituire.
- 10 Dignus & idoneus quis dicatur.
- 11 Presentato quale ius queratur.
- 12 Presentatus quando contra episcopum agere possit vt eum instituat.

**S** Extam aggredior partē quod cui-  
libet patrono ius  
suus patro. cōferat. incipiendo à patrono ecclesia-  
stico, dico quod ius patronat. affert duo in genere  
scilicet commodum & incommodum vt ex sequentibus pa-  
tebit. ¶ Primò igitur commodum accipiendo, ¶ Quæro in  
quo consistat vel quod commodum afferat incipiendo à le-  
uiori vt gradatim ascendam, dico afferre honorem processio-  
nis: quia in processione præfertur. capitulo pia. capitulo fri-  
gentius. decima sexta quæstione septima. capitul. nobis. in fi.  
eodem & sic ipse cum prælo præcedet in processione alios. l.  
nemo. C. de officio magistra. vbi nota. Is gradus merito præce-  
dat quem stipendia meliora aut labor prolixior fecerit ante  
ire: licet Archid. in cap. frigentius. alio modo exponat proces-  
sionis aditum, id est, patron. debet habere sollicitudinem vt  
ecclesia procedat. j. vt bona ecclesie augeantur & vt sibi pa-  
trono bene merenti remereatur tempore necessitatis. ¶ Eo-  
dem modo puto quod habebit honorem in sedendo. Cum  
digniores altiori loco sedere debeant. §. aliam verò. in sit. de  
bonorum possessio. & ibi gloss. l. potiores. C. de offic. rec. pro-  
uincie. l. j. §. penultim. ff. de aqua plu. arcend. Istum honorem  
dixit Rosfred. in summa sua, eodem titul. multum curare Ira-  
los: & bene: quia honor est maximum honorum exteriorum  
quod virtuti soli debetur. iij. ethicorum. ¶ Ipsique Itali (pace  
aliorum dixerim) omni studio & labore ad virtutes maxime  
insudant, vt in effectu quisque diiudicare potest: vnde plura  
librorum volumina, cōsilia, disputationes, quot liberationes  
bonarumque artium omnium erudimenta proueniūt quam  
ex ipsis Italiae hominibus: ideo non prouincialis vel prouin-  
cia dicitur Italia: sed prouinciarum domina. gloss. si igitur. in  
§. quid enim erit durius. authen. vt omnes obed. iudi. prouin.  
columna quinta. quæ forte ex vitij iniquorum non domina  
prouinciarum: sed ancilla nuncupari potest: quam Deus pro-  
tegit dirigat & gubernet non secundum impiorum iustitiā,  
sed secundum eius solitam immensam elementiam. ¶ Secun-  
dò quæro, an eodem modo debetur honor & reuerentia  
patrono ecclesie sicut patrono liberti: scilicet vt prælarus, vel  
clericus per patronum presentatus teneatur facere reueren-  
tiam ipsi patrono: scilicet in assurgendo sibi: honorando eum  
cum birretto: eumque salutando: & in non vocando eum in  
ius sine venia prætoris patronum: vt ad hæc libertus tenetur:  
vt habetur in l. si sine venia. quæ est. ff. de in ius vocan. & in  
l. qui manumittitur. C. de ope. liber. Licet hanc q. non reperiā  
Pau. Citad. de iure Patro. MMM m 3 alicubi

# Sexta pars. Articulus j.

alicubi expressim; tamen quia supra dixi in princip. v. partis istos patronos in multis conuenire: ideo tunc dico quod eodem modo debetur reuerentia in illis patrono ecclesiastico sicut patrono liberti. & hoc primo, quia talis reuerentia quae consistit in illis nominatis in non vocando, in non accusando, in non testificando contra ipsum, in assurgendo, salutando, & similia dicuntur competere de iure naturali: quod beneficienti benefecere dicitur. l. venia. C. de in ius vocan. l. si non fortem. §. libertus. ff. de cond. ind. Sed talis presentatus tenetur benefecere ipsi patrono: ergo etiam tenebitur ad ista supra dicta. Secundo certum est quod patrono debetur honor ab ipso administratore ecclesie: capi. filius. capit. quicumque. xvj. quae. vij. cap. nobis. in fi. eodem. Sed ista supra enumerata consistunt in honore & reuerentia. ergo ex paritate rationis, vel forte ex maioriore: vt §. subijciam quastionem specialem cui patrono magis debeat ius patronat. & reuerentia in illis patrono ecclesiastico, vel laico. ¶ Tertio, quia quod talis reuerentia eis debeat non potest esse damnosum ipsi ecclesie vel eius administratori: quia licet non possit vocare in ius sine venia: tamen venia datur vbi est rationalis causa. l. fin. ff. de in ius vocand. l. venia. C. eodem. si autem vniuersitas, vel ciuitas esset patron, tunc non teneretur de re reuerentiam omnibus, sed tantum regentibus. vt infra dicam. in ista parte artic. iij. quae. v. ¶ Quarto, debetur patrono ecclesiastico in presentando sacerdotem domino ordinario. & aliis nullis sine patrono potest occupare ecclesias. ca. ex insinuatione. e. cap. fin. de inst. cap. decernimus. c. monasterium. decima sexta quae. septima. Iste autem honor presentandi non est apud omnes insolidum. Sed vt apud vniuersos, quando plures sunt patroni ecclesie quia licet in alijs effectibus iuris patron. quando sunt plures patroni quilibet debeatur talis reuerentia de qua §. insolidum: tamen in actu presentandi ius patronatus non dicitur apud singulos sed apud omnes: vt §. dixi in proxima parte in sexta differentia, & talis honor presentandi dicitur esse fructus iuris patronat. industrialis. Innoc. in cap. consultationibus. eo. & ibi Panorm. in fin. no. in cap. si. de concess. prebend. gloss. fin. in cap. cum olim. de maiori. & obediens. An talis honor presentandi dicitur dispositio vel non ponit Zabarella in clem. vnica. in j. opposit. de supplenda negligentia prelatorum. & merito, potest presentare quia bona sua conuulit ecclesie. c. p. eodem. sed non conferre. Ioan. And. in cap. ij. de preben. in vj. Panorm. in cap. quod autem de iure patro. in fin. intelligendo. de iure patro. laico, nisi ex privilegio hoc ei esset concessum: vt per Ioan. & Ge. post Ioann. Monach. in cap. de preben. in vj. qui tunc posset conferre: ex hac determinatione quod quod ad reuerentiam dicitur ius patronatus esse apud plures insolidum dubitari posset. ¶ Quinto si essent plures patroni: puta x. quis debet precedere in processione. isto casu dicerem prout in simili dicitur de instrumentis apud quem debent esse cum sint plures domini: quod instrumenta talia communia debent esse apud digniorem, qui considerabitur ex qualitate personae: & dignitate & statu: vt no. in l. procurator. C. de edend. melius in l. finali. ff. de fin. instr. attento ergo maioritatis gradu debentur precedere, vel federe: quo antem ad alios actus qui non simul conceduntur tantum debet esse honor prestari minori sicut maiori: vt in re. vocando in ius sine venia: in non accusando: in non testificando contra ipsum. ¶ Sexto queritur. An teneatur Episcopus vel ordinarius presentatum per patronum instituere. ad hoc respondet gloss. in capitulo monasterium. prima quastione septima: quod tenetur, nisi aliquid obijciatur in personam eius. c. de presenti. sexagesima quia ista distinctio quod loquitur in Episcopo confirmando qui debet cum superioris auctoritate confirmare. capitul. postquam. quinquagesima distinctio. vbi debet infra tres menses a die mortis predecessoris eligi & infra tres menses consecrari, nisi causa subsistat. vt ibi gloss. capitul. pastoralis: & ibi clare dicitur quod Episcopus debet admittere presentatum idoneum: etiam dato quod patronus velle. ¶ Septimo queritur quis autem dicitur dignus & idoneus dicit Panorm. in capitulo pastoralis. secunda colum. eod. loci: qui est honestus & qui scit legere & cantare competenter. & sic ergo probatur quod ex presentatione acquiritur ius ipsi presentato: na quod patro. non poterit eum auocare licet per alium presentare: & tale ius acquiritur presentato: quod cogitur Episcopus eum instituere, nisi habeat iustam contraeandem causam: & si non instituat, dantur duo remedia, de quibus in sequens quastione dicam, quod acquiritur ius presentato talis presentatio, ponit Petrus de Anchara, in capitulo primo. de institut. libr. sexto. & tale ius acquiritur ad

rem non in re. hoc est in beneficio ante institutionem sicut electio. licet adhuc patroni dicantur eligere: de hoc Panorm. in capitulo ij. eodem. & in rubric. de elect. & hoc potest habere locum, etiam si primus presentatus per patronum appellauerit contra patr. volentem secundum presentare. & posito quod non appellaret contra Episcopum non ordinantem, vel patronum variantem adhuc poterit patronus variare accumulando alterum non tamen totaliter remouendo iam presentatos. Panormitanus in capitulo cum autem. in primo notabili. eodem. & in capitulo quod autem. in secundo notabili. eodem. Ioannes Andreas in capitulo cum autem. vbi se remittit ad regulam in re communi. libr. vj. in mercur. in fine. & quod presentato competat ius non plenum sed ad petendam confirmationem vel institutionem ab Episcopo, tener Panorm. in capitulo. nobis. in quarto notabil. de iure patronat. clarius & latius in capitulo cum Bertoldus in tertia columna. & sequenti per totam. de re iudica. Item ad petendum intrusum remoueri tenet ibidem Panormitanus. Sed intelligit procedere duo predicta quando vnum tantum presentauit, quem Episcopus sine causa recusat instituere & patro. perseverat in eadem voluntate. Si autem duos simul vel successiue: tunc neutri competit ius presen. sed potest Episcopus eligere quem velit, nisi primum malitiose recusaret admittere: quia tunc tenebitur sibi providere de alimentis, donec de beneficio provideatur. capitul. pastoralis. & ibi Panorm. eodem. ¶ Si autem vnum tantum presentauit, quem Episcopus sine causa recusat instituere, & patro. perseverat in eadem voluntate: tunc presentatus potest agere contra Episcopum, vt eum instituat per illud capitul. & capitul. dilectus. de offic. legat. & ibi glo. prima. quae facit differentiam inter presentatum a laico: & tunc acquiratur: quod §. dixi. & presentatum a clerico vel collegio: vt tunc acquiratur ius fortius presentato: vt ibi plenè. secus si alium patronus presentaret aequè idoneum: vt Archid. late in cap. decernimus. xvj. q. vij. in gl. & sic videretur quod omnia in predicta procedant in presentato a vero patrono. si autem patronus simulatus qui adhuc non esset in possessione presentandi presentet: & Episcopus instituat vero patrono presentare postea: tunc institutio dicitur nulla ipso iure, patrono vero perseverante in contradictione: vt ibi Panormita. in dicto capitulo. cum Bertoldus. colum. v. in prin. & in fin. precedentis gl. in c. pastoralis. eo. Si verus patronus nullum presentaret infra sex menses: tunc remittit se ad nota. in decis. ccclvij. & ad ca. illud. eodem. vbi dixit se latius dixisse: quia supra dixi presentatum habere remedium contra Episcopum non admittentem ipsum. Ideo sequitur secundus articulus.

## ¶ Secundus articulus.

- 1 Presentatus legitime qua remedia habeat contra ordinarium non admittentem eum.
- 2 Presentatus legitime non admissus superiorem aliter potest.
- 3 Presentatus legitime contra presentantem, ne alium presentet non potest appellare.
- 4 Patronus contra episcopum non instituentem presentatum agere potest.
- 5 Patronus minus idoneum presentans, an prius iure patronatus.
- 6 Patronus scienter indignum presentans iure presentandi illa vice privatur.
- 7 Privilegio priuatur qui ipso a butitur.
- 8 Beneficium cum uxore nemo potest tenere.

**S**extimo quero, quot vel qua remedia dantur contra ordinarium non instituentem idoneum presentatum ipsi presentato. ¶ Ad hanc quastionem reperio gloss. in capitulo pastoralis. respondentem quod poterit interponere appellationem ad superiorem, quando sine rationabili causa recusat eum instituere: & tali appellationi debebit Episcopus deferre, quando patronus alium non presentat, sed perseverat in sua presentatione: quia sibi presentato tunc est acquisitum ius aduersus talem ordinarium ad peton. in iustitiam. Item aduersus alium institutum sine legitima presentatione. cap. cum Bertoldus. de re iudica. vbi text. clarus quod licet presentatus per heredem illius cui curia fuit pignora, fuerit institutus: tamen presentatus a vero patro. licet contra eum fuerit lata sententia: quia non comparuerat: tamen probata iusta absentia obtinuit a Papa dictam sui presentationem sortiri effectum. capitu. decernimus. xvj. quastione septima. vbi in contemptum episcopi remouetur institutus non legitime presentatus, & per patronum legitime presentatus admitti-

tur: & ibi glossa notabil. Episcopum cogi sua retractare facta non legitime. Amplia istam decisionem procedere etiam si patronus alium vel alios accumulasset presentando: quia idoneior poterit appellare. Panorm. in c. cum autem. in versu. ite dubitatur. de iure patr. per plura iura: & licet appellet ut instituat non tamen appellat ut alius non presentetur: quia patronus potest plures accumulare ut ibi. & in ca. pastoralis. eo. fallunt predicta quando Episcopus haberet causam. Panorm. in c. cum autem. in fin. eo. & per s. d. ¶ Secundum remedium ponit Panorm. in d. c. pastoralis. q. per modum querelae: adeat superiorem. & petat illum cogi ad instituendum eum. per nota. in c. ex parte assensu. de concess. preben. no. per gloss. ibi. & per Panorm. pen. solum. ver. sed dubium est. vbi tenet quod archiepiscopus potest cogere episcopum ad instituendum. p. c. nullum. de iure patr. vbi cogitur consentire donationi iuris par. quae sit ecclesiastico loco. Episcopo autem negligente tenet Panorm. in d. c. ex parte. q. poterit Archiepiscopus. Et de secundo isto remedio dixit Panorm. idem in c. cum Bertoldus. de re iud. ad istam q. vide quae s. dixi. q. d. lv. ¶ Octavo quarto an presentatus legitime possit appellare contra ipsum patronum. ut non presentet alium. Ad hoc respondet Panorm. in c. pastoralis. quod non: quia ius canonicum permittit ipsi patrono variare post presentationem accumulando ut s. dixi in vj. q. per cap. quod autem. eo. ergo non debet posse contra patronum appellare: quia appellaret contra ius: quae appellatio non valet. Spec. in titulo de appellat. s. ij. ver. xxij. & xxxvij. l. ij. ff. de appellat. recip. vel non. l. si. eo quia non potest appellari quod aliquid non fiat quod de iure fieri potest. Lex confensu. s. si. de a. c. cum nobis olim de elect. c. j. de his quae sunt a maior. par. c. & cap. ex ore circa fin. Archid. in c. decernimus in verbo offerant. xvj. q. vij. Item durum est contra stimulum calcitrare ut dixit Christus Saulo Actuum ix. ¶ Nono quarto An patron. possit agere contra episcopum non instituentem presentatum. ad hoc responderi potest q. sic arguendo a fortiori. Nam si patro. potest agere contra episcopum ut iam factum retractet: id est ut non legitime presentatum & institutum remoueat in eius Episcopi contemptum. d. cap. decernimus. decimasexta. quae septima. cap. illud. cap. ex insinuatione. eo. & ut per eum alius presentandus instituat: ergo multo fortius a principio poterit agere ut cogatur Episcopus iam presentatum instituere: quia si hoc potest facere presentatus multo fortius ipse patronus a quo presentatus habet ius. Itē quia patroni interest & ad hoc tenetur ut ecclesiae provideatur. d. c. decernimus. ergo videtur ei concessum totum quod est necessarium. Antecedens ad illud. l. illud. ff. de acqui. hære. in glo. acqui. iussu. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procur. Ita in terminis renuit Archi. dicto capitul. decernimus: scilicet quando Episcopus iam instituisset alium non legitime presentatum: tunc & legitime presentatus & patron. possunt contra talem institutum remouendum agere ut legitime presentatus instituat: alius potest ipse Episcopus puniri: ut in capitulo pastoralis. eo. & ita teneo quod patron. agat cum sua inter sit ut ecclesiae provideatur. c. non solent. & ibi glo. plures adducit concor. ij. q. vi. Fallit ista conclusio quando patroni adinuicem se impedirent discordes in presentatione: quia post quatuor menses si non concordant. Episcopus providebit ecclesiae. cap. quoniam. eo. Item fallit in casibus in quibus potest sperni presentatio patroni de quibus s. in xij. q. d. Hosti. in s. quid iure eo. ¶ Decimo quarto quia debetur honor patrono in presentando: quid si presentet vnum non idoneum scienter. an priuetur iure patro. ipso iure pro ea vice ut amplius presentare non possit. huic q. reperio gl. negatiue respondentem quod non priuatur intelligendo de patro. no laico. Si autem de patrono ecclesiastico vel ecclesia collegiata loquimur: tunc secus est: quia tunc priuatur & ibi assignat rationem diuersitatis inter tales patronos. gl. ij. multum not. in c. cum vos. de offic. ordi. de qua differentia laicus dicam in xij. parte. Et probat istam solutionem iste tex. qui vult ordinari loci debere ponere oconomos. qui habeant curare bona ecclesiae & illa reservare futuro instituto & regere ecclesiam. Sed contra istam vextum videtur facere tex. in authē de Epif. s. si quis orator. i. donu. col. ix. vbi si patronus dignos presentauerit Episcopus ordinari procuret: si autem indignos presentauerit: tunc quos meliores putauerit ordinari procuret. & ille textus fecit magnam difficultatem inter doctores iuris ciuilibus. & canonicis: alii enim volunt q. per talem presentationem indignam patro. non priuatur per illum tex. ipso iure. alii q. sic. Et quod Episcopus debet instituere & presentare: ita etiam differentia est. cv. posita in repetitione c. j. de accus. gl. firmiter tenet q. si est patro. ecclesiasticus priuatur ipso iure

re immo etiam a perceptione sui beneficii suspenditur. glo. a collatione extra de clerico excommunicato de po. vel inter. minit. Si laicus no. nec ob. s. si quis quia pcedit de iure cuius quod non attenditur in spiritualibus vel quasi: quae spectant ad forum ecclesiae. & sic canonicum. Breuiter omnia longa disputatione que fieri posset ut ibi per lo. And qui refert Zaba. in d. cle. j. in xij. q. eo. qui vult. q. priuatur si in illa perseueret vsq. ad sex menses: credo quod loqui vult de quatuor mensibus. ¶ Teneo quod Episcopus debeat posse ordinare vnum & patronus priuatur ex presentatione indigna scienter facta ipso facto pro illa vice. dico iure present. per s. si quis. Nec ob. resp. dno lo. And. ad s. si quis quod potest intelligi in patrono. scilicet q. procuret Episcopus ordinari quoscuque meliores putauerit indigno presentato per patronum. quasi ipse patron. posset iterum presentare: quia ibi potestas presentandi conferitur in ipsum Episcopum. dum dicit quoscuque putauerit meliores: non dicit de patrono. ¶ Secundo quia lex habet maiorem confidentiam de provisione. quam facit Episcopus. q. de provisione laici. qui a principio voluit sancta Dei prophanda indigno committere. contra istud quod dicitur in s. si. aut. vt cle. rec. colum. v. Ad hoc faciunt aliae rationes & auctoritates Panorm. in d. cap. cum vos. allegantis Innoc. Host. dominos de Rora. lo. de Ligna. & Bart. hoc tenentes. ¶ Ultimo non concludit quia ius patroni ex gratia & priuilegio concessum est ipsi patrono. c. iij. eodem. & s. dixi in prima parte in diffinitione iuris patr. Abutendo ergo tali priuilegio deberet priuilegio grauari. c. gratum. de postu. praela. c. priuilegium. ij. q. iij. Non ob. quod dicit lo. And. quod potest patro. presentato vno adhuc variare cap. cum autem. cap. quid autem. c. pastoralis. eod. licet ipse non allegat: ergo eodem modo etiam quando non idoneum & multo fortius deberet posse variare: quia iura facilius permittunt variationem. vbi actus est nullus. quam vbi est validus. capit. nostri. de electio. quod non reperitur allegat. capit. diuersis. de cler. coniuga. vbi non bene conuenit plalterium cum ciuili: ideo non potest quis tenere beneficium cum vxore: ideo potest actum nullum tenere scilicet beneficium ommittere: quia dico procedere dictum lo. And. vbi quis non peccaret presentando non idoneum: quia tunc debet puniri in illo actu presentandi in quo peccat: sicut punitur & Episcopus. qui scienter negligit instituere idoneum nulla subsistente legitima causa. c. pastoralis. eo. Tertio pro predicta opinione facit: quia patroni debent ecclesiam defendere. & omnem suam sollicitam operam intendere. ne operatio aliqua noxam attingat contra ecclesiam. c. filijs. xvj. q. v. Sed presentando non idoneum non dicitur defendere. sed magis opprimere. ergo deberet incurere poenas illius capituli. i. excommunicationis & restitutionis damni & interesse. facit quod dicit Bar. in l. cum quidam. in prin. de leg. ij. quando alicui committitur electio ut in meram voluntatem: tunc potest eligere secundum voluntatem: secus quando committitur alicui electio ut bono viro: quia tunc debet eligere magis idoneum ut in casu nostro: patrono datur presentatio ut viro bono: quia tunc debet eligere magis idoneum. d. c. filijs. Quarto pro hac conclusione facit nota. doct. Panorm. post gl. iij. in c. constit. ij. de appella. vbi tenet quod eligentes in foro conscientiae peccant quando non eligunt idoneos: dato quod idoneum eligant: quanto ergo fortius in casu nostro vbi eligit non idoneum scienter: quia tunc dolose facit: ideo tunc deberet priuari: ut dicit Bar. in d. l. cum quidam. etiam quando alicui spectaret electio in meram voluntatem. si dolose eligit non deberet amplius posse eligere. Hanc conclusionem teneo ut ecclesiae vtiliorem & equiorem. Quid si presentaret religiosam personam professam an dicitur indignus ad ecclesiam secularem. Late disputatur in decisione noua cclij. incip. in religioso. & concluditur quod sit nulla. sed patronus excusatur a culpa ut ibi late

## ¶ Articulus tertius huius sextae partis.

- 1 Patronus laicus presentando variare potest: ecclesiasticus autem nequaquam.
- 2 Patronus ante Episcopi institutionem factam variare potest: post autem non.
- 3 Patroni plures si fuerint possunt variare: si tamen concordēs sint in presentatione.
- 4 Patronus varians a presentatione digna. eam non priuatur alla non sequuta.
- 5 Episcopus an aliquando possit quem velit presentatum instituere.
- 6 Presentatus presentatur qui maioribus meritis iuuatur.
- 7 Voces plures habens in eligendo diuide non debet.
- 8 Presentatio excommunicatione spernitur.

Pau. Citad. de iure Patr.

MMM m 3

9 Present.



# Sexta pars. Articulus iij.

- 9 Presentatio contemnitur patronorum discordia.
- 10 Presentatio spernitur ob futurum scandalum.
- 11 Presentio litis mota contemnitur.
- 12 Presentatio malafidei ius possidentis patronatus spernitur.
- 13 Possessor malafidei quis sit & quis bone.
- 14 Presentatio spernitur ubi non reperitur.
- 15 Presentatio potest sperni ob defectum quasi possessionis.
- 16 Presentatio spernitur propter apparentiam iuris alterius.
- 17 Presentatio spernitur ob aliam a prelato consensu patroni factam.
- 18 Presentatio contemnitur pro patronorum contempto.
- 19 Presentatio abbatis spernitur facta capitulo non vocato.
- 20 Presentatio patroni tribus ex causis potest ab Episcopo sperni.
- 21 Episcopus quando & qualiter dicatur presentatum spernere.
- 22 Presentatus institutioni non cogitur consentire.
- 23 Matrimonium liberum esse debet omnibus ad quod nemo cogitur.
- 24 Electio qualiter dicitur electio.
- 25 Ius presentandi unico presentationis actu quaeritur.
- 26 Ius presentandi nec emi nec vendi potest.
- 27 Patronus proprie quis sit.
- 28 Presentatio habentis causam a non valente presentare non spernitur.
- 29 Presentatus in iuris institui non debet.
- 30 Rigor relaxatur ubi hyages timeantur.
- 31 Scandalum ut vitetur is qui habilis est, inhabilis reputatur.
- 32 Rigor iuris temperatur si scandalum timeatur.
- 33 Scandalum potius oriri permittitur quam ut veritas in sa deservatur.
- 34 Presentatio infra quatuor menses fieri debet.
- 35 Patronus laicus infra quatuor menses presentare debet.
- 36 Patronus laicus cum ecclesiastico infra sex menses presentare debet.
- 37 Patronus actualiter debet presentare, nec sufficit eligere.
- 38 Coram aliquo fieri quando aliquid dicitur.
- 39 Ius presentandi ad Episcopum devoluitur si tempus debitum elabatur.
- 40 Episcopus duobus casibus sine presentatione potest instituere.
- 41 Tempus patroni datum ad presentandum an sit continuum vel vile & quando incipiat currere.
- 42 Tempus presentandi utile quod sit.
- 43 Tempus presentandi ad prelatum devolutum quantum sit.
- 44 Presentandi devolutio iuris patronatus sit ad prelatum gradatim cum integro presentandi termino.
- 45 Presentatio digni facta a parte maiori presertur.
- 46 Presentatio dignior ceteris paribus est presertenda.
- 47 Presentatio quomodo dicitur fieri a parte maiori.
- 48 Presentatio facta aliquo collegio a maiori parte eiusdem debet fieri.
- 49 Presentatio annuum patronorum requiritur vacationem.
- 50 Approbati debet ab omnibus quod omnia tangit.
- 51 Peregrinus presentari potest.
- 52 Presentatio cuius effectus vel effectus sit.
- 53 Institutio an possit fieri sine presentatione.
- 54 Legatus de latere institui sine presentatione.
- 55 Presentatio quod ius tribuat presentato.
- 56 Presentatio fieri potest ab absente & de absente.
- 57 Beneficium potest ab absentibus conferri.
- 58 Presentatio non fit per capitulum sede vacante.
- 59 Presentatio plus iuris confert quam institutio.
- 60 Forma presentationis qua sit.
- 61 Rituum presentandi tempore presentationis ipsam vitabit.
- 62 Presentandi ius per litteras episcopi probatur.
- 63 Facta presentatio iuris solemnitate debet fieri.
- 64 Presentatio an fieri possit per loci possessorem.
- 65 Presentare est fructus industrialis.
- 66 Possessor malafidei presentare nequit.
- 67 Malafidei possessor quis dicitur.
- 68 Pignora sunt soluta debita restituenda.
- 69 Commoditas inestimabilis quare in creditoribus non transeat.
- 70 Maritus an possit presentare in fundo dotali in quo est ius patronatus.
- 71 Presentatio facta a pupillo presertur presentacioni a marito facta.
- 72 Tutor non semper pro tutore esse habendus.
- 73 Patronus an possit presentare ad prebendam vacantem.
- 74 Presentandi potestas nemini datur in specie.
- 75 Procurator generalis ad omnia negotia an possit presentari.
- 76 Presentatio ad titulum an impediatur presentacionem patroni post mortem restitorem.
- 77 Patronus prelato ministros non eligit.
- 78 Presentatio facta secundo loco Episcopo per patronum presertur ei, quae facta est vicaria instituere non valenti.
- 79 Patronus exemptus an teneatur episcopo ordinandos presentare.
- 80 Presentatio alteri iuris fieri potest.
- 81 Presentare quid sit.
- 82 Instituire differre ab eo quod est instituire vel conferre.
- 83 Disputatio vana nominum pertinacibus relinquatur.
- 84 Institutio canonica que dicitur.

- 85 Postulare quid sit.
- 86 Eligere quis dicitur.
- 87 Electio, postulatio, presentatio & confirmatio in quibus differant.
- 88 Nominare quid sit.
- 89 Patronus an possit seipsum presentare.
- 90 Presentatum deferre a presentante.
- 91 Presentare seipsum potest patronus in casu necessitatis.
- 92 Missa potius omitti debet quam in loco prohibito audiri.
- 93 Legi humanae derogat necessitas.
- 94 Donatus patronum presentare potest.
- 95 Pater filium presentare potest.
- 96 Patria potestas in spiritualibus non attenditur.
- 97 Presentatio facta ecclesie vacante valet, licet patronus ante vacacionem ecclesiam alteri contulerit.
- 98 Ius presentandi an possit competere vni prelato in alia ecclesia.
- 99 Prelatus vnus ecclesie quando possit in alia ecclesia ius presentandi habere.
- 100 Clericus advena ut presentari et institui possit literas debet habere commendatitias.
- 101 Patronus an possit permutare prebendam sine suo consensu permutata.
- 102 Permutatio prebende sine patroni consensu non est valida.
- 103 Tempus an taxetur Episcopo ad instituendum sicut patrono ad presentandum.
- 104 Presentatio an possit in ecclesia collegiata fieri.
- 105 Neglecta presentatur que sunt notabilia nisi specialis mentio de eis fiat.
- 106 Presentans tertium duobus iam presentatis in curia litigantibus an vicari tenentur.
- 107 Patronus an possit presentare ecclesie per acceptacionem secundi beneficii vacante.
- 108 Patronus laicus ecclesiastica persona non dicitur.



**N**decimo quæro: an potest patronus post presentacionem factam de idoneo variare alium presentando. Ad hoc breuiter sunt iura clara que volunt patronum laicum posse alium presentare æquè idoneum. d. c. quid autem. & ca. cum auzem. c. pastoralis. c. fin. eo. secus esset in patro. ecclesiastico vel ecclesia collegiata que haberet rationem presentandi de diuersitatis ratione loquitur gloss. iij. in c. constit. ij. de appell. Melius in c. cum vos. de offi. ord. latius. j. dicam. in xij. parte: quia patronus ecclesiasticus habet longius tempus ad presentandum quam laicus, ideo non variat. Fallit hoc quando patronus ecclesiasticus esset patro. vt ex patrimonio patris laici, quia tunc potest variare. Panormi. in cap. cum dilectus. in secundo notab. eodem. Itam conclusionem intelligo vt supra dixi in vi. quæstio. scilicet quod possit accumulando variare non totaliter recedendo, & hoc tenet Panormi. in d. c. quod autem & in d. ca. cum autem. ¶ Secundo intelligo quod patronus potest variare, scilicet ante institutionem episcopi, post autem institutionem factam per episcopum, tunc non potest amplius variare: quia ius dicitur quæsitum primo presentato. d. c. quod autem. melius in c. si tibi absentem de prebend. in vi. vbi dicitur quod acquiritur post collationem episcopi, ita quod eius cui collatum est proprium dici potest: dato quod etiam non sit presens, ita quod alteri conferre non potest. & in cap. de ceteris. xv. q. vii. vbi dicitur presentatio dat ius ad beneficium: institutio autem dat ius in beneficio. Panormi. in cap. quærimonia. in fi. eod. sic etiam dicitur quod solum ius presentandi competit patroni siue sint ecclesiastici siue laici, hoc est solum possunt presentare non conferre. Panormi. in cap. consilium. & c. si eo. licet alia emolumenta debeantur, vt & dixi. & infra latius dicam, fallit quando esse talis patronus qui haberet ius conferendi: quia etiam tunc posset conferre. ca. consilium. per Panormi. eo. cum apostilla ibi & melius in glo. penult. in c. quia clerici eodem. ¶ Tertio intelligo predictam conclusionem quod patronus potest variare & procedere, siue vnus sit patronus tantum, siue plures laici, dum modo concordent in presentacione poterunt variare. Si autem discordarent attenditur. cap. ij. in. & j. eo. Si autem vnus esse laicus, alius ecclesiasticus, tunc non posset variare, vnde si amb o presentauerunt vnum idoneum si laicus postea vellet alium presentare, tunc non deberet cum Episcopo instituere: vt per Ioan. And. in regula in re communi. in mercuriali. & Panormi. in d. c. cum autem. & potest forte illa esse ratio: quia siue patronus laicus potest gaudere privilegio clerici quando ecclesiasticus est sibi compatronus, vt habeat iugis tempus ad presentandum, vt no. in c. vnico eodem. in vi. ratione connexitatis vel communionis quam habet cum clerico, vt ibi plene no. & j. dicam in xxi. q. i. cap. sic videmus, quando quis habet rem communem cum pupillo gaudet privilegio ipsius pupilli, ratione connexitatis & indiuiduitatis iuris in

commu

communem fundum. ff. quemadmodum. ser. amit. Sicut ergo patronus laicus sentit commodum in vna ratione con-  
 nexitatis clerici. non etiam debet esse mirum si in alio debet  
 esse incommodum. l. eum qui. ff. de iur. iur. l. secundum natu-  
 ram. ff. de reg. iur. & sic non poterit aliquo modo variare pa-  
 tronus laicus. quando habet alium patronum ecclesiasti-  
 cum. Quarto intellige praedictam conclusionem. nisi patro-  
 nis pendente lite inter presentatos malitiose presentaret ter-  
 tium. qui per episcopum admitteretur. quia tunc victor age-  
 ret & contra episcopum & contra patronum vt dixi. j. q. iv.  
 in ista parte. ¶ Duo secundo quaero. quid si patronus presen-  
 4 trauit vnum idoneum. postea variat. & non presentat idoneu  
 an priuatur. ita quod potest episcopus ipse ecclesie provide-  
 re de altero praterquam de illis duobus. An vero habeat pri-  
 mum instituire idoneum. vel poterit que velit de duobus. pre-  
 sentatis instituire. d. c. quod autem. & c. eum autem. Solu-  
 dico quod non priuabitur patron. iure presentandi. per tale  
 secundam presentationem indignum. eo quia iam fecerat  
 debitum suum presentando dignum. quem tenetur episco-  
 pus instituire. si non habet quid opponat. c. pastoralis. eo. a-  
 lias potest presentatis episcopum molestare agendo contra  
 eum vt s. in v. q. huius partis. & sic non poterit episcopus ec-  
 clesie de alio provideere quam de presentato. ca. decernimus.  
 xv. q. vij. Item licet pat. variare potest accumulando. non ta-  
 5 men potest primo presentato ius quantum ex tali presenta-  
 tione auferre. s. in x. q. ¶ Item nec credo quod isto casu debe-  
 ret Episcopus habere electionem vt possit. instituire quem  
 velit. De istis presentatis a patro. quando presentatus est om-  
 nino indignus. puta quia nescit legere. nec cantare. nec bone  
 fama est. prout distinguunt Io. And. Host. & Pan. in d. c. pasto-  
 ralis. in gl. malitiose. j. eo. Sed debet instituire primum pre-  
 sentatum. non ob. iura quae episcopo dant electionem vt ca-  
 pitulo quod autem. cap. cum autem. cap. pastoralis. eod. q. a  
 si bene considerentur iura & glossa. ibi dant episcopo electio-  
 nem quoad presentati omnes sunt idonei. Item ad episco-  
 6 pum spectat provideere. vt ecclesia dignis committatur. vt dixi  
 Imperator in s. finali. a. the. vt cle. qui recedunt. collatio-  
 ne quinta. ideo videmus quod indignos potest reuocare. vt  
 tota die videmus gl. in capitulo monasterium xv. quaestione  
 septima. dixi supra in v. proxima. q. ergo non debet episco-  
 pus habere electionem. vt possit huc indignum instituire.  
 imo si primus esset dignus. & secundus dignior. teneretur di-  
 gnorem instituire. nec debet eligere. hoc tenuit Pan. per illa  
 tex. in c. pastoralis. eo. vbi datur electio si secundo loco pre-  
 sentatus est. & que idoneus sicut primus. ergo a contrario si no  
 6 est aequo idoneus non debet habere electionem. ¶ Item fa-  
 cit hoc. quia vbi nota sunt paria. ille preferendus est qui  
 maioribus iuuatur meritis capitulo forte lxxij. distict. sicut  
 in simili dicimus de testibus. quod vbi sunt testes pares. tunc  
 statur dignioribus. glo. fin. in c. j. de praes. l. v. facit c. quonia.  
 de iure pat. ibi maioribus iuuatur meritis. Item quod episco-  
 pus habeat electionem. hoc non tantum committitur volu-  
 tati suae merae. sed eius iudicio. c. cum autem eod. Et sic ran-  
 quam bono viro. l. fidei. com. s. quanquam. de leg. iij. ergo ido-  
 neiore debet eligere. & instituire. Nec ob. quod voluit  
 Ioan. And. in c. quod autem. & ibi gl. quae vult quod sit locus  
 gratificationi cum pluribus concordant. apostilla. ibi. quia di-  
 cō tunc esse locum gratificationi. quando omnia sunt paria.  
 vt in dictis capitulis. sed vbi vnus est altero idoneior. tunc de-  
 bet ipsum instituire. Nec ob. expositio sua quod ibi ver-  
 bum non intelligitur in quantitate bonitatis. sed in eade qua-  
 litate sufficit. quod non sit malus. per ca. quoniam. c. quia di-  
 co quod imo illud verbum aequo. significat paritatem. & a-  
 qualitatem bonitatis in omnibus. quia de natura verbi aequo  
 est partibus aequalitatem distribuere. vt dicam primus. & filii  
 fratris mei. & que haeres sunt. nam tantum habebit primus  
 solus quantum omnes filii fratris. l. interdum. ff. de haeredi. in-  
 stit. s. sed si vsque instit. quib. modis inst. Item in c. quoniam  
 erat quis a maiori parte electus. & ideo quia erat idoneus de-  
 bebatur admitti. licet a minori parte fuisset electus idoneior. de  
 quo multum tunc dubitatur quis preferatur. & in foro con-  
 scientie credere quod adhuc dignior deberet preferri. cap.  
 licet. & ibi glossa qui praestantior. in ij. oppo. vij. q. c. illud. ea-  
 dem causa. Archid. in d. c. licet. in glo. circa fin. concordat opi.  
 quod in necessariis debet preferri idoneior. vt in electione  
 prelati. ita loquitur cap. illud. c. metropolitano. lxxij. di. ca. nec  
 emeritis. & alia allegata per gl. Nec ob. c. monasterium xv. q.  
 vij. quia ibi non erat idoneior secundum gl. in d. c. licet. Si ve-  
 ro sumus in voluntariis. tunc sufficeret. quod aliquis presen-  
 taret idoneum. quia sufficit quod bonus faciat. licet adhuc

in isto casu crederem quod in foro conscientiae teneretur pa-  
 tronus eligere magis idoneum omni alia causa cessante vt  
 dixi in x. q. per Pan. in cap. constitutum. di. de appellat. quia  
 eligentes tenentur provideere ecclesie meliori modo quo pos-  
 7 sūt. eodem modo presentantes. vt est tex. in c. penult. & ibi  
 gl. in verbo nihil. de elect. in v. ¶ vbi qui habet duas voces. si  
 vult diuidere eligendo vnum nomine suo. & alium nomine  
 domini. non potest. quia qua conscientia eligit nomine suo.  
 eadem conscientia deberet eligere nomine domini. quae vox  
 non potest diuidi. & sic videtur quod non satis si eligeret ido-  
 neum. quando quis potest idoneiorem eligere. Nec ob. qui-  
 ceat patrono variare. quia ista variatio deberet intelligi. vt in  
 melius valeret in suam ecclesiam. vt in l. non unquam. ff. de  
 colla. bo. quia in malum non conceditur talis variatio. Ita aut  
 te decisio potest limitari. vbi ex tali presentatione potest  
 qui aliquid scandalum. tunc potius deberet illum ordinare  
 per quem remoueretur scandalum. argumento c. quoniam  
 eodem. propter futurum scandalum. euitandum. iure reced  
 dunt. c. eum teneamus de praebendis. ca. cum ex iniuncto. de  
 no. oper. hūm. gl. in d. c. quoniam. ¶ Decimo tertio quaero. quid  
 ex causis spernitur presentatio patroni. licet non reperiam  
 specialiter postquam quaestione istam tamen dico ex pluribus  
 8 causis posse presentationem sperni per patronum factam.  
 ¶ Primo si presentatus fuerit excommunicatus. quia tunc  
 potest episcopus eum spernere secundum Lauren. gl. in c. de  
 certimus. xv. q. vj. Quae quidem ex triplici causa potest con-  
 tingere vt in c. certum. x. q. iij. Haec causa probatur per ea quae  
 s. d. xi. in prima causa. acquirendi ius pa. in ij. parte. principal  
 in x. q. sequitur Specu. in tit. de testi. presentat. s. ratio autem  
 impetrantis. vt. Item excipitur quod imperans fuit excom-  
 9 municatus. tex. in c. postulasti. de cleri. excommu. interd. de  
 po. mi. & ibi gl. dicit excom. vtrunque facere inhabilem con-  
 ferentem & cui conferrur. & j. q. xxxvj. ¶ Secundo potest  
 spernere presentationem patroni discordantibus. & present  
quæro. Plus iuris tribuere conferentem ecclesiam quam confirmans constat: ut & Gemi. in d. c. vnico. de insti. in vj. q. a potest capitulum sede vacante presentatos instituere vel confirmare, sed non presentare, ratione mouetur assignata in gl. si. ubi quia presentare est voluntas: confirmare iurisdictionis & necessitatis, ubi est idoneus presentatus: & nullus alius nota. in gl. non possit: nam qui confirmat nihil dat. c. inter. de fi. de. insti. in §. ceterum. & quod confirmat est necessitatis. supra dixi in vj. parte. & in vj. q. huius partis quod sit iurisdictionis tenet Inno. in c. de cetero. de trans. post gl. in fi. in d. c. j. de insti. & in his quæ sunt iurisdictionis succedit capitulum Episcopo sede vacante: quia Episcopo non praeiudicatur, ut in c. cum olim. de maio. & obediens. & ibi gl. si. sed cum colla sit voluntatis & ad Episcopum pertineat. ideo non potest fieri per capitulum: quia tunc praeiudicaretur iuris Episcopi futuri: quod ius non patitur ut ibi per gl. Sed quia contra haec dicitur ex pressus tex. in c. dilectus. de offi. leg. ubi dicitur cum igitur plus iuris habeat in concessione prelati quam in presentatione patroni, & ibi expresse tenet Panor. q. plus iuris accipit. insti. quam presentatione. & quia multi casus dantur in contrarium. Ideo saluando vtrumque dictum dico q. sunt sicut excedentia si excessa. nam in d. c. j. de insti. in vj. plus est presentare quam conferre: ideo capitulum sede vacante non potest presentare, tamen potest confirmare ratione de qua ibi. Sic videmus quod presentatio non potest per patronum reuocari totaliter, ut §. in xxij. q. & tamen institutio facta per Episcopum sine presentatione totaliter reuocatur ad petitionem patroni. c. decernimus. xvj. q. vij. & sic institutio confert ius in beneficio reuocabile: presentatio ius ad beneficium irreuocabile per patronum. Unde ista excedentia contingit inuicem ex variis rationibus. prout apparet in casibus §. no. & in casibus qui post 60 sunt dari contrarii. ¶ Trigesimo quinto quæro: quomodo presentatio formet presentationem suam coram Episcopo vel ordinario presentato admittendo: vel si plures sunt patroni quomodo formant presentationem suam ordinario petendo per eos presentatum admitti & institui. Licet ex c. preterea. ex ca. significasti eo. & c. si. posset colligi forma, tamen vti hic collecta habeatur materia de omnibus ad ius spectantibus. secundum Specu. in eo. tit. v. superius autem sic potest formari. Nos talis A. & talis B. patroni talis ecclesie capelle, vel altaris modo vacantis concorditer & communiter representant vobis talis C. Episcopo, talem D. clericum ad curam vel in rectorem ad regimen ecclesie prelatam, vel ad capellaniam, vel ad beneficium talis altaris virum vti que honestum literatum & de legitimo matrimonio natum: iura ecclesie capellanie vel altaris defendere scientem & valentem per testes ipsum in ecclesia vel capellania vel beneficio institui & sic per vos curam eiusdem ecclesie concedit eandem formam sensu Pano. in c. si. eo 6 dem. ¶ Trigesimo sexto quæro: an si quis tempore presentationis per patronum facta habuit presentatus aliquod vitium propter quod non potuit institui: puta excommunicationis, sed tempore quo venit ad ordinarium & exequitur presentationem cessat illud vitium: an attendatur tempus presentacionis, an tempus datarum. Hanc q. possum resolue ut in simili dixit Spe. in tit. de rescrip. presentacione. q. attenditur tempus date in §. ratione autem impetrantis. vbi quid si impetrans. vbi tenet q. impetrans rescriptum ad beneficium si non exprimat dignitatem quam habet quæ dignitas erat tempore datarum si postea cessat quando presentat literas, tamen tenet q. vitatur rescriptum & sic ibi attenditur tempus datarum. ar. ca. eam te. de rescrip. vbi est tex. & q. attenditur tempus datarum. c. post cessionem. de proba. & ibi ponitur exemplum q. excommunicatus tempore impetrationis non debet admitti, si probatur fuisse excommunicatus tempore impetrationis. Hoc idem tenet eo. §. v. si. ite excipitur. q. impetrans fuit excommunicatus. vbi etiam tenet q. excommunicatus tempore presentacionis vel constitutionis non valide possit presentare. Hoc latius dixi §. q. xliij. articulo. j. huius partis. Idem cum prima optinet Spec. eo. tit. §. si. in summa. nota. allegatur etiam quædam decisio dominorum de Rota. c. iij. in nouis quam non reperio. Hanc autem opin. Specu. putarem de iure procedere vbi esset tale vitium quod redderet clericum inhabilem ad talem collationem, vel presentacionem, ut vitium excommunicationis quod inducit inhabilitatem etiam ex parte conferentis: & eius cui confertur: quia tale vitium non solum excludit à beneficiis ecclesiasticis ut habetur in capitulo. postulat. de cleric. excommunicat. mini. cap. cum bonæ. de arate & qualitate. sed & ab honorabili officio & publico. capi. decernimus? de senten. excommu. in vj. vbi ab agendo & significando, & aduocando repellit Imo. & ab officio vli & oneroso: ut est ordinum

cium procuratoris ad quod etiam infamis de iure civili promouetur. in si. de excep. in si. Panor. in c. Imperatorum. de iuramen. columbie. secus si esset aliud vitium quod non redderet eum incapacem: quia in illo casu si non interueniat surreptio attenditur tempus executionis literarum non data. c. ei cui. vbi tex. no. ad hoc. de preb. in vi. vbi si mandatur alicui puideri de prebenda vacatura in vna ecclesia, & in illa sint curata, & non curate, licet impetrans tempore data non habeat gratiam ad prebendam habendam sacerdotalem. Si tamen est in tempore quando vacat & sic quando sit executio satis est: si autem interueniret surreptio, vel dolus impetrantis, & tacetis ætatem quam non habet ad prebendam, vel aliud beneficium quod habet tempore impetrationis, tunc in sui doli, & surreptionis odium attenditur tempus data, ita loquitur d. c. eam te. de rescrip. & c. si eo tempore. de res. in sexto. vbi quod occultauit aetatem tempore impetrationis attenditur tempus data: & ideo si illo tempore non est habilis: licet postea efficiatur tempore executionis tamen annihilatur rescriptum & in dlc. eam te. vbi occultauit aliam dignitatem ecclesiasticam quam habuit tempore impetrationis: & hanc distinctionem non post scripta hæc reperiri Panormi. in c. dilectus. ij. de preb.

62. ¶ Trigesimo septimo quæro, quomodo potest quis probare se habere ius presentandi, & esse in quasi possessione presentandi: breuiter quia decisiones Rore sunt multum in vsu, & clare hanc. q. de c. isam habemus. ideo dico quod per literas ordinarii qui instituit, potest probari aliquem esse in quasi possessione iuris presentandi: licet multa possent in contrarium allegari quæ habentur in auzh. si quis in aliquo. C. de edend. vbi si iuramentum facit mentionem de alio non creditur nisi aliud monstratur. Simile habetur in cap. post cessionem. de proba. & ibi gl. tamen in contrarium fuit de facto in dicatum allegatur decis. eccexxvij. alia est ccccxliiij. in notis deci. char. lxxij. quia ex quo per institutionem Episcopi constat de vacatione beneficii: de tempore vacationis beneficii: & quod presentatus erat verus pat. & quod institutio erat facta infra tempus: & de idoneitate personæ præsumi debet presentantem ad presentantem: institutionem ad instituentem præsumisse. ¶ Item quia factum præsumitur solemniter actum, nisi probetur contrarium. c. in presentia. de præsumpti. & d. c. post cessionem. Item etiam facit l. sciendum. cum ibi not. ff. de verbo. ob. eandem opin. tenet Panor. in dicto cap. post cessionem. colum. vij. vers. & licet in hoc dubio. vbi plene post gl. examinat quando literæ episcopi faciunt fidem ponendo. x. opin. & ibi tenet, quod totus mundus sequitur quod faciunt fidem in spectantibus ad officium suum: & in non tangentibus propriam causam: quia tunc non crederetur. Nec obstat quod aliquando episcopi inquit retractatur vt in c. decernimus. xvj. q. vij. quia fateor quod probant literæ Episcopi quatenus non probatur contrarium, vt in d. c. post cessionem. Item quia si patronus non contradicit, tunc videtur consentire & approbare: regula qui tacet, de reg. iur. in sexto. Item propter difficultatem probationis iuris patronatus fuit iudicatum sufficienter probatum, per tales literas: & adhuc hodie satis probatur tale ius presentandi per tales literas. ¶ Trigesimo octauo quæro, an possessor castri, vel ville in qua est ius pat. possit presentare residem de ciuitatibus, & de alio quocumque loco vbi esset ius pa. an illius possessor habet ius presentandi circa solutionem huius quæstionis multum facit c. consultationibus. de iure pat. in duobus locis. Primo in principio vbi Papa vult, quod valeat ordinatio facta de presentato ab illo qui credebatur esse patro. licet in veritate non esset: & licet alter postea cuius ius pat. tamen ordinatio remanet firma propter bonam fidem: quam quis habuit in presentando. & ibi tenet gl. & communiter doc. Illud autem primum dictum procedit quando quis erat in quasi possessione presentandi: si autem non fuisset in possessione presentandi: sed tamen presentauerit, & ordinatus fuerit, valebit presentatio, & institutio si verus patronus non contradicit: si autem contradiceret: tunc deberet remoueri, vt ibi. & dicto capitulo de c. thomas. vj. q. stio. septima. & sic probatur: ergo ille tex. gl. licet regulariter presentatio ad verum patronum: vt in c. quoniam. ca. ij. c. no. & per totum. ti. de iure pa. & c. filius. & d. c. decernimus. xvj. q. vij. tamen possessor loci in quo est ius pat. valide potest presentare: si est in quasi possessione presentandi: & sic valide presentabit dato quod non habet eius proprietatem. Panor. in c. ex li. eris. ij. nota. de iure patronatus etiam dato, quod moueatur quæstio de proprietate: sed tunc deberet suspendi institutio: vel lare Panormi. tan. ibi columna tertia. & latus in capitulo. consultationibus in fin. eodem. nisi sequatur institutio ante proprietatis declarationem, & ante litem motam, & si non

est in quasi possessione adhuc potest presentare: & si Episcopus instituit valet presentatio nisi patrono contradicatur. Ad idem videtur esse tex. in c. ex literis. eo. vbi villa conducta ad firmam: id est ex tali contractu: ex quo transit velle dominium, in qua erat ius patrona. a monasterio quodam per certum militem miles vacante ecclesia, presentauit. Abbatissa etiam monasterii voluit presentare & Episcopus non admisit suum presentatum: vnde mandat papa ad iudicari ecclesiam presentato per militem. Si in conductione non fuit ius pa. exceptum vel si institutus fuit ante litem motam inter abbatissam & militem. Et sic patet quod loci possessor potest presentare vacante ecclesia: licet autem presentet, non tamen fit verus patronus: vt supra xvij. q. huius partis nisi præscriberetur, vt supra dixi in ij. par. in v. causa acquirendi ius pa. Contra primam decisionem videtur facere rex. in c. ex insinuatione eod. vbi dicitur in fine. qui ecclesias obtinent sine patrono eas vt de iure pat. patrono restituant ordinandas. Ad idem videtur textus magis fortius in capitulo cum Bertoldus per totum. de re. iu. vbi ille qui habet villam vel curiam pignori obligatam: ita quod faceret fructus suos, & quod plus est qui etiam ab ecclesia percipiebat census quosdam de consensu patroni qui patrono debebantur vacante ecclesia presentauit, & similiter patronus verus presentauit. qui presentatus per patronum ex negligentia fuit condemnatus: quia non per se nec per procuratorem comparuit, & ecclesia fuit alteri adjudicata presentato per habentem pignus: tamen quia per patronum adhuc comparuit allegando iustam absentiam: vnde Papa ad iudicauit ecclesiam presentato per patronum: quia licet ille creditor vel heres fuerit in quasi possessione percipiendi censum, non tamen per hoc dicitur patronus, & sic non potuit ibi talis presentare: licet adhuc faceret fructus suos: quia perceptio census non facit quem dominum nec possessorem iuris presentandi cum aliud sit præceptio pensionis, & aliud quasi possessio iuris presentandi. inter dilectos. in si. de fid. instrument. gl. in c. cum Bertoldus. vers. in re. ergo apparet quod etiam possessor qui facit fructus suos non potest presentare per illa iura, & per alia plura, quæ possunt adduci, ratio quia perceptio pensionis, vel fructuum non dicitur esse de fructibus iuris pat. & sic nec iuris presentandi. Sed extra ius pat. ergo per perceptionem fructuum non potest dici in quasi possessione iuris pat. & per consequens nec presentare poterit. circa hoc difficile contrarium sic credo posse responderi, & ex responsione apparet quomodo procedat decisio quæstionis propositæ: aur loquimur de vero loci possessore, qui potest facere fructus suos nec adstitutionem tenetur. Et tunc dico quod talis possessor poterit presentare: quia presentare est fructus iuris pa. vt nota. in c. consultationibus. eo. & Pan. in d. c. ex literis. Et quemadmodum fructus pertinent ad bonæ fidei possessorem: & non ad eum si quis à non domino. in si. de rerum diu. c. grauis. de resti. spo. & ibi gl. no. de istis fructibus. Ita ius presentandi etiam poterit competere ipsi possessori bonæ fidei: & sicut non tenetur ad restitutionem fructuum consumptorum possessor bonæ fidei vbi superuenit dominus, ita nec quasi possessor iuris pat. Vnde si aliquem presentauerit qui fuerit institutus: nec verus patronus vnquam fecerit resententiam, non debet remoueri presentatus per possessorem. ita loquitur c. consultationibus. secus si contradiceret patrono. ante institutionem quia non deberet institui, & quis præferatur inter presentatum à vero patrono, vel possessore dixi in xij. q. vers. vij. huius partis. Nec ob. si dicatur possessor non facit fructus naturales suos: vt no. gl. in d. c. grauis. l. fructus. ff. de vsuris. ¶ respondetur quod presentare non est fructus naturalis: sed fructus industrialis: requiritur enim hominis industria in eligendo idoneum. d. c. decernimus. xvj. q. vij. Item infra limitatum tempus. c. primo. de iure pat. in. sexto. dixi supra in xx. q. eiusdem. & in x. Et si querat quis erit iste possessor bonæ fidei qui possit suos fructus facere & per consequens presentare. Dico secundum Innocentium & Panor. in c. consultationibus in secunda columna. eo. quod ille erit qui possidet iudice auctore quod iuris ordine seruato processit: vt in l. iuste possidet. no. ff. de acqu. pos. secl. si. ff. si per vim vel alio modo ab possessore conueniente de resti. spo. l. iat. cap. cum causam. de offic. delega. Aliis etiam multis modis potest dici bonæ fidei possessor: pura quia emittit villam: & per consequens, venit ius patronatus. cap. cum seculum. de iure patronatus. & capitulo. ex literis. eodem. scilicet quando bona emergent à non domino. Idem si succederet vel daretur villa, vel castrum in dotem, vel in feudum, ita quod velle transferret dominium & per glo. sua. in dicto capitulo. cum Bertoldus. ¶ Si autem esset possessor malæ fidei: licet iudex bona fidei dedisset ei possessionem, tamen non posset valide presentari



# Sexta pars Articulus iij.

presentare: ex quo non est patronus nec qua iuris patro. possessor: ideo vero patrono contradicente talis presentatus est institutus esset remouendus. d. cap. decernimus. xvj. q. vij. c. ex 67 insinuatione. eod. de iure pa. Malafidei dicitur vbi habet conscientiam rei alienae. Panormitanus in d. c. consultationibus. in secunda col. eod. vel est in malafide qui possidet rem iure resistente. Inn in d. c. ij. de resti. in integ. l. quemadmodum C. de agri. & cens. lib. secundo. regula qui contra ius mercator bonam fidem habere non praesumitur. de reg. iur. in sexto. Et per hoc & per supradicta apparet responsum ad ca. cum Bertoldus. quia ibi non fuit talis possessor qui posset facere fructus suos: quod clare dicitur ibi per glossam fina. Creditor enim non facit fructus suos: sed fructus extenuant sorte. l. j. & secunda. C. de pig. actio. c. j. & secundo. de vsur. vnde si fiat pactum de lucrando fructibus. fit iure verante. vnde dicit malafidei: ideo presentare non poterit. d. c. consultationibus. Item soluto debito deberent omnia iura pignoris tolli. l. prima. & ij. ff. qui. mo. pig. vel hypo. soluit. l. prima. & secunda. C. si pig. 68 p. datum sit. vbi soluto debito debent pignora restitui primo pignoranti: & sic in casu d. c. cum Bertoldus. si ibi valisset presentatio creditoris. qui licet dicatur possidere pignus. d. l. j. & secunda. ff. ex quibus modis pig. sol. tamen soluto debito presentatus per eum & institutus esset remouendus quod esset contra capitulum inuentum. xvj. q. o. septima. vbi laicus non potest collatam ecclesiam a sacerdote adimere. cap. pet uerum. l. vj. dist. c. vltimo. de excess. prelatorum. Et si diceretur vbi quis volente donatio percipit aliquam pensionem vel fructus rei: tunc dicitur possessor illius rei. c. cum venissent. de resti. spolia. l. quamuis. ff. de acqui. posses. vbi si de voluntate domini percipio pensionem rei satis dicitur possidere. Vnde ergo cum in ca. Bertoldus. debuisset valere presentatio: & non tenuit ut ibi dicitur. soluit illud contra Panorm. quod illud procedit domini voluntate precedente titulo habili ad transferendum possessionem vel ipsam. quia tunc transferretur possessio ex titulo. constituitur: ut in c. cum venisset. in fi. quod non habet locum in d. c. cum Bertoldus. quia pignoratitio non transfert veram possessionem. Item commoditas iuris patroni. transit in creditorem cum vniuersitate ratione accessorii. c. ex literis. de iure patroni. Cum talis commoditas subiacet restitutioni: & possit sortem diminueri. l. quamuis. C. in quib. caus. pigno. rati. contra. c. ad nostram. j. de iure iuran. Sed commoditas inestimabilis non transit in creditorem: quia nec possidet tituli. nec minueri sortem. ideo in contractu pignoratitio ius patronat. vel ipsius possessio. non poterit transferri: ut ibi est casus: & c. cum Bertoldus. de senten. & re iudic. ita dicit Panorm. limitando illum tex. & sic apparet non procedere istam consequentiam. Ille est possessor. ergo facit omnes fructus suos: & sic possit presentare: secus vbi est possessor qui faciat fructus suos quia talis poterit presentare. put tenuerunt prudenter & iudicauerunt domini de Rota decisio. cxlj. in nouis decision. Et est decisio prima char. l. xj. cum limitatione quando non est illis mota ipsi possessori per patronum: quia tunc non possit presentare. d. c. consultationibus. eo. de iure patronat. Et per decisionem huius. q. apparet posse solui alia questio quae est 70 talis. ¶ Trigesimo nono quero quando mulier dat marito in dorem castrum vel villam vel curiam vel alium locum in quo est ius patr. An ipse maritus possit presentare. Circa hanc questionem minus dubitandum est quam in antecedente: eo. quia certum est maritum rerum dotalium possessorem talem esse. quod facit fructus suos cum & dominus dotis per l. dicitur. institui. quibus alie. licet vel non. in prin. l. in reb. C. de iure dotium. l. doce ancillam. C. de rei vendicat. vel saltem ex rebus dotalibus maritus habet vsum fructum quo median te potest onera matrimonii sustinere. c. per vestras. de donat. inter virum & vxor. c. salubriter. de vsuris. l. si is qui. ff. de iure do. Item etiam certum erit quod maritus poterit presentare cum dicatur verus possessor. Item quia ius pa. transit cum vniuersitate rerum: ut in c. ex literis & c. cum seculum. eod. de iure pa. Vnde concludo quod poterit maritus presentare: & maxime vbi esset consuetudo patriae quae est optima legum interpret. c. cum consuetudinis. de consue. l. de quibus. ff. de legi. capit. finali de consuetudi. & maxime ista quae videtur iuri communi consona. c. si. de dona. inter virum & vxor. Ita tenent domini de Rota decisio ccccxxij. in nouis. charta. l. xj. Cum limitatione tamen si maritus & vxor ambo concurrant presentando diuersos. quod per vxorem presentatus deberet preferri. per Io. And. in c. nouella. in c. ex eo. de elec. in vj. Zaba. in cap. plures. de iure pat. in quarta. colum. & sequen. Et fuit dicta decisio ccccxxij. eo. ti. incip. Fuit dubitatum. Pan. in c. si. de cōce. prab. vbi tenet expresse cum praedicta decisione. Per haec po

71 test responderi simili questionem. ¶ Quadragesimo quaeritur. Si pupillus habet tutorem & in bonis suis est ius patroni. quis presentabit. tutor. an pupillus? concludit Panormitan. in c. si. de conce. prab. quod tutor: nisi in presentatione essent diuersi: quia pupilli presentatio si dignior fuerit vel saltem aequae digna sicut presentatio tutoris: tunc praefertur presentatio pupilli. Pro hoc tenuit Tancre. & Bar. Brixien. in q. o. sua dominicali lxxvij. inci. tutor cuiusdam. refertur per gl. suffragium. in c. ex eo. de elec. in vj. & ibi late per Io. An. qui ad vtraque partem arguit. & finaliter tenet cum gl. ibi per c. decernimus. xvj. q. vij. Et quia pupillus potest facere suam conditionem meliorem sine tutore instituit. de auctori. tuto. in prin. Sed quanto melior instituitur tanto melior est conditio patroni. in c. Valentinianus. lxxij. d. c. graub. iij. q. vij. & qui maior nimitur ratione. c. multi. xl. dist. in fi. quae ratio deficiente iure scripto. pro iure seruatur: quia ratio & veritas consuetudini sunt praeposenda: nisi consuetudo veritate nitatur. c. fructa. vij. dist. in d. c. ex eo quod. vers. quam rationi & ratione vincendum. xxij. q. vj. c. vides. ¶ Quarto mouetur: quia vbi est discordia inter tutorem & pupillum quo ad illam non habetur pro tutore: quia sua res agitur. sed datur curator. s. si. in iij. de auctori. tutor. Nec obstat quod tutor dicatur dominus in bonis pupilli. l. qui fundum. s. si. tutor. ff. pro curat. & q. pupillus sit in potestate tutoris. s. est autem. in li. de tutel. & accessorie etiam bona. xij. q. j. praecipimus. regula accessorii de reg. iur. in vj. quae illa procedunt vbi tutor bene administrat. non vbi expoliat pupillum vel male gerit negotia eius. d. s. si tutor. Nec similiter obstat. in d. c. ex eo. vbi prohibet minore posse eligere: quia licet minor non possit contrahere matrimonium. c. j. de despon. imp. inst. de nup. in prin. & ita non potest eligere quia per electionem contrahitur matrimonium cum ecclesia. Sed in presentatione secus quia patro. potest accurate. c. pastoralis. eo. q. in electione non licet. ca. publicato de elec. & ibi late Gemi. tenet praedictam opi. Io. An. Arch. in c. decernimus in prin. per illum tex. xvj. q. vij. Panorm. in c. j. ver. qd 72 autem si competit infanti. eo. ¶ Quadragesimo primo quero an presentare possit patro. ad praebendam vacaturam: vel an possit dare alicui certam speciem de presentatione futura. Item an procuratori ad conferendum beneficia possit etiam dari potestas presentandi ad ecclesiam in specie vacaturam. Licet videatur plures articuli in ista questione. tamen quia vnus discussio satisfacet: ideo simul coniunxi. Reperio allegari per Bertachin. repertorium. c. cum illis de praeb. in vj. in quo vere nihil ad propositum. Sed loquitur de rescrip. factis quod alicui prouideatur de beneficio. an videbitur de curato. Item an prouidendum sit de spectante ad alterius prouisionem. Item allegatur consilium Pau. de Castro. lxx. in quo fit mentio de substitutione pupillari pluribus facta. Item an clausula codicillaris operetur in pro testamento paterno natiuitate posthumi: & sicut nil ad propositum: sed quia q. est satis utilis & multum quotidiana: ideo circa istam vide Panorm. in c. si. in vlti. not. de conce. prab. vbi breuiter tenet quod si collator beneficiorum non potest promittere vacaturam. ita nec dare alicui in specie potestatem conferendi antequam vacet. c. ij. & c. con 74 stitutus. de conce. prab. Sic nec patro. potest alicui promittere presentationem nec dare in specie alicui potestatem presentandi cum vacabit. quia ratio quae est in collatione. scilicet votum mortis alterius est etiam in presentatione: nam sperans se presentandum desideraret mortem proximi. & sic si possit dari potestas presentandi procuraretur facinus: quae daretur amico haec potestas presentandi. & sic indirecte promissio vacaturi fieret: quod esset contra dictum c. si. de concessione praeb. d. d. Fatetur tamen ibi Ioannes Andreas quod possit dare potestatem presentandi in genere: puta quia vult se in longinquas partes absentare. vel causa studii. vel ex alia iusta causa: nam poterit construere vnum generalem procuratorem omnium bonorum suorum qui poterit etiam presentare ad vacantes praebendas: cum talis vsum procuratorum maxime sit hominibus necessarius. l. prima. ff. de procura. Hanc opin. sequitur Io. An. in c. si. s. allegato assignans simile de procuratore q. non datur ab a excommunicato super actu qui non potuit ipsum excommunicatum tempore quo voluit constituere procuratorem exerceri. capitu. fi. de procura. tamen potest concedendo totum ius suum in alterum transferre: quia tunc veniuntus patronat. accessorie. Et haec faciunt ad limitationem eorum quae dixi in decima octaua. questio. huius partis. vbi tenet non valere presentacionem factam ab habente auctoritate 75 a non valente presentare. ¶ Quadragesimo secundo quero: an eodem modo patronus ecclesiasticus possit constituere generale procuratorem ad omnia negotia & et ad presentacione

nes faciendas. breuiter tenet Panor. in d. c. si. quod non pote-  
rit nisi suo generali vicario soli. Hoc latius tenuit idem Panor.  
in c. constitutus. de concess. præben. in glo. ii. per c. deliberatio.  
ne. §. prohibemus. de offic. le. lib. vi. & ibi gl. in fi. per c. fi. de of-  
fi. vica. Ita dicit ibi Panorm. quod legatus in genere non po-  
test alteri dare potestatem recipiendi resignationem benefi-  
ciorum & illa conferen. de quo per Ioan. And. in d. cap. con-  
stitutus. quam soli suo vicario: quod facit ad limitationem. c.  
fi. de offi. vica. & ad extensionem. d. §. prohibemus vt per Pa-  
nor. in d. c. constitutus. Non tñ possertalis vicarius patronum  
præsentare alicui ordinario: quia tunc videretur se ipsum præ-  
sentare, quod est prohibitum. de quo latius dicā. infra q. xlvij.  
76 ¶ Quadragesimo tertio quæro an præsentatio facta per re-  
ctorem ecclesiæ vel pel aliu habentē beneficiū ad titulū ec-  
clesiæ: cuius præsentatio ad patronos pertinet, habeat impe-  
dire præsentationem patroni sciendam mortem dicti re-  
ctoris vel beneficiati. Breuiter, quia circa hanc q. habemus ca-  
sum expressum: ideo dico: quod non facit patrono aliquod  
præiudicium. casus est in c. postulasti. c. de eo. titu. de iure pa-  
tri. vbi dixit Innocen. Papa per talem intitutionem nullum ge-  
nerari patronis præiudicium licet plures possunt ordinari ad  
eūdem titulū vt ibi Panor. in ij. no. & prodest quo ad alimē-  
ta obtinenda talis præsentatio: vt ibi. quod intelligit glo. in d.  
capitulo. postulasti. etiam si præsentatio fiat talis domino præ-  
sente & tacente quia ex quo inuito patrono potest rector vel  
alius beneficiatus facere talem præsentationem ad titulū  
pro ordinando. argumē. notatorum in capitulo proposuit.  
de filiis presbyte. & capitu. illud. vij. q. j. ergo etiam in præsen-  
sentia: nec præsentia habebitur pro consensu, nec requiritur  
consensus patro gl. in ca. ad hæc. de offi. vica. Vnde mortuo  
rectore vel tali præsentato antè per patronum: licet ipse præ-  
sentatus alium præsentauerit ad titulū suum: tamen poterit  
ad petitionem patroni remoueri: quia sine ipsius consensu  
non potuit constitui titulus perpetuus in tali ecclesia. c. prin-  
cipali & c. seq. lxxij. dist. ca. ad hoc. de offic. vica. & ibi glo. j. ean-  
dem opi. tenet Panor. post Io. Andr. in ca. pe. de iure patro. Et  
hanc decisionem limitant per text. ibi si non consensit patro.  
tali præsentationi: nam si consensit, tunc decens est quod nō  
possit alium præsentare: & maxime si talis est consuetudo,  
quod ille sic præsentatus inuestiatur mortuo beneficiato:  
secus autem non extante consuetudine: quia dato quōd non  
consenserit, non per hoc impeditur quin possit alium præ-  
sentare: vt Panormita. & Ioan. Andr. ibi. ¶ Per quæ apparet  
responsio ad aliam q. quod non potest patr. eligere præfatos  
ministros. cap. vt quisque clericus. de vi. & hone. cle. & per gl.  
in d. capit. ad hæc. de offic. vica. & ibi Io. Andr. & Innocen. & Io.  
Andr. in ca. proposuisti. de filiis presbyterorum. vide larè per  
78 Zabarella in cle. ij. in vit. q. in princ. illius cle. eo. ¶ Quadra-  
gesimo quarto quæro, facta præsentatione prima vicario Epi-  
scopi per patronum qui non habet ius instituendi, & deinde  
facta ij. Episcopo de alio, quæ istarum præsentationum præfe-  
ratur: quia est de raro contingentibus. Ideo breuiter dico qd  
ij. præsentatio facta præfertur, eo quia prima facta habetur  
pro non facta. l. si pater. C. ne de statu defunc. l. quo. ff. qui fa-  
cti. cog. ¶ Vnde ij. præsentatio legitimè facta debet præfer-  
ri. Ita tenet Zaba. in cle. j. in ix. q. de iure patr. allegado alias cō-  
79 cor. ¶ Quadragesimo quinto quæro, an patronus prælati  
vel conuentus habens ius patr. exemptus debeat præsentare  
ordinario ordinandos ad ecclesiam in qua habet ius patr. vel  
beneficium. Breuiter respondendo: quia casus est in nouis iu-  
ribus, dico, qd tenerur præsentare ordinandos ordinario, & or-  
dinarius tenerur tales instituere vel ordinare nulla existente  
legitima causa tales reiiciendi, de hoc est casus in cle. vnica. in  
§. nonnulli. j. versicul. præsentatos. de excess. præla. etiam dato  
quod tales exempti in salutatione litterarum ad ordinarium  
non promittant obedientiam, vt ibi dicitur in textu quod ibi  
declarat Zaba. procedere siue tales prælati præsentent ad or-  
dinarium cum titulo vel sine ti. Si enim præsentarent aliquem  
de religione requiritur quod habeant titulū præsentati:  
quia à religione habent expensas necessarias. cap. ex parte. de  
accu. Secus si præsentarent clericum secularem: quia non de-  
beret talis clericus ordinari sine titul. vel certo redditu firmo  
ex quo viuere possit. c. accepimus. de eta. & quali. c. cum secū-  
dum apostolum, qui altari seruit de altari viuere debet. de præ-  
b. aliā ipse ordinarius teneretur provide de beneficio vel  
de expensis, donec possit beneficium obtinere dictis iurib. cla-  
rè in c. ij. de præb. Et sic teneo talem præsentationem facien. vt  
80 supra. ¶ Quadragesimo sexto quæro. an quis possit præsen-  
tare alternatiuè A. vel P. quia de hoc videtur hodie textus ex-  
pressus & ibi gl. no. non ideo multum instabo. pro solutione

questionis dico esse gl. in cle. §. si. per illum tex. eo. ibidem di-  
citur qd patroni possunt inter se conuenire, vt liceat ipsis pa-  
tronis alternis vicibus præsentare, quibus dicit Clemens papa  
ex eadē causa, id est vt facilius provideatur ecclesiæ permittit-  
mus vt plures ad vacantem ecclesiam possint eodem modo  
præsentare personas quod vna ex eis eligi per Episcopum va-  
leat & admitti. gl. permittimus. dicit quod olim non poterat,  
plures licet possent accumulare. c. quod autem. & cap. cum au-  
tem. eod. glo. ibi præsentare intelligit simul vel successiue &  
finaliter notat quod electiones non possunt fieri alternatiuè  
per c. ij. de elect. in vj. vbi in electionibus postulationibus &  
scrutiniis ex quibus ius oritur eligen. vota conditionalia al-  
ternatiua & incerta poenitus reprobantur: & pro non adiectis  
habentur cum ex puris vocibus electio celebretur voce illo-  
rum qui non purè consenserint in aliis residente. Sed ibi glo.  
dicit illud cap. habere locum in collatione etiam seu prouisio-  
ne, quæ fit ecclesiæ per eandem rationem de qua ibi. Pro pri-  
ma opin. ij. facere videtur. c. studij. lxx. dist. vbi dicitur quod  
plures possunt eligi, vt si vnus non placeat, sit alius in quō pos-  
sit reclinari & ibi glo. facit & capi. archidiaconum. lxxxv. dist.  
Sed tamē talis electio hodie reprobatur, cum per electionem  
acquiratur ius electo & videatur quodammodo disponari  
ecclesiæ quæ duos sponfos habere non potest, vt dixi in secun-  
da causa acquirendi ius patrona. in tertia parte supra c. gaude-  
mus. de diuor. Zabarella in dicta clementina fin. eodem. secus in  
præsentatione. Item probari potest illa decisio huius quæ-  
stionis vltra supra allegata per rationem, nam sicut potest fig-  
ri nominatio de pluribus ad aliquam dignitatem, quia talis  
nominatio non tribuit ius in re. c. quod sicut. de election. ita  
debet posse fieri præsentatio de pluribus alternatiuè cum  
per præsentationem non conferatur vel acqui. ius in re. vt no.  
in cap. pastoralis. eo. Præterea non video aliquam rationem  
diuersitatis cum plures possint accumulando præsentare patr.  
vt latè. §. dixi in ij. q. huius partis, habetur in d. c. pastoralis qua-  
re etiam nō debeat posse simul plures aut alternatiuè præsen-  
tare vt relinquat hoc diocesani arbitrio quem magis existi-  
met instituendum cum nulla hic fraus possit intercedere ex  
quo conscientia diocesani oneratur in tali institutione scien-  
da. d. c. pastoralis. & c. decernimus. xvj. q. vij. ideo cum glo. cle.  
fin. dico posse alternatiuè fieri præsentationem vt §. & quod  
plures possint præsentari est text. in c. si quis Episcoporum. in  
gloss. clericos. xvj. q. vij. ¶ Quadragesimo septimo. Quia circa  
hanc materiam præsentationis habemus aliquos terminos  
quid idè videntur impropriare & tamen sunt panitus diuersi.  
Ideo quæro quid sit Præsentare. Instituire. Eligere. Conferre  
Postulare. Confirmare & Nominare. quæ cum inter se differ-  
rant. vt §. patebit sim summissa. Breuiter hæc quo ad intelli-  
81 gentiam præsentis intentionis aperiam. ¶ Præsentare quid  
sit, satis potest colligi ex §. dicta xxxv. quæ est. est patroni vel pa-  
tronorum personæ clerici: representatio facta ordinario de  
eodem instituta ad altare vel capellam seu ecclesiam patro-  
naram verbo facta præsentat aliter vel per litteras de absente  
vel de presente: vt §. proxima quæst. xxxij. sic diffiniuit Specu.  
ponendo ipsam formam eo. tit. de iure pat. vers. superiori au-  
tem. Et intellige quando præsentatus est præfens corpore &  
sensibus: nam si esset insensatus talis non diceretur præsentari  
etiam si forma supra dicta seruaretur: quia non solum re-  
quititur quod sit præfens corpore sed quod sentiat & intelligat  
per gloss. no. in clemen. dudum. §. ac deinde. versiculo præsen-  
tare. & ibi Car. adducens c. testes. iij. q. ix. vbi debent testes de-  
ponere de his quæ dicta sunt vel facta in præsentia sua: id est  
sub aspectu & eorum intellectu, aliter non dicerentur præsen-  
82 tes. l. coram. ff. de verbo. signifi. ¶ Instituire aliquem in be-  
neficio vel inuestire aut conferre licet vnum videantur: tamē  
effectu sunt varia. licet Host. dicat in tit. de insti. quod institutio  
est ecclesiæ vel beneficii collatio. Et dicitur institutio qua  
fiunt statio: & sic videtur velle quod idem sit institutio  
quod collatio & inuestitura: quod probat ex illarum rubrica-  
rum ordine. Clarius tamen loquendo cum habeant distincta  
significata, & à diuersis & distinctis personis fiant illa, eorum  
etiam debeat esse distincta ratio. l. si maritus. j. C. de do. inter  
vir. & vxor. l. si idem. cum eodem. C. de iure de hb. l. si. ff. de ca-  
lum. quod instituere vel institutio est ius alicuius ecclesiæ  
vel ecclesiastici beneficii alicui conferre, inuestire, vel inue-  
stitura est illius collationis seu institutionis evidens probatio  
seu declaratio per quam inducitur confirmatio. Multo verò  
in possessionem est præcedentium: id est collationis & inue-  
stituræ executio. quæ omnia pulchrè probat Dyn. in regula j.  
de regul. iur. in vj. in ij. & sequent. col. de institutione hæredis  
quæ primo præcedit. ij. succedit confirmatio illius institutio-  
Pau. Citad. de iur. par. N N N n nis

## Sexta pars. articulus III.

nis & confirmatio nis irrevocabilis quæ sit per mortem testatoris j. si quis in institutionis executio quæ sit per aditionem hereditatis & apprehensionem possessionis rerum hereditariam. Idem in feudi datione quæ primo verbalis sit, se can do inuestitura sequitur, quæ est collationis confirmatio, quæ sit per scripturam, ut in titulo quid sit inuestitura. §. primo in vñ seu. Tertio post eam sequitur inductio in talem possessionem rerum, quæ sit per traditionem rerum spectantium ad illum titulum ut ibi: sed tamen dicitur ibi quod inuestitura improprie dicitur possessio de quo disputat. non purat Host.

33 in tit. de inst. §. quid sit: quia vana nominum disputatio pertinacibus relinquenda est. l. ij. C. communia de lega. verum est quod usus & consuetudo abutitur illis nominibus & institutionis nomine venit confirmatio & collatio. ca. cum ex iniuncto. de hæreticis. Et inductio in possessionem quæ sit per Arch. appellatur. inst. corporalis. ca. ad hæc. de offi. archi. si tamen in aliquo istorum interueniat defectus semper vitatur actus siue ex parte instituentis: ut quia instituit qui de iure instituire non poterat, ut vicarius Episcopi, quidō habuit ad hoc speciale mandatum. cap. cum in generali. de offi. vica. in vj. d. c. ex frequentibus. de hæreti. vel à capitulo sede etiam vacante. cap. j. de inst. in vj. licet capitulum possit confirmare præsentatio per patronum, vel patronos ut ibi. Et ibi accipitur instituire pro confirmare vel inuestire. & ita communiter dicit Dyn. accipi in d. regula. in vj. quia ille qui est verbaliter institutus non potest proprie autoritate ingredi possessionem: & si ingrederetur predo diceretur non ut institutus possessor legitimus. l. si ex stipulatione. ff. de acqui. poss. nec ex venditione. C. eod. Ideo post institutionem requiritur inuestitura, vel confirmatio, vel missio in possessionem, quæ in idem sonant. eodem modo si ex parte instituti esset defectus: puta quia laicus vel irregularis institueretur: vitaretur talis institutio. capitulo secundo. de institu. cap. noua. actione. xvj. quæst. vii. Idem si in forma institutionis esset defectus: ut quia in diem, vel sub conditione facta est: tunc vitatur quia actus legitimi non recipiunt nec diem nec conditionem. Regula actus legitimi. de re. iur. in vj. & tunc cum supra dicta omnia concurrunt instituit qui potest: is institutus est qui legitime potuit: & solennis est seruata institutionis forma: tunc appellatur canonica institutio largo modo sumpta pro collatione, inuestitura, & inductio in possessionem: sic etiam dicitur legitima tutoris datio: quando is dat qui potest: is datur qui potest dari: & iudex interponit suum decretum. Is accipit cui datur. l. naturalis. §. si queratur. ff. de cõsit. tuto. secus si non seruarentur substantialia in istis: quia vitaretur siue collatio, seu inuestitura, vel inductio in possessionem: quia ommissio forme vel substantiæ vitat ipsum actum. l. hac consultißima. C. de testam. l. hac consultißima. C. qui testam. facere poss. quibus autem pertineant institutiones faciendæ non est proposita materia hic tractare. habetur in cap. ex frequentibus. & toto tit. de insti. regulariter spectat ad ordinarios, vel illos quibus ipsi specialiter commiserunt. d. c. & c. j. de of. vica. in vj. Restat

35 duo vltima quid sit postulare, eligere. Postulare est petere gratiam à superiore de promouendo aliquem ad prælationem ad quam de iure communi propter impedimentum aliquod vel defectum eligi, vel promoueri non poterat. ca. vnico. de postu. in vj. & ibi gl. vera postulatio. Eligere verò est aliquam personam, vel societatem fraternam canonicè factam vocare: ut gl. in c. vnico. ver. vera postulatio. Panor. in rub. eo. de post. prala. & in d. glo. notatur differentia inter postulationem, & electionem. Prima nititur gratiæ: & non acquiritur aliquod ius postulato: nec initiat matrimonium cum eo, & ecclesia. c. bonæ. c. postulationem. de post. prala. secus per electionem quia acquiritur ius electio. & initiat matrimonium cum eo. c. publicato. eod. de electio. Et electio nititur iuri non gratiæ. ut ibi. & in d. gloss. sic etiam inter præsentationem, & electionem est differentia. Electio dat ius in re, & initiat matrimonium cum electo, & ecclesia ut supra. Sed præsentatio nõ dat ius in re, sed ad rem ipsam, id est, ad ecclesiam, vel beneficium obtinendum: ut supra dixi. q. vi. in vj. parte. licet etiam largo modo dicantur patroni eligere & improprie non tamen dat ius in re. Panor. in cap. ij. per illum tex. eo. de iure patronat. & in cap. cum autem. eo. & in cap. nobis. in iij. no. eod. vbi dicit electione acquiritur ius: confirmatione exercitium cum concor. & in cap. iij. in fi. no. ver. & ex hoc habes. & vbi que assignat rationem diuersitatis, quia agitur de magno præiudicio inter patronos debentes eligere, non sic inter patronos debentes præsentare. datur & secunda differentia, quod Episcopus potest ordinare finito tempore præsentandi inter patronos debentes præsentare absque vlla præsentatione. Secus in-

ter debentes eligere: ut per Io. And. in c. quoniam. in ij. collatione in fin. eod. vbi dicit quod etiam durante discordia trien nio inter patronos debentes eligere non deberet Episcopus aliter posse ecclesiam ordinare: licet satis rigorosum videatur: ut ibi Hostien. dicit & esset expressum ius de hoc promulgandum: quod si infra certum tempus non terminaretur dicta quæstio quod superior deberet ecclesiæ providere. Ita potest notari differentia inter præsentare & conferre: nam ille qui potest conferre non indiget aliqua præsentatione, sed sola collatione prouidet ecclesiæ sicut patrono Episcopus, vel Episcopus qui in ecclesiis non patronatus debet prouidere: ut Hostien. lo. And. Panor. in cap. significasti. circa fin. eod. de iure patrona. secus in præsentatione. ut supra dixi, quæ non confertur ius in rem. Ita potest ex supra positis colligi distantia inter instituire & præsentare. Institutio fit ab habente auctoritatem conferendi: præsentatio à patrono tantum qui non potest instituire. cap. relatum. eo. Sic etiam possumus notare aliquam differentiam inter præsentare & postulare. Postulatio præcedit præsentationem, & fit ad prælaturam aliquam:

38 præsentatio non ut supra. ¶ Habemus & septimum nominare quod significat eligere de propria iuris significatione: ut in c. cum in iure. de electione. l. nominationes. C. de appel. lege. obseruare. lege nominationum forma. C. de decurioni. lib. x. Sed tamen non est tantæ autoritatis, sicut electio aliquando puta quæ sit concordia ut vnus nominet, alter præfaret, tertius ordinet ut regulariter in ecclesiis collegiatis fiunt inter clericos & laicos tales conuentiones ut Basilicæ in ecclesia sancti Petri. ¶ Quadragesimo octauo quero an potest patronus seipsum præsentare, videtur primò quæ sit: quia si potest facere præsentationem de alijs: ergo prouidere sibi ipsi potest præsentando: cum ordinata charitas à seipso incipiat. lege. præfes. C. de seruirit. & aqua. Sed quia text. habemus clarum in capitu. per vestras. eodem. de iure patronat. idem non instabo. Nam ibi assignat rationem: quia nullus se ingerere debet officijs ecclesiæ prælationis. Ideo quamuis doctus & quibuscumque virtutibus ornatus: non tamen posset seipsum præsentare etiam si sit clericus ibi dicitur glossa prima quod tanquam ambitiosus deberet reici per iura allegata per eam.

39 ¶ Secundam rationem assignat ibi glossa præsentare. quia debet esse differentia inter præsentatum & præsentantem sicut inter causatum & causantem: inter matrem & filium: cum nullus à seipso oriatur inter baptizatum & baptizantem. capitu. debitum. de baptismo. l. prætor. ff. de tutor. & cura. da. ab his. cum similib. ergo non poterit quis seipsum præsentare. Sed cum ille text. loquitur in beneficio prælaturæ: sic licet c. per vestras. ut se videtur fundare Papa, posset quis dubitare. An etiam procedat hæc decisio in simplici beneficio patronato: & licet ibi Io. and. teneat idem esse ex paritate rationis: tamen forte posset contrarium teneri in casu necessitatis: & puto quod idem dixisset Io. and. in casu necessitatis, licet dixerit generaliter, quod in canonia, vel in beneficio nõ potest quis seipsum præsentare. ¶ Vnde dico, quod in casu necessitatis potest patr. seipsum offerre Episcopo & præsentare, posito quod sit dignus, & sufficiens. Nec ob. ratio ambitionis: quia necessitas excludit talem præsumptam ambitionem: sicut videmus in simili quod non est ambitiosum, clericum pauperem emittere preces: ut sibi provideatur de beneficio. c. cum secundum apostolum. de elec. c. tuã. & ibi expressa gl. de hoc. de ara. & quali. c. si de concess. præb. lib. vj. alias si non esset dignus. dicit gl. quod committeret simoniam petendo. Item non habet ob. secunda ratio in text. posita quod debet esse differentia inter præsentatum & præsentantem cum nemo à seipso oriatur: quia dico hoc regulariter procedere: sed fallit vbi est necessitas ut in isto casu fauore alimentorum qui præponendus est, & his prouidentem est quibus maius intenditur periculum in re. ut l. j. §. sed & si quis. ff. de Carb. edicto. vbi mittitur controuerfia mota contra puberem, & sibi decernuntur alimenta vsque ad tempus pubertatis ne fame interim pereat. Idem dixit Imperator in l. final. C. de Carbo. edic. quod interdum de rebus alienis decernuntur alimenta, ne impuberes fame pereant. Ad idem facit quia videmus, quod ecclesia referuat alimenta patrono in casu necessitatis etiam laico. capitulo quicumque. x. j. q. 5. vij. quanto fortius debet prouidere ipsi patrono quæ est naturalis vel vult se habitare ad seruendum ipsi ecclesiæ, sic posset adduci multa similia in quibus necessitas reijcit legem nec seruat lex in casu necessitatis. l. j. ff. de of. cõtu. & ibi gl.

40 expedire. c. sicut. de conse. di. j. ¶ vbi licet esset melius nõ audire missas etiam in festiuitatib. summis quam audire in loco prohibito aut à persona prohibita: tñ in casu summæ necessitatis

fitatis possunt etiā audiri in loco prohibito: quia dicitur in regula quod non est licitum in necessitate facit licitum. de reg. iur. in antiquis: & tempore necessitatis omnia dicuntur communia. ca. dilectissimis. xxij. q. j. cum aliis pluribus adductis in dicta regula. Ergo non video quare non possit se presentare

93 contra regulas iuris communis. † Precipue cum sit ex lege humana inductum quod debeat patronus alios presentare à qua lege humana licitū est recedere propter necessitatem: secus si esset aliquod præceptum legis diuinæ. xxij. q. v. cap. ita ne. glo. in d. c. sicut. Item non est admittenda talis iuris humani subtilitas ubi posset sequi maxima absurditas, vt in casu nostro alimentorum. argu. ca. præterea. in fi. de appella. Vel aliter dico secundum Io. And. quod quis non habet originem à seipso: verum est de prima origine: sed per hoc quod patronus presentet seipsum non per hoc dicitur à seipso oriri cum presentatio non det sibi ius: sed eius natiuitas habet dependentiam ab ipso Episcopo qui eum habet confirmare vel nō. Item si patronus non posset seipsum presentare in casu necessitatis posset sequi absurdum, quod illud beneficium non posset sustinere sacerdotem & patronum inopem, & sic cogeretur ipse patronus mendicare propter ecclesiam propter quam se inaniuisset contra d. cap. quicumque. xvj. q. vij. & contra. c. postulasti. & ibi not. de iure pat. Vnde concludo per supradicta quod patronus potest seipsum presentare in casu necessitatis. Et posito quod essent plures: tunc certum est qd possent vnum ex ipsis presentare sicut & debentes vnum eligere possunt vnum ex se eligere: vt no. in ca. cum in iure de elect. & in c. quoniam per Ioā. And. in j. colum. eod. f. quando non habent presentare vt collegium sed vt singuli: vt ibi per Io. And. & in c. fi. de insti. in c. per vestras. de iure pat. Item ad prædictam conclusionem non habet obstare, quod non potest fieri institutio ab Episcopo sine presentatione patroni: sed hic non interuenit presentatio. ergo & c. cap. illud. de iure pat. c. ex insinuatione eo. c. decernimus. xvj. q. vij. quia dico qd immo interuenit presentatio quæ potest fieri vt supra. & satis dicitur se presentare ex quo consentit inuectura fieri de per ordinariū. Sicut valet etiam ordinatio facta de motu proprio ipsius patroni. j. Episcopi: quia tunc consentiendo illi ordinationi satis dicitur patro. presentare & siue ante ordinationem siue post patronus consentiat satis dicitur presentare. ca. si verò. eo. de iure patro. De hoc vltimo plenè per Io. And. in cap. per vestras. de iure patro. & ibi per Panor. de vtroque ita tenent vt supra dixi. ubi tenent presentationem posse fieri post institutionem. † Ad maiorem autem huius q. cautelam posset dari remedium vt patronus consensu Episcopi donet alteri totum ius pat. liberè & tunc ille donatarius poterit antiquum patronum presentare vt expressè tenet Panor. in d. ca. ex insinuatione. de iure patrona. Ante eum Ioan. Andr. in d. c. vel ius alteri patronatus remittat. quia remittere est donare vt ibi Panor. & in ca. veniens de test. † ¶ Quadragesimo nono queritur, an pater possit filium presentare circa hanc q. videtur dicendum quod non, eo quia pater & filius censentur vna & eadem persona. §. ei qui. insti. de inutil. stipulat. l. si. C. de impube. & aliis sublti. & sicut non potest pater regulariter seipsum presentare: vt supra proxima q. sic nec debet posse filium presentare. cuius contrarium determinatur in cap. consuluit per textum illum à contrario. & ibi gloss. auctoritate. eod. titu. quia ille text. prohibet teneri ecclesiam iure hereditario à filiis propria auctoritate. ergo non videtur prohibere patrem presentare filium. argu. cap. cum apud. de sponsa. l. cum pretor. ff. de iudic. Clariùs loquitur gloss. ibi sequens que vult quod pater potest presentare filium Episcopo & patris suffragium valeat filio. per l. illud notandum. ff. quod cuiusque vniuer. no. ibi gloss. respondet ad argumētum supra factum quod patria potestas non curatur quo ad ius publicum. l. nam quod. ff. ad Trebel. l. priuatis. ff. de iudi. vel fictio ne iuris reputatur pro vna & eadem persona: sed in spiritualibus non attenditur talis fictio. Sic etiam dicimus in veto. c. vnico. de voto. in vj. & ibi Archi. Nec similiter obstat si dicitur quicquid acquirit filius acquirit patri saltem quo ad vsum fructum. l. cum oportet. & l. si. C. de bonis que liberis. & sic pater presentando filium in effectu videtur seipsum presentare:

96 † quia ad hoc dicitur qd in spiritualibus non curatur talis patria potestas, nec filius acquirit patri. ca. si annum. de iadi. l. vj. Ita tenet Panor. in c. consuluit. de iure pa. Et ibi vide additionem Corseti qui plures adducit auctoritates. & glo. est in ca. quala clericis. in verbo filij. eo. de iure pat. & ibi Panor. qui dicit Episcopum posse beneficium patronatum conferre filio patroni dū sit dignus, & ne faciat amore carnalitat. c. grauc. de preben. & c. j. vt eccl. benefic. confer. quod nō habet dubium

vt supra, quæstione proxima. Sed tamen aduertendum est qd licet possit patronus presentare filium, non tamen potest conferre: vt in cap. consuluit. eod. per Panor. ibi in j. nota. fallit ubi clericus esset ipse patron. & talis qui posset conferre: quia tunc etiam filio conferre posset: vt per ca. non satis. lxxvj. distinctio. c. omne. xxj. distinctio. Archidia. in c. Episcopus. de cima quest. ij. Panor. latè in c. quia clerici. de iure patronat. 97 in gloss. antepenultima. ¶ ¶ Quinquagesimo quarto. Quia supra in hac parte quæstio. xij. vers. vj. dixi posse sperni presentationem quando presentans ius non habuit presentandi. Quid si patronus ecclesiam non vacarem alicui donet etiam loco religioso & vacante ecclesia vnum postea presentari valeat talis presentatio, ita quod institui debeat ut ordinario. Ad hanc quæstionem responderet cap. illud de iure patro. ubi Papa vult quod ij. concessio teneat: non obstante prima que de iure non est sortita effectum: cum nullus posset donare ecclesiam vel priuato vel etiam loco religioso sine consensu Episcopi: vt ibi: & in capit. consultationibus de donatio. Ad decisionem huius quæstionis facit etiam capitulum cum laici: de iure patrona. vt secundo loco presentatio facta teneat: quia laici patroni non possunt concedere alicui ecclesiam nec in eis ordinare sine Episcopo. Ad idem facit si clericus patronus vellet cōcedere ecclesiam alicui & postea presentet alterum: quia presentatio secundo loco facta admittitur prima cassata: quia prima inualida non impedit secundam validam cum non præter impedimentum quod de iure non sortitur effectum. c. quod autem. de iure patronatus. c. bonæ. ij. c. congregato de electio. & sic tener presentatio secunda. Ita tenet Panor. in locis supra allegatis vt per eam post Ioannem And.

98 ¶ ¶ Quinquagesimo primo quarto: an vni ecclesie vel prelato illius possit competere ius patro. & consequenter ius presentandi in alia ecclesia. Breuiter dico quod potest cum sit in iure text. expressus etiam si prelatus sit ecclesie cathedralis vel si sit ecclesia. c. significasti. eod. ubi admitti debet presentatio ab Episcopo qui ius patro. acquisiuit pro ecclesia sua. Ad idem est text. in c. fi. eo. ad intelligentiam huius q. sciendum quod quando conceditur simpliciter ius patro. alicui prelato ecclesie in dubio videtur concedi illud ius pro ecclesia sua ita quod prelatus vel capitulum habeat ius patronatus quo ad proprietatem & consequenter ius presentandi, prout concedenti placuit & in concessione expressum fuerit. d. c. significasti. quia verò in d. c. significasti. ponuntur varij intellectus ad illum text. ideo pro enucleatione huius q. omnes comprehendendo facio tres casus. ¶ ¶ Primus quando prelatus acquisiuit ius patro. in alia diocesi ratione suæ ecclesie qd potest fieri: vt est text. in c. j. xvj. q. vij. Hæc autem casu est dubium, an Episcopus cui est acquisitum tale ius in alia diocesi possit quemcumque presentare etiam peregrinos dnmmodo idoneos: Hugo glossator tenuit quod sic in d. c. significasti per c. si quis Episcoporum. xvj. q. ij. ubi licet non possit in alia diocesi fundator Episcopus alicuius ecclesie illam dedicare tamen hæc gratia sibi seruatur, vt quos desiderat clericos in re sua ordinari ipsos ordinatis Episcopus cuius est territorij: videtur ergo quod Episcopus fundator possit illos presentare si ille ordinatur quem desiderat: licet vbiq. dicant gloss. quod nō probatur opinio Hugo. ex illo text. mihi verò videtur satis probari: ex illo text. quod Episcopus possit presentare etiam in alia diocesi cum text. ibi generaliter loquatur. Nec ob. qd quod non possint institui clerici peregrini sine approbatione Episcoporum locorum eorum & abique literis commendatitiis. ca. fin. de clerico peregr. ubi peregrinus non ordinatur sine consensu Episcopi loci: ordinatus verò remouetur, vt ibi nisi cum eo dispensetur. c. hortamur. & c. extraneo. lxxj. distinctio. ubi extraneus clericus non potest sine literis sui Episcopi administrare diuina extra suam ecclesiam & diocesim: nec patroni debent talem peregrinum presentare in suis fundatis ecclesiis nisi à suo Episcopo fuerit consecratus vel literis commendatitiis susceptus: quia dico in patrono loco presentante: secus in Episcopo vel alio presentante in alia diocesi: cui meritò propter personæ elegantiam credendum est. gloss. fin. in d. capit. si quis Episcoporum. c. Episcopus. d. loco vij. q. j. Sic etiam literis abbatis creditur pro monacho ordinando. c. monachi. j. xvj. q. Ita archid. ibi & gloss. in d. capitul. hortamur.

100 ¶ ¶ Nec huic conclusioni ob. dictum ca. hortamur. † ubi non debent fundatores ecclesiarum suscipere aliquem aliunde venientem: nisi fuerit ab Episcopo loci consecratus: vel nisi cum literis patroni sui commendatitiis veniat: quia loquitur de iure communi omnium: etiam fateor quod aduena regulariter non possit presentari, vt ibi à quolibet patrono. Sed non procedit hoc in Episcopo & sic nec d. capit. hortamur pro. Paul. Citad. de iure pat. N N N n 2 det



## Sexta pars. articulus III.

Act in Episcopis: sed d. c. si quis Episcoporum. xvi. q. ij. vt gl. tenet in d. c. hortatur. quam sequitur Hugo Ala. lo. ibi dicit comu- nem eam. Archi in capit. si quis Episcoporum & videtur satis æqua opin. quicquid dixerit Pauorm. in d. cap. significasti. de iure patronat. & Ioan. Andr. ibi qui dicit dictam gloss. procedere de consuetudine in quocunque patrono, vt possit præsentare etiam peregrinum dum sit idoneus. Dicitur gloss. tenet in ecclesiis cathedralibus: cum deus non habeat acceptio- nem personarum: sed d. quilibet est gratus, qui facit iustitiam. ad idem facit. cap. cum deputati. de iudiciis. & vide quæ supra notati proxima q. xxx. huius partis. Secundo modo potest in- telligi quando Episcopus acquisiuit ius præsentandi in sua diocesi & institutio pertinet ad aliquos inferiores prælatos ex iure speciali, licet Ioan. Andr. ibi hunc intellectum non ad- mittat. Antunc Episcopus possit quemcunque etiam pere- grinum præsentare: fortius quam superiori casu dicendum est posse eum præsentare: quia Episcopus satis dicitur eum approbare præsentando in sua diocesi. Pro hoc facit cap. fin. de clerico peregrino & rationes supra adductæ. Si verò præ- sentatio pertinet ipsi Episcopo qui postea acquisiuit ius præ- sentatus, tunc confunditur ipsa præsentatio: & Episcopus con- fert beneficium illud. cap. nullus. xvj. q. vij. & hoc quando est Episcopus solus patronus. Si autem haberet com patronos, tunc ipse præsentabit sibi ipsi tanquam patronus etiam tanquam Episcopus instituit. l. si consul. ff. de adopt. vbi quis seipsum emancipat, & sibi tanquam consul auctoritatem emancipan- di præstat, si sit filius. præses vel consul. Et pro secundo isto membro quod debet posse quoscunque præsentare, facit e. ne pro defectu. de elect. vbi circa fin. debet providere ecclesie vel canonicis vel presbyteris ipsius ecclesie, vnum eligendo in locum vacantem vel alium extraneum si nullus est idoneus nisi ibi. Tertio modo intelligit Panor. d. capitu. signifi. quando Episcopo fuit donatum ius faciendi vnam præsentationem in aliqua ecclesia patronata. Iste casu dubitabatur, vtrum pos- set conferre præbendam cuiuscunque vellet, & merito dubita- batur, quia ius conferendi præbendas non vacantes non tenet vt in c. fin. de conce. præbend. tamen in casu d. ca. signifi- casti. poterit præsentare. & quicunque per eum præsentatus debeat admitti vt ibi & sic ergo patet Episcopum vel præ- latum posse etiam peregrinum præsentare, licet Panor. magis inclinet in non adueniunt vt illi magis præsententur: cum per eos magis provideatur ecclesie quam per aduenas, in dicto cap. ad decoram. de institu. in fine. & satis naturale est vt pri- mo nosstrates provideantur, secundo loco aduenas. d. cap. ne pro defectu. Et sicut dixi in istis tribus casibus Episcopum pos- se in aliena diocesi præsentare: ita etiam licet collegio vel ec- clesie præsentare aliquem in alio collegio vel in aliena ecclie- sia, vt per Panor. not. primo in cap. significasti. Pro quo etiam facit c. fin. eo. de iure pat. eodem modo ecclesia aliqua potest sibi ipsi esse patrona & libera vt si patronus ius sibi compe- tens ecclesie remiserit, vt in capit. vnico. eo. in vj. Et tunc si in eadem ecclesia plures sunt sacerdotes, ita quod sit collegiata ecclesia inter se, tunc de seipsis præsentabunt. Si autem esset vnicus sacerdos, tunc præsentaret & conferret episcopus ad quem iure ordinario spectat providere ecclesie vt ibidem glo. per c. omnes. & c. si nullus. xvj. q. vij. ¶ Quinquagesimo secundo quarto an patron. noniter possit præsentare, quã- do permutatur præbenda sine suo consensu. Huic q. reperio Panor. respondentem in cap. cum dilectus. per glo. ibi tenet quod debet patron. posse præsentare, quæ videtur satis obscu- re probare, ideo adducit glo. in clemen. vni. de re. permut. quæ vult quod in permutatione faciendâ requiritur consensus il- lius, qui potest eligere, conferre, vel postulare alias collatores vel patroni poterit aliis providere, de talibus beneficiis, cum per permutationem dicatur vacare beneficium, vt de hoc est clarior glo. in c. vnico. in verbo collationem. Ideo requiritur quod patronorum vel patroni interueniat consensus alias patronus præsentare, cum diceretur vacare beneficium. Idem tenet Car. in d. cle. vnica. versic. iij. quæro vbi vult quod non fiat permutatio nisi omnium interueniente consensu, quo- rum interest, si præsentatio fiat causâ personarum, si autē cau- sâ ecclesie, tunc sufficere consensum maioris partis. Ita tenet Pet. de Ancha. ea. clemen. versic. iij. quæro. licet gloss. ibi dicat, qd episcopus debet interponere auctoritatem, & patroni debet consentire quasi innuat quod teneantur patroni post aucto- ritatem episcopi consentire. De quo Pet. de Ancha. ibi dubi- tat & allegat Panor. dicentem: quod illi magis deberent cog-

noscere, qui habent interesse, vt sunt patroni. & episcopus po- stea deberet approbare. Hostien. in tit. eo. §. quid potest. vers. sed nunquid tenet quod quando capitulo pertinet collatio, qd sola auctoritas episcopi non validabit talem permutatio- nem per d. c. ad hæc. in fin. & c. fin. de his quæ fi. à pralat. ean- dem opi. sequitur Ioannes Andr. in cap. vnico. in gl. collatio. 102 nem. eo. in vj. Concludo igitur quod talis permutatio non poterit fieri sine consensu patronorum, & si fieret posset pa- tronus expellere talem intrusum in ecclesiam suam patro- natam sine eius consensu. vltra supra dicta facit, nam non de- bet quid indirectè fieri, quod etiam via directâ factum non tenet. regula cum quid vna via de reg. iur. in vj. sed nullus sa- cerdos potest tenere ecclesiam patronatâ sine patronorum consensu, & si teneat eam, potest etiam per episcopum inue- stitus sine patroni præsentatione reuocari in scandalum ipsius episcopi ca. ex insinuatione. de iure patronatus cap. decerni- mus. xvj. q. vij. ergo non poterit quis per viam permutationis inuadere talem ecclesiam sine patronorū consensu: quo non interueniente, dicitur beneficium vacare & poterit præsen- tare patronus vt §. ¶ Quinquagesimo tertio quia supra q. xx. di- xi tempus præsentandi omnibus esse taxatum siue laicis siue 103 ecclesiasticis: quæro tan eodem modo sit taxatum superiori tempus ad instituendum, sicut patrono ad præsentandum. Hanc q. soluit Panor. in c. pasto. col. ij. versic. quid autem si ha- bens instituire non instituit infra vj. menses, tenens qd nullibi reperitur taxatum tempus ad institutionem faciendam: ergo tale tempus deberet esse arbitrium: vt ipsemet in c. ij. de co- ces. præb. vers. extra gl. quæro allegat Deci. Ro. qui mouetur per illum text. qui tempus dat debentibus eligere: qui non extendi debet ad debentem instituire. Cum in institutione nõ reperitur tempus limitatum, ergo debet esse arbitrium: potuisset allegare. l. j. §. ait prætor. ff. de iure deli. vbi tempus à lege datum sine taxa, ad aliquid faciendum est in potestate iu- dicis: sed licet non sit certum tempus taxatum, dat nihilomi- nus remedium Panor. vt eatur ad superiorem qui tempus præ- figat, infra quod habeat instituire: quod si nõ fecerit ipse sup- plebit. arg. ca. ex parte. eod. tit. fateatur tamen in eodem loco Panormi. quod non deberet habere tantum tempus ad institu- endum sicut ad conferendum: cum ille qui habet conferre habeat magis laborare in cognoscendo personam & confe- rendo, quam habens instituire: alias si tantum tempus debe- ret habere ad instituendum: sequitur quod beneficium vel ecclesia nimis deberet vacare: cum qui deberet conferre, ha- beret sex menses: qui verò deberet instituire, haberet alios sex: & sic nimis vacaret ecclesia. Idem dicit de debente confir- mare electionem, vt posset sibi præfigi tempus infra quod haberet confirmare: alias superior confirmabit. De hac q. vi- de etiam per Gem. in c. j. de præben. qui per illum text. dicit quod nec etiam est tempus taxatum ordinatio ad confirmã- dam collationem factam alicui de beneficio: prædicta om- nia limita nisi episcopo ius instituendi & conferendi simul delatum esset ex negligentia patroni non præsentantis: quia tunc habet tempus taxatum, infra quod conferat, scilicet, vj. mensium: aliis superiori defertur illud ius. vt §. dixi in ista par- te. quæst. xxix. limitationem istam posuit Panor. in d. c. fin. in fi- colum. vers. sed hic cadit nota. q. de iure patro. ¶ Quinqua- gesimo quarto, Cum satis §. dictum sit de beneficiis in 104 genere faciendâ, quæro tan patronus in ecclesia collegi- ata præsentare possit. Istam q. sol. gloss. in c. postulasti. in fin. qd nec prælatum nec ministrum poterit patronus præsentare: quam dicit valde no. Panor. ibi: sed tamen dicit, quod ad præ- ben. poterit præsentare dato, quod non ad prælaturam: eo quia iura quæ prohibent patronum in ecclesia collegiata præsen- tare solum loquuntur de prælato: non autem in alijs præbē. vt in c. nobis. eo. & c. j. de elect. Ratio potest esse: quia electio prælati non fit nisi per ecclesiasticas personas: nec patronus laicus potest tali electioni interesse, nisi ex speciali concessio- ne Papæ quam cogitur demonstrare ipsi eligentibus: vt nõ. per glo. in d. c. nobis. ver. de sua iurisdictione. eo. & rationem ex- elmeritis dixi supra. q. d. xlviij. quia per ipsam electionem fit initium matrimonij inter electum & ecclesiam, quod nõ po- terit fieri per patronum laicum eligentem, nisi ex speciali iussu Papæ. vt supra dixi. secus ex præsentatione rectoris: quia ex tali præsentatione non initiatur aliquod matrimonium: vt §. dixi. quæstio. xliij. & quod possit patronus præsentare in ec- clesia collegiata ad præbendas, vel canonicatus videtur pro- bare verba dicti c. nobis. vult enim qd electioni prælati hõ- stius adhibeatur consensus quæ quod intersit electioni: ergo tacitè videtur permittere qd possit præsentare à cõtrario sentu illius literæ: & vt aliqd plus sit speciale in electione prælati, quam

quam canonici. argument. notab. in litem apud Labeonem, 10 § hoc editum. ff. de iniuriis. quæ notabiliter fiunt nisi specialiter noventur, videntur quali neglecta. l. cum prætor. ff. de indi. eandem opin. tenet Panor. in c. postulasti. & ibi refert Io. Andr. Ita diceretur in d. cap. eo. quod patronus possit ad præbendas presentare non ad prælaturam. Et ista opin. videtur mihi satis de iure procedere, vt sit differentia inter ecclesiæ collegiatæ prælati electionem, & canonici electionem. Electio enim prælati collegiatæ ecclesiæ spiritualis est: & non potest fieri nisi ab ecclesiasticis personis. d. c. nobis. c. j. c. messana. capitul. sacrosancta. vbi assignat glo. rationes quia spiritualia continent electio, quæ non possunt in laicum cadere. vt in capitu. quifquis. eo. de elect. etiam non obstante quacunque cõsuetudine, quæ potius dicenda est corruptela quàm consuetudo. Sed in simplici canonico bene potest fieri presentatio, cum talis non dicatur quid spirituale. & talis presentatio vel ius presentandi acquiruntur ex fundatione, dotatione, datione vel alii causis, de quibus supra seriatim dixi in tertia parte.

106 ¶ Quinquagesimo quinto quæro, quid si iam patronus institutus duobus in curia litigantibus tertium presentet infra tempus debitum, de quo supra eadem parte. q. xx. qui ab Episcopo scienter instituitur: an teneatur postea victori etiam per eum presentato ad aliquam pecuniam. Item an Episcopus teneatur, tunc. Hanc q. reperi moram per Ioan. Andr. in capitu. pastoralis. in fin. eod. qui per illud cap. tenet quod victor qui in curia obtinuit sententiam, habet actionem etiam contra episcopum, & contra patronum: nam ibi tenetur episcopus prouidere primo presentato quem malitiosè distulit prouidere cum esset idoneus. argu. cap. bonæ. ij. vers. nec nocere. de postulando. vbi si postquam postulatio facta & approbata, si liceret ab illa recedere, tunc illuderetur summus pontifex: quod esse non debet. vt ibi not. & sic per istam viam fieret durior conditio Vincentis, & deterior factio patroni, & episcopi. l. j. ij. & iij. ff. de alienatione iudicij mutan. cau. fac. Vnde ergo tenentur ad interesse, qui sic dolosè egerunt. argumen. l. non solum. §. hæc actio. ff. de alien. iudicij mutan. cau. fac. Sicut ille qui res alienas vendidit. argum. illius edicti tenetur. l. ex hoc edicto. §. alienare. l. cum miles. eo. tit. vel actione de dolo vel actione in factum ad interesse vinceri. l. rem quandam. ff. de dolo. vbi datur actio de dolo contra proprietarium quo dolosè emptorem abstulit possessore dum habetur, & postea destitit maxime de æquitate canonica: qua considerata quilibet potest perire interesse ab illo cuius factio dolosè lesus est etiam nulla actione expressa. c. si. de ref. c. j. & ij. de dolo & contuma. Vel vltimo dicit posse teneri crimine stellionatus, quo tenentur omnes qui crimen aliquod committunt, cuius nomen in l. non reperitur. l. pen. ff. de crimi. stel. secundum Hostien. ita determinauit Io. Andr. loco præallegato, & satis bene: quia vt supra dixi, licet patronus possit variare accumulando non tamen potest ius presentati auferre. nec similiter episcopus non potest non iuste non admittit primo presentatum idoneum, vt supra. de primo in ij. q. huius partis. de ij. in vij. q. vbi dixi pluribus presentatis idoneiorem posse contra episcopo

107 ¶ pum appellare qui non eum instituit. ¶ Quinquagesimo sexto quæro: an patronus possit presentare alio instituto existente in beneficio, qui secundum beneficium acceptauit sine dispensatione edico quod sic. vt per lmo. in cap. de multa. per illum tex. de præb. in verbo ferat. & ibi Panor. in gloss. ij. super yer. sed per receptionem corporalem ibi ponit multas limitationes ad d. c. de multa. ij. in ver. præcedenti: & limitationes illas facit per superuenientia iura de quibus per eum: quia debet habere secundi beneficii pacificam possessionem antequam priuetur: vt latè per eum ibi. ¶ Quinquagesimo septimo quæro: an laicus patronus dicatur ecclesiastica persona. Cui breuiter responderet Alex. in l. semper. §. fin. ff. de iure immuni. eo quia non habet substantialia ad statum ecclesiasticum: vt ibi per eum: qui de multis personis quarit an efficiatur ecclesiastica, ex quo sequitur aliquam regulam: & tenet quod non: quia tales non habent substantialia regulæ: scilicet castitatis, paupertatis & obedientiæ. c. cum ad monasterium in fi. de statu monachorum. c. de voto. in vj.

¶ Quartus articulus, de Commodo pecuniario.

1. Patrono quod emolumentum debeatur.
2. Clericorum bona pauperum esse debent.
3. Patronus in necessitate ab ecclesia debet alimentari.
4. Libertus patronum, & eius filios inopes alere debet.
5. Patronus ad quam paupertatem aduenisse debeat vt alimenta ab ecclesia petere possit.

6. Superlatini natura quæ sit.
7. Marito vergente ad inopiam dos potest repeti.
8. Patronus pauper alimenta ab ecclesia petet officio iudicis.
9. Patrono inopi quid dandum sit nomine alimentorum.
10. Alimentorum nomine quid veniat.
11. Patroni si plures sint eiusdem ecclesiæ: an sint omnes alendi.
12. Alimenta maiora dantur patrono qui plus contulit.
13. Alimenta, an presententur patronis inæqualiter.
14. Cibi iusticorum qui: & qui nobilium.
15. Alere nolens patronum, an homicidij sit reus si fame perierit.
16. Filius ingratus filiationis spoliatur privilegio.
17. Patronus an dote extincta sit alendus.
18. Patronus inops in domo propria est alendus.
19. Patronus laicus nil temporale potest ab ecclesia exigere.
20. Patronus non potest ecclesiæ seruitium aliquod imponere.
21. Ecclesia fundari non debet in loco oneroso.
22. Loca pia ex fructibus superfluis fundantur.
23. Ius patronatus nullum ius proprietatis patrono tribuit.
24. Beneficia ecclesiastica nemo sine episcopi consensu conferre potest.
25. Patronus facere potest ne fructus ecclesiæ in alios vsus conuertantur.
26. Alimenta an sint in specie, vel in estimatione patrono præstanda.
27. Alimenta cuius expensis sint patrono referenda.

**P**rin cipaliter quia supra in principio huius partis dixi ius patrono honorem iucundo, in sedendo, & presentando, qui honor non respicit aliquod commodum pecuniarium: & tamen ius pat. assertit adhuc tale commodum pecuniarium. Ideo. ¶ Primò quæro, quale commodum, vel emolumentum hoc sit quod debet patrono præstari. Cui quæstioni respondent clarè c. quicunque. xvj. q. vij. vbi & patronis & filiis patronorum vergentibus ad inopiam suffragium vitæ ab eadem ecclesia præstari debet pro temporis vsu. & cap. nobis. in fin. vbi si ad inopiam vergat patronus ab ecclesia illa modeste succurratur. & cap. fin. x. q. iij. ¶ Nec huic obstat, quod dicitur: quicquid habet ecclesia est pauperum: & similiter quicquid habent clerici, pauperum est: & domus illorum debent esse communes omnibus egenis: vt inquit Hierony. quia tempore necessitatis sunt eis communicanda: & non solum patronis, sed omnibus egenis. Cum dicat Ambr. Neque minus crimiinis habenti est tollere, quàm cum possis, & abundans sis indigentibus denegare. Elurientium panis est quem detines: nudorum indumentum est quod tu recludis. c. sicut hi. xvij. dist. ergo non videtur quod hoc emolumentum patrono egenti debeatur, vt patrono, sed vt cui libet egeno: vt in c. quod autem. xxij. q. vij. & in ca. conuenior. eo. c. quæst. viij. ¶ Quia ad hoc respondetur quod licet ecclesia in genere teneatur benefacere omnibus hominibus, tamè magis tenetur istis patronis qui bona sua ecclesiæ contulerunt glo. in cap. penul. de iure pat. & d. c. quicunque. xvj. q. vij. quia ordinata charitas magis debet tendere in illum à quo recipimus beneficium, quam in alios: cum ibi sit naturalis obligatio. c. cum in officiis de testa. l. sed si leg. §. consaluit. ff. de peti. here. viij. q. j. c. illud Io. An. in d. c. nobis. super verbo inopiam. de iure pat. Et differentia erit in modo prouidendi: quia latius prouidetur illi patrono, qui aliàs fuit diues, quàm pauperi alteri: c. non cogantur. xij. dist. sic dixit gl. in d. c. nobis. eod. quod habito respectu ad facultates ecclesiæ: & qualitates personæ patroni sunt talia alimenta præstada non solum patrono, sed etiam familie suæ. l. filius. xvj. q. vij. licet Rofr. dixerit nisi quando nil habet per l. quæ legatorum. ff. vt in po. legatorum. & in l. ij. ff. de origi. iur. in pe. colum. vbi Sabinus à scholaribus fuit enutritus. ¶ Ita videmus quod libertus non solum in opem patronum, sed etiam filios alere cogitur. l. si quis à libertis. §. solent. ff. de lib. agno. facit. §. si is qui ædium instit. de vsu & ha. l. non solum. l. non aliter. ff. de vsu & ha. Circa hanc materiam alimentorum ab ecclesia præstandorum. ¶ Secundò quæro: Ad quam inopiam requiritur quod patronus veniat, ad hoc vt ab ecclesia alatur. Ad hoc respondetur per glo. in capitulo quicunque. decimasexta, quæstione septima, quod requiruntur duæ qualitates ad hoc vt alatur. sc. quod in summam egestatem perductus sit patronus: id est quod nihil penitus habeat. illa enim est summa egestas: quia non datur maior ¶ quia illa est natura superlatiuorum supremum gradum & vnitatem denotare, vt dixi papam appellari potentissimum in ecclesia: quia omnia potest in ea. supra in iij. parte. causa vj. acquirendi ius pa. vers. iij. & vltimo. Secunda qualitas requiritur quod superstit de ecclesiæ bonis alias non teneretur si non superest. sentit ibi gloss. quia primo sunt minuiti ecclesiæ. secundo patronus alendus si superest primo, allegat capit. Paul. Citad. de iure patr. N N N n. 3 ita

## Sexta pars. articulus III.

ita nos. xxv. q. ij. in fin. vbi illis succurritur qui bona sua donauerunt ecclesie vel locis satis pijs vel religiosis vt tempore inopia detur suffragium vite: probatur etiam per simile liber siquit tenentur patronum alere in casu necessitatis si sibi superest. & patrono de est: & ibi tenet glo. quod si solum habet ad necessitatem propriam, ipse liber non tenebitur aliquid dare patrono. Licet hoc secundum dictum gloss. credam verum: non tamen aliud puto posse procedere. sc. quod requiritur, quod ad summam inopiam peruenerit. satis crederem iam teneri ad alimenta, quando iam tendit ad magnam paupertatem: licet adhuc non venerit ad summam. ita sonant omnia iura allegata: & cap. nobis eod. Sic dicitur quod marito vergeat ad inopiam etiam constante matrimonio quod intelligitur non quando venit ad summam paupertatem sed solum incipit pauper fieri. facit & capit. j. §. sane. & ibi gloss. de statu regu. in vj. vbi dicitur venire ad inopiam: vbi non potest commode sustentari puta nobilis non potest sine centum florenis commode viuere, licet cum viginti possit viuere cum penuria. facit & illud quod nota. dixit Bartol. in l. si quis a liberis. in §. sed si filius. ff. de liber. agno. vbi tenetur per illum text. quod pater qui tenetur alere filium non teneatur sibi dare alimenta, quando ex operis suis possit acquirere vt dicitur in text. ibi quod intellexit Barto. verum quando filius licite possit exercere tale exercitium: scus si licite non possit: puta quia nobilis, & ars esset mechanica: tunc tenetur alere etiam dato quod non ad summam inopiam peruenerit per l. nepos Proculo. in fin. ff. de verbor. significatio. vbi verba cum commode potero: intelliguntur salua hominis dignitate: & sic non expectabitur ista extrema inopia. Sed vbi non poterit viuere secundum suam dignitatem, putarem eum posse petere ab ecclesia vite suffragium pro temporis vsu. scus quando esset talis qui arte sua possit viuere, quia non poterit nutrimenta petere. d. §. sed si filius. l. j. C. de mendic. vali. l. xj. vbi validi prohibentur mendicare. §. si aut. de questio. colo. vj. & satis dicitur quis redactus ad inopiam, vbi non potest viuere secundum suum statum & dignitatem: & in paupertate dicitur qui non habet quadraginta. l. nonnulli. ff. de act. & ob. authen. preterea. C. vnde vir. & vxor. ¶ Tertio quæro: quoui iure poterit patro. ab ecclesia petere alimenta vel vite suffragium. De hac quæstione breuiter respondendo dico, quod officio iudicis petet: vt Barto. dixit alimenta debere peti officio iudicis in l. si quis a liberis. in prin. per illum textum. ff. de lib. agno. ¶ Secundo probat ratione naturali quo debentur alimenta filiis a parentibus: & parentibus a filiis. l. j. ff. de iusti. & iur. ergo non datur actio. Sic etiam debentur patrono ab ecclesia alimenta: quia bona donauit vel consumpsit fundando ecclesiam: & sic ecclesia vel prelatum est obligatus ad antidota vt beneficianti beneficamus, quæ est tantum naturalis obligatio. de qua in l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pet. heredit. in capit. cum in officijs. de testam. ergo in actione non poterit agi contra prelatum ecclesie pro talibus alimentis. Hoc idem tenet Bar. in l. solent. ff. de ali. leg. vbi in ver. quæro. dicit quod per officium iudicis: quia iura loquentia de alimentis dirigunt verba ad iudicem. quo casu debet oriri officium iudicis. vt in l. quod si minor. in §. ff. de minor. & in l. j. eod. argum. legis primæ. ff. de iure deliberand. Sed in tota l. si quis vbi fit mentio de alimentis etiam patrono præstandis. præsertim in §. penulti. vbi semper verba diriguntur ad iudicem. ergo oritur officium iudicis: & dato quod in capitulo. nobis. de iure patronat. & in capitulo. quicunque. xvi. q. vij. verba sint simpliciter posita, tamen ex quo de iure ciuili est expressum, stabimus illi præsertim cum non sumus in materia peccati vt per canonistas in ca. j. de no. oper. nuncia. Et sic teneo quod officio iudicis petentur: qui iudex habebit moderari quæ & qualia debeantur habito respectu ad personæ qualitatem: vt dicam infra in sequenti q. quomodo autem formetur libellus in alimentis petendis, late Spec. in tit. qui filij sint legit. colum. iij. versic. comperit etiam, per totum. ¶ Quarto quæro, Quia iura supra allegata volunt quod patrono inopi suffragium vite concedatur quid dandum erit. Licet adhuc tactam non viderim hanc. q. tamen quia c. quicunque. xvi. q. vij. c. nobis eod. ita nos. xxv. q. ij. in fi. volunt quod detur suffragium vite. Ideo puto quod si ecclesia abundat ira. quod sibi super sit expensis omnibus necessarijs circa ecclesiam deducit. q. tenetur ad omnia necessaria quæ spectant ad vsum vite: sicut quando alicui debentur alimenta videmus quod debetur cibus & potus: vestitus & habitatio. eo quia sine his corpus humanum viuere non potest. l. legatis alimentis. ff. de aliment. legatis. l. & si non sint. §. si cui forte. ff. de auro & argen. lega. Immo etiam venient medicina: vt tenet Ang.

in l. cum ij. §. qui transigit. ff. de transf. vbi etiam tenet quod veniet lectus & culcitra & calciarium: eo quia sine istis homo regulariter viuere non potest. Et idem dicunt doct. siue loquamur de alimentis siue de victu. in d. §. qui transigit. siue de educatione. l. si ff. de alimen. leg. quod victus appellatio veniat vestitus, stratum, & calciarium, dicitur in l. verbo victus. de verbor. significatio. quod veniant medicina: in l. si cum dotem. §. sin autem in sequissimo. & ibi per Alex. & alios. ff. soluto matrimonio. l. quos nos. §. verbum viuere. l. in stratum omne vestimentum contineri Labeo ait. ff. de verborum significatio. Secus si esca vel cibus deberetur quia non veniet medicina vel stratum nec habitatio dicta l. & si. §. si cui forte. ff. de auro & argen. lega. Angel. in §. qui transigit. De prædictis omnibus ita tenet Spec. in tit. qui filij sint legit. col. penul. An magis expensæ sint faciendæ in medicinis. tunc tenet Bar. in dicta l. alimentis. quod sic eo quia vbi simpliciter lex grauat aliquem ad alimenta: tunc etiam est obligatus ad medicinas etiam magnas si potest. Secus vbi homo obligat se daturum alicui alimenta: tunc non tenetur ad magnas medicinas: ita etiam tenet Bar. in consilio suo xxvij. Alex. in l. diuor. §. impendi autem. ff. sol. mari. ¶ Quinto quæro. Quid si populus aliquis esset patronus alicuius ecclesie vel aliqua vniuersitas: vt hæc alma Friburgensis: vniuersitas in Briscaudia: an teneatur alere vnumquemque de populo vel vniuersitate inopem factum. Huic quæstioni reperi Archid. respondentem in capitulo. si plures. xvi. q. vij. vbi tenet quod non tenetur clericus præstare reuerentiæ cuique de populo, vel collegio, dato quod fuerit ab eo præsentatus, sed toto collegio teneatur facere reuerentiæ: sicut libertus manumissus a collegio quemlibet de collegio poterit in ius vocare sine venia, non autem totum collegium. argumento capituli. Episcopus qui mancipium. §. si vero a collegio. cum sequenti. xij. q. ij. Ante illa iura fuit dispositum in lege. sed si hæc lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius voca. assignat rationem ibi quia a collegio manumissus non est libertus singulorum: sed honorem collegij: et reipublice habere debet. sic in proposito ecclesia non habebit necesse providere cuiuslibet de vniuersitate, sed solum illis qui representant vniuersitatem id est illam regentibus vt etiam dixi in simili quæstione. in iij. q. in hac parte. & hoc si abundaret: sin autem non abundaret multum, in tantum teneatur omnibus in genere in quantum possit. Et sic teneo quod siue patronus sit vnus siue plures ad inopiam redacti. q. ecclesia patronata teneatur eos alere imò etiam vnus capellanus teneatur patronum alere in casu necessitatis si sibi superesset: vt tenet Bar. post Dy. in l. si quis a liberis. §. de alimentis. ff. de liber. agno. ¶ Sexto quæro. Si plures patroni haberent ius patronatus ex aliqua de causis supra ratis in tertia parte, sed ex partibus inæqualibus vel in fundatione vel i. dotatiõe: puta vnus dedit mille: alter dedit ecco. in fundatione: alter in dotatiõe: ambo peruenerunt ad paupertatem: an magis teneatur in plus ecclesia succurrere illi q. plura dedit, quam illi qui pauciora videtur q. ambobus equaliter debeat providere, quia certum est q. ambo sunt patroni in solidum gl. in summa. l. xij. dist. & Panor. in c. ad audietiam primo de eccl. edifican. si sunt patroni in solidum: ergo etiam quo ad omnes effectus patronatus inter quos est iste. Sed verius puto q. iii plus teneatur illi qui plura dedit quam ei qui pauciora moueor hac ratione. nam iure naturali beneficiati beneficiare tenentur. l. sed si l. §. consuluit. & ibi no. ff. de pet. her. ergo & magis beneficiati magis tenentur aut. multo magis. C. de epi. & cle. c. cum in officijs. de testa. dixit Host. in §. qualiter transferatur. ver. q. si plures eo. vbi tenet q. ecclesia magis tenetur illi qui plura contulit quam illi qui pauciora. Ita videtur tenere Pan. in c. ad audietiam. col. j. de eccl. adifi. Ita tenui in iij. parte. §. c. q. iij. & q. xvi. eiusdem. ¶ Septimo quæro an ecclesia debeat vite suffragium dare semper equaliter patronis: an plus debeat dare vno tempore quam alio. Breuiter puto q. teneatur dare secundum vite successiõnem: nam mortuo patrono in ope plurib. relictijs filijs paruulis tenetur dare alimenta secundum ætatem: qua crescente debent & alimenta crescere moueor per simile. l. cum vnus. §. si. ff. de ali. leg. vbi alimenta filijs relicta debentur pro arbitrio boni viri secundum quantitatem ætatis & ætate crescente crescere: l. augmentari debent & alimenta, vbi sequitur Bar. doc. Dy. in l. si cū dotem. §. sin autem in sequissimo. ff. soluto matrimonio. Similiter decisio huius quæstionis nititur ratione naturali vt præcedens: nam verba intelliguntur secundum qualitatem personæ & secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. Sed alimenta debentur patrono in casu necessitatis: ergo patrono debebuntur vt patronus est. Sic etiam puto

puto quod diuersimodè debeantur alimenta patrono: secundum diuersitatem patronorum, posito quod vnus esset nobilis: alter merus rusticus: pura agricola vel mechanicus: nam alia alimenta dabit nobili: alia dabit rustico ecclesia. debentur enim talia alimenta arbitrio iudicis qui habebit discretionem personarum: vt supra in iij. quæstione huius articuli. Bar. in l. si quis à liberis. in prin. ff. de lib. agno. Spec. in tit. qui filij  
 14 sint legitimi. versic. penult. in si. † Sed cibi rusticorum sunt allia, cepe, fabæ, panis grossus, caseus & similia vt dixit glo. in l. seruis vrbans. in verbo cibariis. ff. de leg. iij. Cibi verò nobilium vel delicatiorum, sunt pulli, & huiusmodi delicati cibi, non dicuntur nobiles vtendo illis peccare vt not. in capit. cum instantia. de censibus. in gloss. prægrauari. Et ibi clarius Panor. text. in capit. non cogatur. xij. distinctio. Ergo cum alimenta debeant dari diuersimode de istis duob. patronis, eodem modo idem patrono dabuntur diuersimode secundum diuersam ætatem. facit gloss. in d. capit. non cogitur. quæ vult aliter debere puniri nobilem: aliter rusticum etiam data paritate criminis. ¶ Otaud quæro. Si prælatus ecclesiæ non præstaret patrono inopi alimenta, & patronus fame periret, an teneretur de homicidio. Hanc q. adhuc non reperi tactam per aliquè. sed nihilominus puto q. teneatur, eo quia qui potest malo obuiare, & non obuiat, malū comittere dicitur. lxxxiij. distinctio. in princip. mortem enim languentibus probatur inspicere qui cum posset hanc non excludit. capit. pasce. lxxvj. distinctio. cap. quantæ. de sent. excommu. cap. dilecto. eod. iu. vj. l. necare dicitur non tantum qui partum præfocat sed & qui alimoniam denegat. ff. de liber. agno. l. nihil interest. An quis occidat vel mortis causam præbeat. l. si quis necandi. C. ad l. Cornel. de sicar. Si peccat. in l. Cornel. de sicar. ergo eadem poena deberet puniri quod est capitale supplicium d. l. si quis. ita tenet gloss. in d. l. necare. sed ibi Bat. tenet quod poena extradinaria teneatur non poena homicidij per l. j. §. poena. ff. de lib. agno. Ita videtur sensisse Hugo glo. in d. c. prin. lxxxiij. distinctio. vt refert ibi Areh. quod talis non incidit in canonem, licet sit reus mortis, scilicet æternæ vt dicit in ca. pasce. ista mihi videtur mitior opin. quæ in dubiis tenenda est. l. si præses. ff. de poenis. l. absentem. eod. l. semper ff. de reg. iur. Nec obstant contra allegata: quia dicitur facere homicidium. sin foro animæ: fecus in foro cōtentioso in quo non punitur quis, nisi ex facto non ex voluntate, nisi in quibusdam casibus specialibus de quibus in l. si quis nō dicā rapere. C. de Episc. & cle. istam decisionem & omnia supradicta limito procedere quando patro. se bene habuit & habuisset erga ecclesiam & ipsum prælatum. Si autem commississet ingratitudinē propter quam deberet filius à patre exheredari, vel posset exheredari, quæ sunt xiiij. de quibus in §. aliud quoque capitulum. authen. vt cum de app. glo. in c. quinta uallis. de iure iurand. tunc putarem quod sicut filio possent denegari alimenta vt est text. in l. si quis à liberis. §. idem iudex. & ibi gloss. detulerat. ff. de libe. agno. Ita poterat subtrahi alimenta patrono ingrato: & dato quod moreretur fame, nō diceretur per hæc filicida, nec puniretur l. Pompeia.  
 16 de par. prælatus vel pater: † quia potest pater totā legitimam filio ingrato subtrahere & denegare, eo quia filius ingratus perdit filiationis priuilegium, vt tenet Bald. in l. fin. C. de dotis promiss. Et per clarissimum lasonem præceptorem honoran. in l. ius autem. in gloss. conimium. ff. de iusti. & iu. quam limitationem restringit procedere quando filium vel filiam non poenituit. Si autem poenituit, tunc non liceret parti talem filium exheredare. nec alimēta denegare, nec similiter etiam patrono poenitenti de tali ingratitudine daberent alimenta denegari: quia in tanto punitur patronus in quanto peccat vt supra dixi. quæst. x. in hac parte articulo iij. de præsentante indignum scienter qui priuatur illa vice præsentandi. Et hæc  
 17 no. quia vtilia. ¶ Nonō quæro. Posito quod plures ecclesiam dotauerint vel post dotationem aliunde multa bona acquisiuit: ita quod etiam sine dote posset se curare & regere extincta re data in dotem, an ecclesia adhuc teneatur alimentare patronum, qui dotem dederat. Huic quæstioni videtur text. respondere in l. j. in fin. C. de iure emphyt. quod ecclesia amplius non teneatur, prout ibi non tenetur amplius emphyteuta ad canonem soluendum extincta re propter quam solvebat. Item cessante causa quare alimenta dantur patrono, deberet etiam cessare datio. l. adigere. ff. de iure patr. l. à testatore. ff. de eond. & demonst. Contrariam tamen opi. de iure pot. v. iorem quod adhuc ecclesia teneatur alere patronum, me in hac partem inclinat dictum Bald. in d. l. j. in fin. ver. de vno quæro. vbi vult quod si ecclesiæ donauit domum vt mealat, licet domus comburatur, tamen tenetur ecclesia alere: quia ex parte dantis fuit perfectus cōtractus. Vnde periculum

sequens debet esse acceptoris non datoris. l. Lucius. ff. de cui. vbi periculum eueniens post donationem spectat ad accipientem. l. necessario. ff. de peric. & commo. rei vend. vbi est periculum emptoris perfecta emptione. l. si pecuniam. §. penult. ff. de condi. ob. rur. cau. & sic tenebitur ecclesia patrono prout  
 18 dederat quod res data cesset. ¶ Decimō quæro. Quia iura quæ volunt quod ecclesia patrono suffragium vitæ præbeat, non dicunt de loco in quo loco præstabitur alimenta ipsi patrono, nunquid in domo propria, an patrono. debet intrare ecclesiam & ibi viuere. Breuiter credo q. alimenta debeant patrono præstari in domo propria. Simile videmus q. si aliquis habet vsum fundi alicuius, potest ibi fructus ad necessitatem colligere, & deambulare, & alia domū asportare quæ spectant ad vtilitatem vsus sui & familia. l. plenum. §. pomis. ff. de vsu & habi. nisi patronus vellet esse in ecclesia. si autem non vult non potest cogi, sicut nec vxor quæ mortuo marito non potest cogi habitare in domo mariti, & ibi percipere alimenta vt ibi not. per Spec. in tit. qui filij sint legitimi. versic. sed pone vxor. ab eo petebat. & sequen. Pro ista opinione faciunt quæ dixi supra in iij. quæstione huius articuli: vbi dixi patrono deberi etiam habitationem & sic extra ecclesiam. Ita tenet Ioan. And. in d. cap. nobis. in verbo ad inopiam. de iure  
 19 patro. ¶ Undecimō quæro: an patronus possit habere aliquod aliud emolumentum ab ecclesia: posito quod non sit in paupertate, prout est habere aliquos census annuos ex ecclesia. Breuiter dico quod nō potest patronus laicus aliquid temporale ab ecclesia extorquere sub poena excommunicationis nisi tempore foundationis hoc obtinuerit à diocesano vel papa, nam illud quod de consensu diocesani referuauit vel annuum vel semel tantum poterit exigere, in plus autem non poterit grauare ecclesias, sub eadem poena excommunicationis, vt de hoc est reat. in c. præterea. eod. de iure patro. & ibi dixit Panor. quod nec cereos, nec aliquod aliud fructuum poterit ab ecclesia exigere. Item per illum text. dixit Rosfr. libellis suis eod. tit. in §. vtilitas patroni. quod nec poterit grauare ecclesiam canibus vel auibus, puta vt sibi alatur accipiter vel alia auis, sub excommunicationis poena. Aliqua autem munuscula leuia poterit capere, vt poma, vel similia, non tamen cogere. Ad idem quod non possit imponere ecclesiæ fructuum. c. tributum. xiiij. quæst. fin. clarior text. in ca. filius. xvj. q. vij. in fin. vbi prohibentur patroni aliquam partem salutaris mercedis recipere: & si receperint sub excommunicationis poena: & magna confusione cogitur restituere. c. in singulis. §. fina. de statu mona. hoc tenet & Io. And. in d. cap. præterea. qui dicit quod ipso iure incurrunt excommunicationem secundum Hosti. per c. non minus & ca. aduersus. de imm. u. eccle. Intelligendo in d. c. non minus. summat. Panor. ¶ Quando moniti non desistunt. Illam limitationem suprapositam debemus intelligere, quando referuat sibi aliquem censum in aliis bonis ecclesiasticis quàm in fundo vbi fundata est ecclesia, & vbi sepeliuntur homines: & loco excepto vbi crescit granum ex quo fit sacramentum: nam ex istis tribus locis non debet aliquid solui: quia debent esse omnino libera à quocunque onere. text. est & ibi gloss. in capit. secundum cano. xxij. q. vij. quæ vult, quod ecclesia non debet recipere dotem de re onerosa. Alibi dixit Panor. in cap. non minus. co. v. quod  
 20 Episcopus non deberet pati quod ecclesia fundaretur in loco oneroso, sed deberet fundatorem cogere ad redimendum vt dicitur in gl. d. secundū canonicam. in si. Et Pan. in c. j. de censibus. Imo etiam si talis fundus solueret tributum deberet primo à tributo liberari, antequam ecclesia ibi edificaretur, vel antequam daretur talis fundus in dotem ecclesiæ. Ita etiam videtur esse dispositum de iure ciuili. l. placet. C. de sacros. eccle. vbi etiam perpetuo puniuntur exilio contra factores in fin. & ibi nota. Per supradicta concludo patronum nil posse ab ecclesia petere nomine census, nisi sibi referuauerit: quæ omnia puto restringenda: quando ecclesia esset à patrono donata cum consentia ordinarij. vel Papæ ad sustentationem vitæ alicui loco religioso, vel loco pio: quia tunc talia loca possunt perpetuum vicarium præsentare: & necessaria tantum pro victu tribuere: & pro oneribus episcopalibus residuos, vel superexcrecentes fructus inbursare pro necessitatibus prius. de hoc text. est in cap. de monachis. & in capitulo in Lateranensi. de præben. Panor. in d. cap. de monachis. in iij. no. à contrario. & in iij. versic. & in c. pastoralis. de dona. cap. pastoralis. de priuilegiis. in d. capit. de monachis. ponit Panor. v. modos quomodo  
 22 ad tales pertineant, vel pertinere possint tales ecclesiæ: Ex hoc videmus quotidie fundari loca pia ex talibus superfluis fructibus: vt hæc alma excrecens Frigurbensis vniuersitas fundata est à diuis principis Austriæ præcipue ab Archiduce Pau. Citad. de iure patro. NNNn 4 Alb



# Sexta pars. articulus III.

Alberto caterorum consensu: quia vniuersitas & similia pia collegia studentium locis religiosis aequiparantur: cum talia collegia naturaliter ordinantur ad virtutem. scilicet iustitiam prudentiam: fortitudinem: & temperantiam acquirendam: vt collegia vniuersitatum fratrum mendicantium, aliorumque priorum locorum, & omnia sunt approbata naturali ratione: quia omnia tendunt ad bonum commune, vniuersale, & particulare. Inno. post glo. in c. dilecta de exce. prelato. Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patre. col. ix. ver. iij. queritur. Pa. x3 nor. in d. c. dilecta. in fi. ¶ Duo decimo quæro, an ius patronatus faciat patronum dominum, quia text. habemus exprefsum. Breuiter dico, quod ius pa. nullum ius proprietatis affert patrono: sed solummodo salutarem sollicitudinem, & curam affert patronis per quam cogitur omnino ecclesie provide-re: vt latius infra dicam in commodum: quod affert ipsi patronis ius patronatus. & de prædictis quod affert sollicitudinem salutarem patronis ius pat. est text. in capi. filius xvj. q. vij. & in ca. seq. Vnde videmus quod etiam ipsi patroni non dicuntur concedere ecclesiam patronatam clerico: nec possunt sed dicuntur præsentare. text. est in ca. consuluit. de iure patr. quod habet locum siue patr. sit clericus vel laicus. c. fi. eod. vbi dicitur ex vi iuris patro. non concessio, sed præsentatio ad patronum pertinet. Sic videmus quod non potest donare ecclesiam, vel ius patro. quod habet sine episcopo. c. quod autem. eo. quod faceret si iure proprietatis ad se pertineret: quia posset & donare & vendere ad placitum. l. in re manda. C. mandati. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pet. hære. Sic etiam videmus quod tale ius non potest vendi, cum sit quasi spirituale: vt no. in c. de iure. eo. Ratio autem est quia proprietates ecclesiarum illi Episcopo soli est reseruatæ in cuius territorio sunt ecclesie fundi. & text. est clarus in c. omnes basilicæ quæ per diuersa loca constructæ sunt, vel constructæ sunt in episcopi potestate consistunt in cuius territorio sunt posite, & cap. sequenti.

24 ¶ vbi etiam nulla ecclesiastica persona quacunque dignitate decorata potest sine Episcopi consensu ecclesiastica beneficia conferre. xvj. q. vij. & ibi glo. seq. adducunt plures concordantes. & per Archi. ibi nota. fallentia quando ecclesia esset exempta: vt ibi per eos. Cum ergo proprietates sit apud episcopum saltem quæ ad administrationem apud patronos esse non poterit: vulgata. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. como. & quod patro. non dicatur dominus, sed aduocatus potius, tenet Panor. in c. quia clerici. eo. in ij. nota. Bal. in l. fin. pen. col. de edic. diui. Adri. sic & aliis pluribus nominibus appellatur patroni: de quibus dixi supra in fin. primæ partis. vbi de nominibus iuris patrona. dixi ad quæ remitto. Item videmus quod quia non est dominus ecclesie, ideo non potest conferre beneficium, nec ecclesiam, nec aliquem in situere. c. præterea. de iure patro. & hoc siue sit laicus, siue clericus: vt per Panor. in d. ca. fin. eod. de iure patro. Pro hac q. facit quia tale commodum patrono debitum est inæstimabile: nec ex tali commodum dicitur quis ditior: nec posset poni in æstimo, vt maior collecta exigeretur: siue loquamur de iure patro. ecclesie, vel liberti: vt Barto. & Alexand. in l. naturali. in §. fin. ff. de pres. verbis. Paul. de Cast. in l. plane. la secunda. §. fin. cum glo. ibi & l. seq. ff. de lega. j. Pau. de Eleaza. in c. nobis. eod. in vj.

25 ¶ Decimo tertio quæritur, an præter nominata supra afferatur patronatus aliquid patrono. Breuiter dico quod affert, & aliam commoditatem, scilicet, quod potest impedire ne reditus patronatæ ecclesie in alios vsus conuerterant quæ de ex tempore fundationis fuerint: vt Panormi. tenet in cap. suggestum. eo. Ita disputat gl. in c. nobis eo. quod ecclesia patronata non possit conuertere in aliam collegiatam ecclesiam inuito patrono vt late per eam. & Pano. ibi. & Hostien. in d. c. suggestum. & Anto. alio modo distinguit in ca. nobis. eo. An subit necessitas vt tunc possit an non: & tunc non poterit, quæ distinctio habet rationem satis æquam: cum ipse patronus habeat ius patronatus ex gratia. c. quoniam de iure patr. Ideo non deberet obstar contra dictionem patroni quominus subueniatur necessitati ecclesie. capitulo nullus. de iure pa. vnde contradictio sua non obstat quando sine causa contradicit. argu. c. sacrosancta de elect. in fi. vbi interrogatur vt suum adhibeat consensum si velit: & si non vult nihilominus remanet electio firma vt ibi. ¶ Decimo quarto quæro, alimenta patrono præstanda sint in specie danda, vel in æstimatione vel quoræ redditum. Circa hanc q. puto distinguendū vt Bar. distinxit in l. j. ff. de ali. lega. quod si ista quæ sunt p alimentis præstata sunt breui tempore duratura: vt carnes aqua vbi esset venalis, & similia debet solui æstimatio non ipsa species. l. mes. fa. in fi. ff. de ali. & cibaleg. vbi legatis alimentis & aqua illud pretium videtur esse legatum, quo aqua comparati potuisset

quædam sunt, quæ si pro toto mense soluerentur: vt communiter debent alimenta mensura præstari. l. fin. ff. de lib. agno. l. pecunia. in fi. ff. de alimentis & cibariis lega. non corrumpentur, vt frumentum, ligna, vina: & tunc non debetur æstimatio, sed ipsa species. l. cum hi. §. si cui. ff. de transac. l. infra. l. nulli. c. de erog. mili. anno. libr. xij. Istam distinctionem sequitur Petr. de Ancha. in cle. j. in ij. col. iij. notabili. & quamuis ibi teneat quod in vicario ecclesie qui est perpetuus, fiet ibi computatio pro toto tempore vitæ: & assignabitur certa portio possessionum, ex quibus possit vivere secundum intentionem illius literæ: & gloss. ibi in verbo, & in poenam. non dicit quod hodie certus numerus saccorum frumenti datur & pecunia. ¶ Quis autem teneatur pro portatura alimentorum tenet, quod si ille cui debentur sit nobilis, vel talis qui cum suo honore non posset portare: ille qui tenetur ad illa alimenta etiam soluet portaturam. Si autem posset cum honore afferre ille cui debentur non deberet solui portatura. Ita etiam in isto casu arbitror dicendum. & multo fortius in casu nostro: in quo iura multum fauent: quia intantum dilexit ecclesiam patronus vt sua contulerit bona in ecclesiam ipsam: vt gloss. fi. in fi. in c. pe. de iure pat.

## ¶ Quintus articulus. De onere iuris patronatus.

- 1 Patronus ecclesiam proteget et tenetur.
- 2 Patronus an teneatur ecclesiam suis expensis tueri.
- 3 Patronus ecclesiam quando reficere teneatur.
- 4 Ecclesia minans ruinam vel iam diruta à quo refici debeat. & nu. 5. 6.
- 7 Domus sacerdotis à quo refici debeat.
- 8 Ecclesia bona alienari possunt pro reparatione ipsius ecclesie.
- 9 Patronus tenetur ecclesiam protegere, reparare, & ei de bono sacerdotis providere.

**V**ia ius patronatus affert onus ipsi patrono, vt dicit glossa penultima in capitul. nobis. eod. Ideo. ¶ Quæro quale onus attribuit ipsi patrono. huic q. responderetur per c. filius. in fi. e. vbi ad onus tuenda, & defendenda ecclesie tenetur pa. decima sexta questione septima. vnde dicitur patr. aduocatus defensor ipsius ecclesie: quia eam debet ab omnibus oppressionibus defendere: multo que minus debet eam opprimere. ca. præterea. ij. de iure pat. c. vnico. de nato ex libero ventre: cum multis conu. vt §. dixi in ij. q. in iij. articulo. ¶ Secundò incumbit onus patrono, vt sollicitet, p bene provideatur ecclesie: vt in ca. decernimus. xvj. q. vij. Vnde si non defenderet ecclesiam: tunc deberet priuari omni cōmodo quod habet ex ecclesia. gl. defendere. in c. tributum. xxij. q. vlti. ¶ Primò queritur, ex quo patron. tenetur defendere ecclesiam: an suis expensis teneatur defendere: an expensis ecclesie. Circa hanc quæst. puto q non teneatur eius expensis, sed potius expensis ecclesie: quia nemo militat suis expensis, sed potius expensis ecclesie: in causa ipsius ecclesie. capitulo cum ex officij. de prescrip. in fin. facit l. tutoribus. in fine. ff. de administra. tuto. l. opere. ij. in fin. ff. de op. liber. vbi non solum libertis debentur alimenta pro operis præstandis: sed & cullibet qui debet operas præstare: vt in dicta l. penulti. & ita in terminis tenet Rosfe. in libellis suis. eo. titulo. Quod profecto videtur contra dominos huius patriæ qui cogunt agricolas, & ascriptitios huius terræ præstare operas diurnas in suis expensis quos dominos forte excusat cōsuetudo patriæ: vt Bartolus in l. suo. ff. de operis libertorum. per l. exceptio. C. locati. ¶ Secūdo quæro. an teneatur patronus ad refectionem ecclesie: videtur primo quod sic. quia text. in cap. decernimus. iniungit patronis pro ecclesijs ab eis ædificatis curam, dum in vita fuerint superstites: ergo videtur quod etiam quo ad refectionem: quia si eam dimitteret tueri, non diceretur eam curare sicut tenetur. Sed puto quod imo presbyter illius teneatur: vt videtur text. apertus in cap. decernimus. x. q. j. vbi episcopus visitando dioceses annuatim si reperiat basilicam destitutam, præcipit illam reparari ordinatori, id est sacerdoti, retenta tercia ex omnibus episcopo soluendis. cap. vnico. ead. causa, quæstio. ij. gl. in cap. si. monachis. xvj. q. j. quæ capitula procedunt in parochialibus ecclesijs vt ibi: non in cathedralibus de quibus loquitur cap. vobis. cap. concessio. cap. quatuor. ca. de redditibus. xij. q. ij. vbi disponitur quod de redditibus & omnibus oblationibus sunt quatuor partes: vna cedit episcopo: altera pauperibus, tertia clericis: quarta peregrinis. ca. puenit. xvij. dist. gl. expressa in d. capi. quatuor quæ ex omnibus illis capitulis colligit clericos compellendos ad reparationem ecclesiarum: non autem laicos: quam ibi limitat Archid. nisi conseru. do

uetudo esset in contrarium quia illa esset seruanda. c. ad apostolicam. extra de symonia. in si. vbi laudabiles consuetudines sunt obseruanda. Ad idem capitu. consilium. cum sequen. de obser. ieiunio. Sed quia ista iura videntur inter se variare: aliqua loquuntur de tertia: aliqua de quarta. & c. j. & cap. de his. de ecclesijs aedifi. & repar. loquuntur in bonis ecclesijs: ideo existimo ista iura forte concordanda foedere distinctionis.

- 4 ¶ Primo enim si ecclesia habet portionem ad fabricam, tunc ecclesia debet reparari per percipientes illam portionem. Ita determinat cap. decernimus. & cap. vno. de quibus sumatur ista pars pro fabrica ponit Rosse. in tit. de deci. §. de diuisione deci. ¶ Secundo si non esset talis portio pro fabrica, aut non sufficeret, tunc habentes beneficium in illa ecclesia conueniunt exponere ad ratam beneficiorum. Ita procedit c. primum, & c. de his. & glo. in d. ca. si monachus. Idem in ecclesia cathedrali tenetur episcopus & canonici: alij inferiores non: vt Ioan. and. in c. si propter tua debita. de resc. in vj. quod episcopus & canonici teneantur, est reg. in c. si de his quae fiunt à maiori parte capituli. Et ibi tenet Panormi. qd solus episcopus possit compellere tales canonicos, vt de superfluis dent pro refectione illius ecclesiae ad superfluum deficiens de portione fabricae. Ista duo intellige vt de residuis teneantur isti beneficiati reficere. j. deducto ne egeant: vt no. Panormi. in ca. j. de eccle. aedifican. in princi. argu. l. miles. ff. de re iudi. An autem possit cogi: tenet communiter doc. quod sic arg. eorum quae dixit Bar. in l. iij. §. j. ff. de re iudic. vbi examinat Barto. de vniuersitate condemnata quomodo singuli teneantur. ¶ Secundo intelligo consuetudine circumscrip. nam si esset consuetudo, illa esset primo seruanda tanquam laudabilis. dicto c. ad apostolicam. ¶ Tertio quando ecclesia aliter haberet. vt §. pro consuetudinibus. auth. de sanctis. episc. l. priuilegia. l. ad instructionem. C. de sacrosan. eccl. puta quia ecclesia haberet suos redditus separatos pro fabrica: tunc non cogrentur dare episcopus nec canonici quartam nisi in defectu. Sic videmus quod episcopus non diuidit suos redditus secundum illa antiqua iura. Si autem data in supplementum per canonicos non sufficiunt, tunc crederem alios qui ex ecclesia habent emolumentum vel vtilitatem aliquam, quod illi teneantur contribuere pro tali reparatione: sicut videmus de claustris vel vniuersitatibus, quibus sunt incorporatae ecclesiae: nam possunt illas conferre vicarijs perpetuis certa portione assignata: residuos vero fructus recipiunt vt supra dixi in ij. q. artic. iij. huius partis. & pro hoc facit qd dicitur de usufructu rio vt debeat ipse habere facta rector: vt gl. in isto ca. j. de eccle. aedifican. l. usufructu leg. in si. ff. de usufructu leg. & l. sequen. l. cum ad quem. C. de usufructu. In quibus tamen distinguitur qd usufructuarius tenetur facere omnes expensas in reficienda re in qua habet usufructum: sed si magis fecerit expensas non causa fructuum, sed quae perpetuo poterunt durare, illas poterit repetere à proprietario: vt ibi gl. & docto. ¶ Secundo etiam facit: qui sentit emolumentum de aliqua re, debet merito & onus illius rei sentire. Nec audiendus est qui de solo lucro vult esse intentus: onera vero vult recusare, vt dixit Imperator in l. vnica. §. prox. ij. versic. neque enim ferendus. C. de cad. tollend. l. manifestissimi. §. alia dubitatio. C. de fur. ca. fina. de his quae fiunt à maiori parte capituli. regula qui sentit in vj. locus in patronis qui non sentit aliquam vtilitatem: vt §. in j. q. huius articuli. ¶ Tertio: si nec habet ecclesia portionem ad fabricam, nec est aliqua consuetudo: tunc recurrit ad habentes beneficia & commoda ex ecclesia, vt illi teneantur pro rata: vt in c. j. & in c. de his. de ecc. aedifican. c. si de his quae fiunt à maiori parte capituli. Et ibi Panormi. qui debeant de superextantibus fructibus reparare, id est deducto ne egeant: vt supra dixi. Si autem tales non possent: tunc essent subditi cogendi in quantum possent, cum & ipsi ecclesia det commoda: scilicet percipiendos sacramenta & diuina quae cunctaque: ideo vltimo ipsi essent grauandi. c. si episcopus. in si. de rescip. in vj. is enim merit temporalia qui & spiritalia feminat: nec hoc posset euitare parochianus, dato quod vellet cedere vsui ecclesiae: cum hoc non dependeat à potestate sua, ex quo est semel christianus factus. ca. omnis vtriusque sexus. de poeniten. & remissionibus. ¶ Tertio quare. Cum appareat per supradicta quis teneatur ecclesia reficere: videmus tunc quis teneatur domum pro sacerdote reficere sacerdos an patronus: puro qd qui tenetur ad refectionem ipsius domus: quia domus sacerdotis venit accessorie ad ipsam ecclesiam. certum est enim qd ecclesia indiget ministrantibus sacerdotibus. cap. reuertimi. xvj. quaestione prima. & per consequens indiget habitatione pro ipsis. qui autem ad refectionem ecclesiae teneantur satis dixi supra, proxima quaestio.

Secundo ad hoc facit quia accessorium sequitur naturam sui principalis. c. si super gratia. de officio deleg. lib. vj. regula accessorium. de reg. iur. l. fundi. ff. de fun. instr. l. prima. cum seq. ff. de peculo legato. ergo tenebuntur beneficiati domum reficere si non est fabrica pro ecclesia: vel consuetudo quod alij percipientes vtilitatem ex tali ecclesia ad ratam vtilitatis: vt in capit. fina. de his quae fiunt à maiori parte capituli. quibus omnibus cessantibus putarem quod ipsi parochiani possent ad talem refectionem cogi sicut in proxima q. dixi de ecclesia reficienda. ¶ Quarto quare. Quid si parochiani essent adeo inopes quod non possent subuenire, qd deberet reficere cessantibus etiam supradictis remedijs. breuiter crederem deueniri posse ad alienationem bonorum suorum ipsius ecclesiae pro tali reparatione facienda vel in domo sacerdotis vel in ipsa ecclesia. clem. j. de reb. eccl. alie. vel non. ibi. nisi necessitas aut vtilitas prioratus monasterij vel ecclesiae hoc exposcat. Quis autem tenere debeatur quartam deputatam ad fabricam, & ex quibus detur illa quarta, dixit hoc latius Rosse. in suis libellis in titulo de deci. in §. de diuisione decimarum. ¶ Quinto quare: an ad alia onera teneatur patronus praeterquam ad defendendum & reficiendum vbi habet vtilitatem ex ecclesia. Solutio est clara in c. quicumque. xvj. quaestio. vij. vbi enumerat illa duo: & addit tertium: scilicet ius prouidendi ecclesiae consilendi, & sacerdotem inueniendi sub istis tribus possent conuenire omnia onera quae patrono possunt imputari. Prouidere enim est verbum generale quod omnia per se videtur comprehendere. quod verbum restringitur per c. filijs. ea. q. Idem in cap. decernimus. vt omnia faciat quae spectant ad vtilitatem ecclesiae seclusa omni fraude & sinistra machinatione ipsius patroni sub poena excommunicationis ipsius. Item debet denunciare refectionem prodigum & inhonestum quando est, alias non diceretur defendere. Panormi. in capit. nobis. colum. iij. versic. & vltra eo. per dicto capitu. filijs.

¶ Articulus sextus. An patronus possit res ecclesiae vendicare. Spe. in tit. de religio. domi.

- 1 Patrono debet honorem libertus in assurgendo;
- 2 Patronus à liberto sine venia non vocatur.
- 3 Libertus actionem famosam non intentabit contra patronum.
- 4 Patronus liberto operas imponere potest.
- 5 Patronus quando succedat liberto & quando non.
- 6 Patronus inops à liberto diuite alij debet.
- 7 Patronus liberum ingratum in seruitutem redigere potest.
- 8 Patronus liberti liberam habet facultatem assignandi.
- 9 Patronus liberum inopem alere tenetur.
- 10 Patronus liberum & libertus patronum defendere debet. & numeris sequentibus.

**S**extus articulus habet declarare quid afferat ius patronatus ipsi patrono liberti. Sed quia non passim habentur tales liberti. Sed vbi sunt serui vt Venetijs & in alijs locis maritimis: & apud infideles. Incipiendò ergo à commodò ipsius patroni, vt §. feci de patronis ecclesiae: seruando eundem ordinem dico: qd afferat ius patro. patrono. ¶ Primo afferat commodum in honore consistens ius patro. liberti patrono. Quis autem sit talis libertus & quibus ex causis debeat tale ius patronum in ipsos, satis dixi in ij. parte ver. Secundo est genus patronorum. & in iij. parte post sextam causam acquirendi ius pat. ecclesiae. ver. nunc autem dicendum restat. vnde ius patro. liberti. Primo igitur dico tale ius patro. afferre patrono honorem qui in assurgendo consistit ipsi dño, salutando eum, & deponendo birretum, & reuerentiam praestando vt dixi vj. parte artic. j. q. i. habetur in l. j. C. de in ius voc. iste honor dicitur operare quas libertus debet quae consistunt in faciendo. ¶ Secundo debetur honor patrono qui consistit in non faciendo: & iste est non vocare dñm in ius sine venia pratoris: non accusare dñm: non testificari contra patronum vel contra patronam: vel liberos vel parentes patroni. l. nequa. ff. de execu. tut. Spe. in tit. de adore. ver. item qd est libertus. Item non datur sibi restitutio contra patronum. l. si. C. qui & aduer. quos in integ. restit. ¶ In nō proponere actionem famosam contra patronum vel actionem doli vel exceptionem: vt habetur in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius voc. cū omnib. legib. sequentibus. vj. q. i. in l. honori. l. liberti. ff. de obsequi. à liberta praest. l. parens. & l. licet. e. ti. l. apud celsum. §. aduersus. ff. de exce. doli. Enā si patroni fecissent aliqua delicta publica, nō tñ possent liberti patronos accusare. l. q. accusare. in si. ff. de accu. l. si adul. §. liberti. ff. de adul.

# Sexta pars. Articulus VI.

de adul. nisi in causa propria, vt si patronum accusaret de adulterio. commissio cum ipsius liberti vxore: vt ibi no. vel in alia propria causa, vt in l. hi tamen. §. j. ff. de accusa. vel in crimine laesa maiesta. l. famosi. ff. ad l. lul. maiesta. l. penult. C. qui accu. non possit. l. penult. & fin. C. ad leg. lul. maiesta. & in crimine annona sicut etiam admittuntur personae alias prohibita ac culare. l. mulierem. ff. de accusa. & in adulterata moneta. l. ij. C. ex quibus causis serui pro praemio lib. acci. vel si alieno nomine ageret. l. quaesitum. ff. de in ius vocand. Istos & infra dicendos honores & comoda intellige deberi patrono, quando ipse libertus a domino fuit manumissus: secus si ex aliquo legis beneficio fuisset effectus liber, quia tunc non diceretur libertus habere aliquem patronum, de quibus habetur in toto titulo. C. ex quibus causis serui pro praemio liber. acci. Etiam tredecim diuersos casus numerauit §. in iij. parte. vj. causa acquirendi ius patro. versu. nunc autem dicendum restat. Istos tales honores affert ius patron. patronis absque alia impositione: quia iure naturali debentur, quod distant beneficii beneficere. l. sed si lege. §. consultuit. ff. de petit. hære. c. cum in officijs. de testa. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indeb. Adeo tales honores patrono debentur vt nec sexui nec rusticitati facienti contra parcat. Sed puniuntur, vt expressè habetur in ij. l. C. de in ius vocand. quia nulla excusatio est in his quae sunt iuris naturalis, vt ibi. & in l. final. ff. de in ius voc.

¶ Tertio potest imponere operas quae respiciunt commodum pecuniarium, id est postquam manumissus potest imponere vt praestet. x. operas diurnas vel aliquod det pro aliquibus operis vt bonem, equum, vel aliquid aliud vt habetur plenè in l. j. C. de ope. liber. per glo. si certas imposuit, tunc certi conditione illas potest petere. l. à duobus. ff. eo. si incertas potest illas actione ex stipulatu petere. insti. de verbo. obl. in prin. vt quando aliquis patronus stipulatur à liberto decem operas, non dicitur neque fabriles pictorias vel scriptorias. Isto casu conditione incerti petitur. Si autem stipulatur x. operas scriptorias tales appellat Azo artificiales, in titulo. C. de ope. liber. col. penult. quae etiam possunt imponi vel pictoriae. l. fin. ff. de libe. causa. & quomodo inter se differant latius prosequitur

¶ Quarto potest imponi sex differentias. ¶ Quarto succedit ipsi liberti patronus distinguendo vt habetur in §. sed nostra. insti. de succes. liberti. cum seq. §. vbi si maior est centenario, & moriatur factio testamenti libertus non habet aliquam successione. si verò sine testamento in totum succedit patronus. Si verò sit maior centenario & moriatur cum filijs: tunc in totum succedunt filij vel instituti: vel ab intestato. Si autem sine filijs & ab intestato in totum succedunt patroni: si verò fecit testamentum & non habuit filios, vel habuit, & illos ex haeredavit vel praeterijt, ita quod non potest argui eius testamentum in officiosum: & similiter patronum praeterijt: tunc per bonorum possess. contrataba. liberti potest obtinere tertiam partem bonorum sine aliquo grauamine restituendi: vel supplementum ad ipsam tertiam partem si quid habuit patronus quod tamen non sufficiebat ad quantitatem ipsius tertiae partis: vt dicitur in dicto §. & in titulo. C. de bono. possess.

¶ Prædicta intellige quando non accepit nummos ex manu missionis: si autem accepisset non daretur ei contratabulas. l. etiam. §. si quis nummos. ff. de bo. liber. l. j. §. si parens. ff. si quis à parente fuerit manu. ¶ Secundo quando nihil dedit patrono vt computet in legitimam, secus si dedisset: quia tunc ageret conditione ex lege ad supplementum. l. etiam. §. si patrono debita. & §. fin. ff. eodem de bo. liber. §. si verò in lit. de succes. liber. Idem si agnouit filio relictum vel seruo suo ipse patr. quia repellitur à contratabulis. l. si verò. & per tota. ff. de bonis liber. ¶ Tertio quando non est institutus vel institutus non acceptauit. d. l. etia. §. libertus. & §. toties. ¶ Quarto in castrensibus. §. patronus. ea. l. ¶ Quinto quod non sit restitutus natalibus vel non obtinuerit licentiam liberam testandi à principe: secus si ius annulorum aureorum impetra

ret. d. l. etiam. in prin. ¶ Sexto fallit in casibus in quibus patronus perdit ius patronatus qui sunt plures: vt infra, dicam in si. parte. vj. nam in illis perderet patronus etiam alia comoda quae ex tali iure patronatus procederent. ¶ Septimo quod filius patroni à patre non sit exhaeredatus efficaciter. l. si patro. j. & l. quod si pater. de bo. liber. secus si exhaeredatio valeret. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonor. possess. contratabulas. l. si patronus. ij. §. si quis non mala. ff. de bo. liber. praeteritus verò à patre non excluditur à bonorum possess. contratabulas liberti. l. Paulus. in si. ff. de bo. liber. nisi esset praeteritus à matre vel linea materna: quia tales praeteritiones habentur pro exhaeredatione. l. si patronus. ij. ff. de bon.

liberto. §. si. insti. de exhaere. libe. ¶ Octauo vt non accuset testamentum liberti: vt falsum: alias si accusaret testamētum in quo sibi fuit aliquid relictum & non obrineat tunc

¶ Non d fallit quando filius patroni vellet contrabulare vt pater eius & patronus: & tamen ipse non esset legitimus filius suus & naturalis. l. patrona. ff. de bon. lib. §. penultimo. ff. ad senatufc.

¶ Orfi. ¶ Decimo, quia licet habeat bon. possess. contrataba. non tamen ita rescindit totum testamentum, sicut illa quae datur filijs contrabulas patris sed solum pro tertia parte: vt in §. si verò testamentum fecerit. insti. de succes. liberti. & in §. panthonius. ff. si quis à parente suo manu. vbi patri manumissus non datur bonorum possessio in totum: nisi quando filius instituit turpem personam: si nō turpem, tunc habet pro tertia. Ratio diuersitatis est: quia haereditas patris vel patronorum est magis debita filijs & libertis quā econtra. l. in suis. ff. de libe. & posthu. vel quia sic legi placuit ex ratione maioris coniunctionis & amoris: magis enim amat pater filium quam econtra: quia amor descendit & non ascendit. l. libero rum. in si. & ibi glo. si. ff. de verbor. signi. cum multis concol. l. 26 nam & si. ff. de inoffi. testa. ¶ Quinto aliter à liberti patronus ab ecclesia: vt §. dixi in iij. articulo huius partis in iij. q. scilicet quid veniat appellatione alimentorum, habitatio, vestimenta & c. vt ibi. l. si quis à liberis. §. pe. ff. de lib. agnosce. vbi datur arbiter qui habet cognoscere de talibus alimentis praesertim secundum qualitatem patroni & quantitatem patrimonij liberti, quandiu adsit ipsi liberti & quandiu desit ipsi patrono esse: & nō solum tenetur alere patronum, sed & filios ipsius patroni & familiam, vt §. dixi in iij. articulo huius partis in j. q. est tex. clarus in d. l. si quis à liberis. in §. solent. & ibi

¶ per Bartol. ff. de libe. agnosce. & in c. filijs. xvj. q. vij. ¶ Sexto potest ingratus patronus reuocare liberum in seruitutem. vt in l. penult. C. de ope. libe. l. si manumissus. C. de liberti. & co. libe. vbi est clarus text. quod propter ingratitude liberum reuocari potest libertus in seruitutem: & ille solus potest reuocare qui volens manumissus. gloss. in l. j. C. de ope. libe. nam quando quis ex causa fideicommissi manumissus: tunc non potest in seruitutem reuocare. dicta l. j. C. de ope. libe. l. j. C. de libe. & co. lib. & ibi Bar. ex quibus autem causis quis reuocetur. gloss. est in dicta l. j. C. de libe. & co. lib. quae dicit quod etiam ex minima etiam causa si ius patron. sit remissum. gloss. reuerentiam. in §. illud. authenti. vt liberti de cetero. col. vj. Melior. gloss. in verbo libertis. insti. de capit. di.

¶ Septimo affert ius patrona. liberam assignandi facultatem de eo quod voluerit siue legare, siue alicui ex filijs assignare vt in toto tit. ff. de assign. liber. praecipue. in l. si seruus lib. ff. de assigna. liber. Istas autem utilitates quas affert ius patro. patronis appellauit glo. si. in l. si. C. de bonis liberti. sex iura patr. licet sint utilitates ex vnico iure patronatus de

¶ Octauo affert tale ius patronatus patronis scilicet vt ita in casu necessitatis teneatur alere ipsum liberti patro. sicut econtra: alias potest petere libertus se pronuntiarum ingenium: & sic priuabitur ipse patronus patronatu: vt de hoc est tex. clarus in ca. vnico. de infanti. & langui. exp. vbi si infans expositus extitit relegato pietatis officio à patria potestare liberatur ipso facto: quia illo casu libertus in ingenuitatem, & seruus in libertatem eripitur. Ad idem lex vnica. §. sed scimus. C. de lati. liber. tol. l. nemini. C. de episco. audi. imò etiam officio iudicis posset peti quod puniatur talis pater, patrona. vel dominus poena extraordinaria: vltra quod iure potestatis patronatus, vel dominij priuaretur. l. prima. §. poena. ff. de libe. agnosce. latius in l. nec filium. C. de patria potest. Specula. in dicto tit. de infanti. & langui. expositis. & Panor. ibi in capitu. j. de langui. expo. Specul. in tit. qui filij sunt legit.

¶ Non d credo, quod ius istud patronatus aliud onus patronis afferre deberet: ipsi patrono scilicet onus defendendi: à paritate rationis, vt supra dixi de patrono ecclesiae, late in quinto articulo huius partis, praesertim in quaestione illius articuli, & per naturalem rationem quae dicit eum debere sequi comoda quem sequuntur & incommoda, & econtra. §. penult. insti. de legi. agnat. suc. regula qui sentit. in vj. l. eum qui. ff. de iure iurā. Idem puto, quod ad alia etiam teneatur patronus erga libertum: ad quae ratio aequitas suadet, cum habeat sperare successione in bonis ipsius liberti. vnde ita posset committere ingratitude in erga libertum patronus, sicut filius contra patrem, vel libertus met contra patronum: propter quod in seruitutem reuocaretur: vt §. dixi in vj. commodo quod affert ius patronus ipsi patrono. plus non insisto pro nunc circa conditionem istius iuris: quia hac pars satis fuit grauata.

¶ Septima pars. Quibus competat ius patronatus.

- 1 Ius patronatus omnibus generaliter competere potest.
- 2 Ius patronatus an crimine abiurato possit competere criminoso.
- 3 De misericordia adeo impotens ab incredulis putatur, ut peccator per penitentiam Deo acceptus in ecclesia inhabilis iudicetur: cum tamen Christus totum hominem sanum fecerit.
- 4 Peccator qui dignos penitentia fructus fecerit perinde habendus est ac si nunquam peccauerit.
- 5 Excommunicatus an possit habere ius patronatus.
- 6 Ius patronatus quibus in specie possit competere.
- 7 Simoniacus non obtinebit ius patronatus.
- 8 Simonia omni est damnabilior heresi.
- 9 Ius patronatus multis ex causis competere potest.
- 10 Ius patronatus omnibus potest competere qui possunt presentare.
- 11 Papa an competat ius patronatus: de cuius potestate disputans os in celum ponere & sacrilegium committere dicitur.
- 12 Papa super ius positivum potestatem habet.
- 13 Literarum sacrarum tractatio mirabilis: non audita: sed pluribus dubitabilis.
- 14 Papa plus ceteris episcopis posse creditur.
- 15 Beneficia omnia a papa sunt manualia.
- 16 Legatus de latere an possit beneficium patronatum conferre.
- 17 Ius patronatus an competat referentibus in ecclesia collegiata.
- 18 Ius patronatus cell. gio competere potest.
- 19 Episcopo extra diocesim competit ius patronatus.
- 20 Minori competit ius patronatus.
- 21 Ius patronatus an competit sub tutela existentibus.
- 22 Pxorii an competat ius patronatus.

**P**Er hanc septimam partem parebit quibus tale ius patronatus competat, v. ecclesia, vel liberti sequendo propositum ordinem. Primum de patronis ecclesie loquar, successivè de patronis liberti: sed quia hæc pars habet maximam dependentiam à tertia parte, & etiam ab omnibus causis ibi enumeratis: & à nona parte in qua videmus quomodo ius patronatus transferatur: ideo brevius quam poterò instabo enumerando personas quibus competit tale ius patronatus. ¶ Primum igitur quæro, an omnibus possit competere ius patronatus. ¶ Circa quam q. puto quod possit dici omnibus in genere competere, qui non reperiuntur expressè prohibiti, hoc probò per ea quæ suprà dixi in tertia parte, in j. causa acquirendi ius patronatus, in xij. q. vbi dixi quemlibet posse construere ecclesiam, vel locum pium in quo habeatur ius patronatus: nisi quis reperiatur expressè prohibitus: & per constructionem acquiritur ius patronatus: ergo cuilibet expressè non prohibito competere potest ius patronatus: vt in frà latius patebit, scilicet illis qui habiles sunt ad faciendas causas: propter quas tale ius patrona. acquiritur: de quibus dixi in d. iij. parte enumerando vj. causas quibus acquiritur tale ius: enumerando etiã plures personas, quibus non est permittum edificare sicut infidelis: Saracenus & similes: vt in dicta prima causa. in v. & vj. cum tribus sequentibus questionibus. ¶ Secundò quæro, an istis personis prohibitis edificare: & per consequens prohibitis acquirere ius patrona. an cessante illo crimine possit illis competere tale ius: licet specialiter tactam non reperiam q. tamen credo quod crimine cessante propter quod prohibentur acquirere ius patronatus quod etiã illis poterit competere. Sicut enim videmus quod licet excommunicatus non possit exercere ius patronatus ante absolutionem, tamè habet ius patronatus etiam illa durante, sed absolutione interveniente: tunc etiam recuperat administrationem. c. decernimus. de senten. excommuni. libr. vj. & ibi Genn. vbi dicitur q. potest restari, & institui, & fundare ecclesias. §. generalem. authentic. vt cum de appella. cogno. Hosti. in tit. de sent. excommunic. §. quis sit eius effectus. Ad idem videtur tex. in capitulo quia diligentia tua. de electio. vbi schismaticus qui reuersus est ad vnionem ecclesie potest eligi in episcopu. & ibi mandat Papa talem debere confirmari. & ibi dicit Panormita. secundum Hosti. quod peccator qui penitentiam egit: non despicitur à Deo: imò gaudium est angelis super vno peccatore penitentiam agente: Lucæ xv. tamen quò ad ecclesiam militantem propter notorium peccatum inhabilitatur, vt non possit eligi, nisi cum dispensatione vt ibi: & in capitulo quia circa. de biga. capitulo finali. de temporali ordin. ergo eodem modo, & fortiori poterit ipsis competere ius patronatus: cum non hoc ita reperiatur eis interdictum per talia crimina, sicut administratio diuinorum. dicto capitulo sua. quod multu facit à cõtrario. vult enim quod peracta peni-

tentia integrè vel pro parte, præter reum sanguinis, posse ad ministrare: quando non sunt notoria crimina: vel in iudicio non sunt comprobata: ergo si essent notoria, & facta penitentia, vel crimine deposito per sacramentum: vt in d. c. quia diligentia, possent tales administrare: & sic possent eis ius patronatus competere. pro hac sententia facit illud quod dixit gl. nota in d. capitulo quicumque. vult ex illo tex. quod excommunicati; vel aliàs suspensi, post absolutionem omnia sua recuperent iura. per c. nos sanctorum. xv. q. vj. cum seq. c. iuratos. c. beatus. in fin. iij. q. iij. cum aliis pluribus de quibus per gl. ibi. Specialiter postea reperi Ioan. Andr. tangentem ibi q. de hæretico reuerso, an recuperet ius patronatus & dicit quod sic per illam literam secundum Ioan. Andr. & Vincen. per c. domino. per totum & maximè circa finem. ¶ Vbi dicitur: quicumque pro criminibus suis dignè Deo penitentiam egerit auctoritate Gregorij, Augustini, Hieronymi & Isidori gradū pristinè dignitatis obtinere possunt. & per quod ita sanatum est: vt in pristinum restitueretur, perinde habendum est, quasi nunquam morbosum fuerit. l. iij. §. si deportatus patronus restitutus sit bonorū possessionem contrabulas: libertorū habebit. ff. de bonis libertorū. l. siue. in princ. ff. de iure patronatus. Istam opi. posuit Ioan. glossator in c. maximum. l. q. vij. facit. ca. si quis de corpore. & ibi gloss. in verbo ad a. in c. ab exordi. xxv. distict. Limitantur prædicta quando sententia non esset lata contra eos iuris patronatus priuatiua: quia tunc reuerituti recuperant ius patrona. cap. de illa. de diuor. vbi mulier quæ à viro diuertit propter hæresim iudicio ecclesie non cogitur amplius redire, quod procedit vbi mulier velle intrare monasterium. c. si. cum ibi not. de conuer. coniuga. Hæc autem limitationem declarat Panor. in cap. quia diligentia. in si. si sententia & publicatio bonorum ex tali crimine est facta ab homine vel à iure non recuperat bona restitutus p. penitentiam: quia semel commissam non retractatur. cap. vergentis. capitulo penul. de hæreti. l. commissi. ff. de publica. Nisi princeps restitueret tales ad propria bona pristina. Si autem publicatio bonorum non est facta, sed perdidit quis solum exercitium ex tali crimine vt in excommunicato schismatico & similibus: isti integrè absoluti recuperant bona sua: & per penitentiam, & absolutionem reuertitur ad vnionem: ita intelligitur illud ca. quod per hæresim prælati non perditur ius priuatum: sed solum exercitium stat in suspensio quod postea reuertitur absolutione sequuta. de hac q. vide in frà parte ix. q. xx. ¶ Tertiò quæro, an excommunicato competat ius patronatus. ¶ Reuertit distinguere: vt suprà dixi in iij. parte, in j. causa acquirendi ius patronatus in quæst. vbi secundum Ioan. Andr. dixi q. non licet deberet admitti ad ecclesiam edificandam: si tamen fuerit admissus potest acquirere ius patrona. sed non exercebit illud antequam absolatur: ita Ioan. Andr. in capitulo decernimus. de sententia excommunicati. libro sexto. in nouella. quod ibi comprobavi latius: ideo non insisto. Item quia excommunicatus admittitur ad actus legitimos post absolutionem. Ioan. Andr. in capitulo testimonium. de testibus. ¶ Quarto quæro, quibus specialiter personis competat hoc ius patronatus. Solutio. primò dico illis competere posse qui sunt patroni verè ex aliqua de causis suprà positis in tertia parte huius tractatus: siue sint clerici siue laici. capitulo quoniam. & capitulo ex insinuatione. eo. de iure patron. & supra tertia parte artic. primo questione tertia. siue sint religiosi: quia ecclesie pleno iure ad eos spectare possunt. Petrus de Anchara. in dicta clementi. j. de iure patrona. scilicet fundatione: dotatione: datione: reparatione: prescriptione: priuilegio: datione fundi: vt in singula causa latius dixi: ergo non competet illis personis, quæ non possunt edificando acquirere: vt in d. iij. part. in v. q. c. quatuor seq. Similiter & ius patronatus competit cuilibet spote manumittenti: vt §. dixi in iij. part. c. vj. acqrendi ius pa. vbi declaravi aliquè xij. modis fieri libertorū & in aliquibus casibus competit ius pa. ipsis patronis: in aliquibus non: vt ibi latius. ¶ Quintò quæro, an cõpetat ius pa. symoniacis: illi qui incidit in symoniam: licet spalter non repererim tractum th arbitror posse dici, q. non cõpetat ei ius tale: eo quia sicut §. dixi in iij. part. in j. c. acqrendi ius pa. q. vj. non pōt hæreticus edificare ecclesiam: & per qñs nec acquiritur ius pa. vt ibi intelligendo de tali symoniacis cõuictis sicut ibi de ex cõicato conuictis: vt habetur in c. ad abolendā. in prin. & per totū extra de hæret. Sed symoniacus dicitur esse hæreticus vt per Hosti. in tit. de hæret. §. j. Imò dicitur hæresis symoniacorū ceteris danabilior. c. eos. l. q. i. c. si quis pecunia. lxxix. d. c. quories. de symonia. & c. seq. Et licet symonia dicatur species heresis largè loquendo, vt per Hosti. in tit. de hæreti. §. j. ver. sed stricto modo: tñ qñ quis est infamatus, deponitur à diuinis: vt per Panormita in c.



# Septima pars. quibus comp.

In c. accusatum. in fi. de symonia nisi se purgat. c. de hoc. de symonia. Ita etiam deberet excommunicari laicus: & per consequens non competere illi ius patro. saltem quo ad administrationem. vt s. proxime dixi in iij. q. nec episcopus posset eū eo dispensare: cum maius delictum homicidio dicatur. c. minor minus doctam. 30. dist. c. sicut symoniaca. de symonia. Vnde ergo videtur tenendum quod symoniaco notorio vel infamato & condemnato non debeat competere tale ius patronatus. ¶ Sexto quaeritur: an alijs personis competat quā quibus est acquisitum ex aliqua causa de notatis in quarta quaestione. s. & latius supra in iij. parte. Solutio multis alijs potest competere extra illas causas vt latius. j. dicitur. in xix. parte. vbi enumerabuntur causae ex quibus poterit ius pat. transferri ex contractu vel quasi in re vnos ex vltima voluntate ex contractu voluntario vel necessario: vt exemptione: donatione: locatione: successione: legato: delicto: fideicommissio: contractu quo transfertur vtile dominium: vel cōductione ad longum tempus vel diuisione patronorum: vt in 10 singulo casu dicitur parte ix. ¶ Septimo quaero: an illis dicatur ius patronatus competere qui possunt aliquē presentare. Solutio non ponit tex. clarus in ca. consultationibus. de iure pat. quod non: nam possibile est qd aliquis presentet tanquam patro. & sit in possessione presentandi vel non: & tamen presentare potest: sed non per hoc sequitur quod sit patronus vt ibi vnde potest ius pat. ab eo qui presentauit auocari & tamen presentatus si fuit institutus remanebit in sua inuentione: vt ibidem etiam per Panor. vt in c. ex literis. latius per Panor. eo. titu. Nam licet tale ius presentandi acquiratur ex vno actu presentationis continuato, non tñ facit ipsum presentantem dominum vel patronum: vt s. latius in vj. parte. artic. iij. ¶ Octauo quaero: an Papa dicatur competere ius patronatus. quia disputare de potestate Papae est os ponere in coelum & species sacrilegij vt dixit Imperator in l. ij. C. de crimine sacrile. ideo breuiter dico: quia licet non competat ius patro. ex causis supra nominatis vel titulo infra nominando parte ix. tamen habet ius patronatus ratione supremi dominij quod habet in vniuersa ecclesia. vt s. in vj. parte. artic. iij. quaestio. xxxj. Panor. in c. iij. in j. not. eod. vbi assignat rationem: quia ius patronatus est inductum ex gratia vel tolerantia ecclesiae: cum ex fundatione ecclesiae nō posset acquiri ius patronatus laico cum sit spiritualibus annexum. capit. 12 quanto. de iudi. ¶ Vnde vult quod possit prouideri de ecclesia patronata sine presentatione patronorum cui voluerit. & hoc potest esse. qd in his quae sunt iuris positui potest ad placitum dispensare & disponere etiam supra ius. loā. and. in c. postulasti. de iure pat. per c. qui peccat. xxxij. q. iij. & alia vt per Inno. in cap. cum ad monasterium. de statu. mona. Anto. de But. in cap. j. de constitu. Barba. in ix. col. xvij. in fi. in j. vol. Nec sibi potest dici cur ita facis: cum habeat plenissimam potestatem super terram. c. in memoriam. xix. dist. Nec dicitur habere aliquem superiorem: sed ipse est super omnes. xxj. dist. in c. in nono. Verum est. quod si Papa vult praebendam patronatam alicui conferre. debet in literis de ipsis facere mentionem patronis: alius viderentur literae surreptitiae: ideo talis collatio vel prouisio sine laici patroni mentione vt surreptitia non valeret. glo. in cle. per literas. in verbo apostolicis. de praeben. glo. in c. cum dilectus. in fi. de iure patro. Nec ob. si dicatur. quod potestas quae fuit Petro data fuit etiam alijs apostolis concessa cum loquutus fuerit Christus in plurali. Amen dico vobis quaecumque ligaueritis super terram. erunt ligata & in caelis. & quaecumque solueritis super terram erunt soluta. & in caelis. vt Mathei xvij. Ioan. xx. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittentur eis: quorum retinueritis retenta erunt. Mathei xxj. habetur in d. c. in nono. xxj. dist. vbi primus Petrus accepit clauas regni caelorum: ceteri vero apostoli pari consortio cum eodem honorem & potestatem acceperunt: in quorum locum decedentium surrogati sunt episcopi. Et sic videtur quod in Papa non detur aliqua superioritas. Item dicitur omnes basilicas vel ecclesias spectare ad ordinarium loci. j. episcopum in cuius territorio sunt ecclesiae & potestates. c. omnes. & ca. nullus. xvj. q. o. vij. ¶ Quia ad hoc respondetur quod imo soli Petro fuit clauium data potestas: vt in d. c. in nono. vbi Romana ecclesia à domino primatum accepit post Christum domino Petrum instituentem Mathei xvj. Ipsi enim primò pontificatum in ecclesia dedit Christus dicendo. Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: & tibi dabo clauas regni caelorum & portae inferni non proualebunt aduersus eas. Et licet ceteri apostoli pares fuerint in consecratione. tamen fuerunt minores in administratione: vt ibi gloss. & Archidia.

cap. sequen. in §. in his. vbi declarat personam personae praesentis esse quinq; modis. vita merito ordine: administratione: consecratione: & iudiciaria potestate. Item videtur sensisse Beatus Thomas in iij. sententiarum. dist. in d. c. xxxij. quaestio. vltima. vt refert Barba. in d. consil. i. colum. xx. qui ad corroboracionem dicit in singulari Christum Petro dixisse. Cōfirma fratres tuos. Et pascue oues meas. Ad ca. nullus. & c. omnes respondendo. quod procedunt de potestate ordinaria cui libet Episcopo in sua dioecesi data à primo capite Papae: secus de potestate absoluta: quia nullus potest Papam cogere. nec ab aliquo super terris iudicatur. c. nunc autem. c. n. sequenti. & seq. 14 xx. dist. in d. c. ¶ Item videmus quod potest Papa ecclesias vel prelatos ecclesiasticos speciali priuilegio eximere à iurisdictione ordinaria episcopi: ergo ex plenitudine potestatis multa potest quae non potest ipse episcopus: licet in consecratione episcopus videatur sibi similis. vt in capitul. cum & plantare. cum multis concor. ibi de priuilegijs. vbi apparet quod à iurisdictione ordinaria episcopi potest Papa eximere religiosos speciali priuilegio: qui tamen excedens priuilegium suum priuatur ipso priuilegio. Hoc fortius apparet in vigesima quarta. quaestione ij. in gloss. in summa vbi potest concedere Papa priuilegia in praedictum aliorum. non autem episcopus. cū alijs multis concor. de quibus per Panormita. in rubri. de priuilegijs. cap. priuilegia. iij. dist. in d. c. Item si potest ius patronatus alteri concedere ex priuilegio: vt supra tenui in iij. parte. in vj. causa acquirendi ius patronatus. ergo videtur qd in se habeat: quia aliàs vanum esset dicere. quod ipse alteri daret quod non haberet. l. traditio. ff. de acqui. rerum. domin. 15 ¶ Vnde ego concludo Papae competere tale ius de plenitudine potestatis: nam supra etiā in tertia parte in quinta causa acquirendi ius patronatus dixi omnia beneficia apud Papam esse manualia. text. in clemen. j. in fi. vt lite pendente. in. inno. Istam opi. ratiō sequitur Arch. in c. filijs. versi. in eadem glo. in fin. Panor. in capitu. cum dilectus. ad fin. eodē. vbi dicit non solere Papam hoc concedere sine mentione patronorum: aliās literae dicerentur surreptitiae & nō valeret talis concessio. ¶ Nonò quaero: an legato de latere competat ius patronatus. id est an possit iuris patronatus beneficium conferre. Breuiter circa istam quaestionem dixit Panormi. in c. cum dilectus. in ij. no. de iure patrona. quod aut loquimur de iure patronatus laici: & tunc non competit tale ius legato: nec potest sine patroni consensu conferre vel presentare: quia non subest ipsi legato laicus. Si vero loquimur de iure patronatus clericici: & tunc potest sibi competere legato. & illud conferre etiam inuito patrono ecclesiastico: quia ipse patronus subest ipsi legato. ad hoc quotidie dicit textum illum allegari. Ita etiam sentit Federic. de Senis consilio lxxvj. in prima additio. dicens illam esse communior opinio. etiam si istud ius patronatus esset coniunctum ecclesiasticae personae & laicis simul: vt ibi exemplificat de vniuersitate quae habeat ius patronatus cum ecclesiastico prelato. Idem tenet Panor. in c. iij. in j. no. eo. Idem tenet glo. in cle. per literas. in verbo apostolicis. de praeben. similis glo. in c. dilectus filius. in ti. glo. penulti. extra de offi. lega. Istas autem glo. limitat Alexan. procedere quando laicus haberet ius patronatus ex fundacione. vel dotacione. vel ditacione. secus si ex praescriptione: quia tunc legatus posset tale beneficium conferre patronatum inuito patrono laico. cum aduersus legatum non praescribit laicus. & tunc cessat ratio quae erat ne pertineant patroni à fundacione ecclesiarum. Ita Alex. consil. lxxiij. in iij. volumi. in ij. colum. & consil. sequen. fuit de mente. Ioan. andr. in clemen. per literas. & Zaba. ita latius dixit in alio proposito in iij. parte. in v. causa acquirendi ius patrona. allegando consilium Alexan. & in vj. parte. q. xxxj. versicu. & quod dixi legatum. ¶ Decimo quaero. an competat ius patrona. reservantibus in ecclesia collegiata. Solutio ponitur in c. nobis. in verbo iurisdictione. eodē. vbi disponitur quod laicus quantumcumque patronus non possit interesse electioni prelati ecclesiae collegiatae. tamen hoc fallit. vbi quis ius in fundacione sibi reservauit à papa. qui solus hoc potest concedere. vt ibi tenet gloss. quam sequitur Panormi. ibi sed clarius subdistinxit in cap. postulasti. circa fi. eo. sed Ioan. andr. ibi clarius in fi. vij. colum. quod aut patro. non reservauit sibi ius presentandi ad canonicatus & non poterit presentare dicto ca. nobis. aut reservauit: & tunc poterit presentare. ca. fina. de concess. praeben. Sed tamē credo quod etiam si sibi reservasset ex permisso papae quod posset prelatum presentare vel presentacioni interesse ipse patronus laicus. eo quia papa est supra omne ius posituum. Ideo etiam super ius hoc posset dispensare. vt dixit Ioan. andr. in cap. postulasti. j. eo. latius dixi. s. proxima



# Nona pars. quom. transf.

quisitum ius patrō. vel translatum, vt post sententiam, qua fuit aliquem pronuntiatum patronum: vt per Panor. in ca. si verō ordinario. in fi. eo. Sic etiam ex alijs causis, vbi apparuit esse translatum ius patronatus: de quibus. §. in sequ. parte.

7 ¶ Quinto quæro, quando ius patronatus liberti competat. Solutio. puto competere eodem modo: quo ius patro. eccle. siæ. scilicet perfecte manumissione data, vt & tunc proprie dicitur libertus libertate data per manumissionem, de qua in tit. de libertinis insti. & in toto tit. ff. de iure pa. quomodo autem quis possit ad libertatem peruenire absque quod acquiratur ius pa. ipsi patrono. §. late dixi in iij. parte. in vj. causa acquirendi ius pa. in vij. & seq. q.

## ¶ Nona pars. Quomodo transferatur ius patronatus.

- 1 Ius patronatus per successionem quaritur.
- 2 Ius patronatus ad hæredes etiam extraneos transmittitur.
- 3 Femina succedit in iure patronatus.
- 4 Deus personarum non est acceptor.
- 5 Hæres siue maior siue minor sit in iure patronatus succedit.
- 6 Patronus plures potest instituire compatronos.
- 7 Successori ius prætorij in patrona succedit.
- 8 Hæres nondum in possessionem missus præsentare potest.
- 9 Bastardus succedere potest in iure patronatus.
- 10 Ius patronatus per donationem transfertur.
- 11 Ius patronatus an veniat in venditione omnium bonorum.
- 12 Ius patronatus quando ex contractu locationis, & conductionis transfertur.
- 13 Ius patronatus an possit per mutationem transferri.
- 14 Ius patronatus non transfertur obligatione generali.
- 15 Ius patronatus dotis transmittitur datione.
- 16 Ius patronatus diuisione transfertur.
- 17 Ius patronatus an transmittatur remissione in fr. eadem hæredum facta.
- 18 Ius patronatus transferri potest concessione ecclesie in aliam facta ecclesiam.
- 19 Ius patronatus cessione transfertur.
- 20 Ius patronatus subiectione transfertur.
- 21 Ius patronatus generali hereditatis repudiatione transmittitur.
- 22 Ius patronatus perditur aut transfertur si patronus negligens inueniatur.
- 23 Ius patronatus transmittitur per adiudicationem.
- 24 Ius patronatus transfertur ex sententia.
- 25 Ius patronatus præscriptio transmittitur, & etiam privilegio ac vniuersali in feudatione. m. 26. & 27.
- 28 Ius patronatus delicto graui amittitur.
- 29 Alienabile perpetuo censetur quod semel alienatum inuenitur.
- 30 Factum non potest non esse factum.
- 31 Ius patronatus domini translatione transfertur.
- 32 Ius patronatus an possit legato transferri.
- 33 Ius patronatus non transmittitur per fideicommissum.
- 34 Ius patronatus iuramento transferri potest.
- 35 Ius patronatus liberti transfertur remissione, alimentorum denegatione, iuramenti adiectione, capitis accusatione, mercedis exactione, & necis domini vindicatione, & numeris sequentibus.
- 41 Ius patronatus liberti transfertur per natalium restitutionem, & per deportationem, & ex pluribus alijs causis: de quibus in numeris sequentibus.

**A**c parte declarabitur quomodo de vno ad alterum possit transferri ius patronatus. ¶ Primo dicitur vt à frequentiori quæro: an per successionem alteri acquiratur, vel in alterum transferatur ius patro. ecclesie? in qua q. minime dubitandum est quin transeat: eo quia ius tale potest in hæreditate consistere, vt manifestum est. & hæreditas ad alium transit: ergo & ius pat. nihil aliud est hæreditas. ff. de ver. signi. & ad omnes in solidum tale ius transit cum sit indiuisibile. De quo est tex. in c. j. & iij. c. tit. sicut dicitur de via itinere & actu. l. vix itineris. ff. de serui. l. ij. §. pe. ff. de ver. ob. l. hæredes. §. an ca. ff. fa. mil. etc. c. filijs. xvj. q. vij. vt & infra latius in vj. ampliatione in solidum dicitur trāsire quo ad omnes suos effectus, nisi quo ad præsentationem quia ille est simplex effectus qui non potest esse apud plures: & siue sint hæredes simul plures instituti: & sic pro æqualibus partibus. §. & ex cōtrario. insti. de hæ. re. insti. siue sint etiam partibus inæqualibus instituti: quia nihilominus in solidum competet ius patr. vt ista plenè no. per gl. in d. c. j. ita tenet Rost. ver. aliter, & quibus causis trāsfero. c. ti. in libellis suis. Hosti. eo. §. qualiter transferatur in princi.

2 ¶ Secundo ampliatur ista conclusio: vt non solū procedat quo ad hæredes sanguinis: sed etiam quo ad hæredes extra-

ius pat. iure ecclesie: secus si iure patrimonii laici haberet. Pan. no. in d. iij. no. ¶ Ex hac differentia sequuntur differentie que sunt inter præsentationem. ¶ Secunda præsentatio potest fieri alternatiue. Electio non. gl. antepenultima in cle. fin. eo. 13 & supra dixi in vj. par. q. xlvj. ¶ Tertia præsentatio inuitur gratia. vt c. iij. & ibi late Pan. j. e. Electio vero inuitur iuri cōmuni. vt late in rub. de postul. præl. per Pan. ¶ Quarta per electionem inuitur matrimonium per præsentationem nō. Sed offertur inuitandum per instituentem vt in eadē rub. glo. iij. in c. vnico. de postula. in vj. Et de plurib. differentis inter p̄sentare. Postulare. Eligere. Instituire. Et inuestire. s. dixi in vj. 15 par. q. xlvij. ¶ Quinta: itē elector plus iuris habet quam p̄sentans: & plus iuris acquiritur electo quam præsentato. late per Pan. in c. quoniam. ver. hæc adducunt. extra e. de iure pat. 16 ¶ Sexta: patrono impedito præsentare per litem currit tempus. secus in eligente: vt ibi per eum. qui assignat rationem diuersitatis. ¶ Septima: patronus præsentans potest esse qui liber. i. siue masculus siue foemina potest præsentare c. ex literis. extra eo. sed electio non. vt late Host. in tit. de elec. s. quis 18 post per totum ¶ Octaua præsentans dicitur institui: electus confirmari. Pan. in c. nobis in v. no. e. de iure patronatus. 19 ¶ Octaua differentia: magis ecclesie subiectus est patronus ecclesiasticus quam laicus: quod ex eo probatur. Nam potest legatus de latere conferre ecclesiam spectantem ad patronū ecclesiasticum: secus in ecclesia ad patronū laicum spectante quia non potest tunc talis legatus vel prælatus talem ecclesiam conferre vel sibi reseruare vt no. in c. cum dilectus. eo. & Host. in §. in quib. vers. subiectio. e. ¶ Nona differentia: patronus ecclesie acquiritur à quocunque fundatore vel dotante. de quib. s. dixi in ij. par. in omnib. causis acquirendi ius pat. sed nō tamē ex omni beneficio ecclesie præstito. talis enim dicitur benefactor ecclesie sed non patronus: vt late per Panor. in c. iij. in pen. co. ver. & aduerte. eo. De hoc tamen distincti latius s. in ij. par. in ij. cā acquirendi ius pa. in iij. q. ad quā me remitto. Patrono vero libertorū ex sola manumissione procedit. licet possit ex aliis plurib. causis iam vere causatum vel sic in alii transire vt s. in ij. par. in vj. cā acquirendi ius pat. 21 ¶ Decima differentia, quia ius pa. ecclesiasticorū nō est tā pingue & forte sicut ius pa. laicorū, & hoc effectū cōlligere licet vt s. dixi q̄ licet ecclesiastico patrono variare post p̄sentationem: quia talis præsentatio confert ius. & habet vim electionis. secus in præsentatione patroni laici: vt s. in ij. & clarius in vj. differentia iuris pa. laici & ecclesiastici. de hac differentia est gl. pen. in c. cum autem. & ibi Pan. qui dicit dignius esse ecclesiasticorū quā laicorū. quia coetus spiritalis firmitus est. Et firmiora debent esse spiritalia secularib. c. ij. de rā 22 sla. præla. cle. cum illusio de renū. c. psalmista. xxij. dist. ¶ Vn decima differentia ius pa. ecclesie vel patroni laici titulo singulari non transfertur excepto donacionis titulo. vt s. dixi in ix. par. q. ij. & seq. secus in iure pa. liberti. de primo habetur in c. de iure. eo. & ibi gl. assignat rationem. quia res sacra nō potest æstimari. vt in l. sacra loc. in fi. ff. de rerum diuis. Ius autem patroni liberti. potest alio titulo singulari transferri. vt Pau. de Cast. conf. clxj. col. v. si per prælegatum. quod tamen dictum non reperi. licet adhuc tale ius liberti non veniat in æstimatione bonorum. nec aliquam recipiat æstimationē. l. si pat. ff. ad Treb. l. plane. ij. de leg. j. in fi. vbi gl. manumittere. not. nō esse locupletiorē qui manumittit. licet acquirat ius pa. Hanc differentiam videtur comprobare totus titulus ff. de assigna. liber. & præsertim lex j. assignare. ff. eo. vbi dicitur q̄ assignare non est neque legare neque fideicommittere. sed mediū tenet. Et ibi assignatur sine alicuius licentia: non sic est in iure 23 pa. ecclesie de quo s. in ix. par. q. ij. cum seq. ¶ Duodecima differentia ius pa. ecclesie vel laici pat. potest quo ad effectū suos diuidi: puta vt patroni alternis vicib. præsentent. vel vt vnus in vna ecclesia. alius in alia præsentent. no. in cle. ij. in tex. & gl. libere. eo. Secus in iure pa. liberti: quia tale ius nō recipit aliquā diuisionē. l. quedā. in ff. fami. ercisc. l. iij. ff. de ali. lega. l. si. ff. de iure pa. Nec habet ob. rex. in c. j. extra. eo. vbi dicitur ecclesiam non posse diuidi inter patronos: quia dico procedere in ipso iure. secus quo ad effectus iuris. Idem videmus de iurisdictione quæ est apud plures in solidum: tamen exercitium est apud singulos pro parte. c. prudentiam. in prin. de offi. del. rationem diuersitatis videtur ponere gl. in cle. ij. s. & vt facilius in verbo libere. quia illa diuisio fit ad tollendum discordiam patronorum. & ad maiorem ecclesie prouisionem. q̄ prouiso non procedit in iure pa. libertorum: cum sit indiuisibile: & ex hoc inferri ibi gl. q̄ fortius est ius pa. liberti. quam ius pa. ecclesie. quia primum non potest tolli per aliquam remissionem aliud sic. ex hoc habetur. ¶ Decimatertia differentia, q̄

ria, q̄ ius pa. libertorū non potest aliqua remissione tolli qn̄  
semper cogatur prestare reuerentiam: & semper prestat auri-  
oritatē reuocandi in seruitutem: vt in l. si quis posterum.  
C. de bo. lib. ver. reuerentia. no. i. gl. ij. in c. cum venerabilis. de  
cen. istud autem ius pa. ecclesie sic: vt in c. iud. e. c. j. li. vj. de  
hoc latius s̄. dixi in ix. par. enumerando xxiiij. modos, quib. il-  
lud transfertur ius pa. ecclesie & xxiiij. alios quib. transfertur  
ius pa. liber. licet aliquid semper remaneat apud verum patr.  
25 nisi qn̄ restituitur natalib. ¶ Decimaquarta differentia: ius  
pa. liberti transit in suos et non heredes. l. filii. ff. de iure pa. se-  
cus in iure pa. ecclesie. vt no. In. in c. eū seculum. eo latius not.  
in c. filiis. xvj. q. vij. Ad quos heredes transeat ius pa. liberti. vi  
de in l. fabrilis. ff. de ope. lib. latius per Zab. in cle. iij. in prin. in  
vj. eo. in quib. locis dicitur transire ad heredes et extraneos  
ius pa. q̄ in ope. lib. fabrilis. consistit: secus si in officialib. vt est  
26 gl. in d. l. fabriles. ¶ Decimaquinta differentia ponitur inter  
ius pa. liberti & ecclesie q̄ si recedens non reuertetur ad  
ecclesiam vt in gratus reuocatur in seruitutem secus in liber  
to laici. gl. in c. liberti. j. xij. q. ij.

¶ Decimaquarta pars. Quomodo ius patr. finitur.


- 1 Generatio vnus alterius est corruptio.
- 2 Ius pa. finitur si ecclesia in collegiatam vertatur.
- 3 Ius pa. finitur si ecclesia vna cum altera vniatur.
- 4 Perditum quid dicatur.
- 5 Ius pa. omnium confiscatione bonorum finitur.
- 6 Ius pat. ausu in prelatum temerario perditur.
- 7 Ius pat. perditur si patronus hereticus efficiatur.
- 8 Ius pa. ob quas causas perdat. & nu. seq.
- 11 Patroni liberti multis modis ius pa. perdere potest. & nu. seq.

**¶** Acc Decimaquarta pars magnam habet dep̄  
dentiam à ix. par. in qua plurib. modis fuit  
declaratū transire ius pa. de vno ad alterum: & per  
consequens in eo finiri à quo transit: cū alteri per  
transitum ab altero finitur, necesse est q̄ in alterum incipiat.

- 1 ¶ Cum generatio vnus sit alterius corruptio, vt videm' vlu  
capione acquiri dominium alterius negligentia. in st. de vflu-  
ca. in prin. prætermisissis igitur xxiiij. & casib. de quibus. in ix.  
par. dixi transferri ius pa. ecclesie de vno ad aliū & xxiiij. quib.  
ius pa. lib. Restat videre quib. et aliis modis ius pa. finitur ab-  
2 s̄que translatione. ¶ Primo modo potest finiri ius patr. quo  
ad effectum præsentandi sine aliqua culpa, vt quādo patitur  
ecclesia in qua pat. est verti in ecclesia collegiatā absque sui  
iuris reservatione: vt per gl. no. in c. nobis in ver. capella. eo. &  
3 ibi Pan. no. ¶ Secundo finitur in pa. qui patitur ecclesia sui  
patronatus alteri ecclesie vel loco vniri sine aliqua contra-  
dictione: de qua dixit Vinc. & sequitur Io. An. in c. ij. de rel. g.  
do. Spe. e. tit. in fi. Sed istis duob. casib. pprie dicitur perditū  
4 ius pa. sed transferri. ¶ perditū. n. dicitur q̄ definit esse in rerum  
natur. Idē & quando dicimus rem interitam. l. deperditā. ff.  
de pet. har. In istis autem duob. transferendi modis, an liceat  
patrono inuito talis translatio. latius posuit Pan. post gl. in di.  
c. nobis. Arc. in c. monasterium. xvj. q. vij. vbi appellat ius pat.  
5 nō dominium, sed seruitū sollicitudinem. ¶ Tertio modo fi-  
nitur ex cōfiscatione vniuersitatis bonorū ius pa. et si cōfiscā-  
tio fiat à iudice laico, dum modo vniuersaliter fiat: alias si spe-  
cialiter nominaretur ius pa. vel si nil aliud deberet qui deliq̄t  
non confiscaretur, quia ex tit. singulari iudex laicus non pos-  
set aliquid laicum priuare patronum: vt Pan. in c. cum laici.  
eo. per gl. j. in capite filii. xvj. q. vij. Idem tenet Pan. in c. nobis  
in j. no. eo. & in c. quanto. de iud. in pen. col. versic. & secundū  
hāc dist. de hac. q. latius dixi s̄. in ix. par. in xx. q. vbi tenui patrē  
& omnes successores perdere ius pa. delicto patris & cōfiscā-  
6 ne oīum bonorum. Zab. in cle. ij. co. vj. q. vij. eo. ¶ Quarto p-  
ditur ius pa. ausu temerario patroni contra prælatū ecclesie.  
c. in quibusdam. de pœ. vbi si q̄ casu nēphando p se vel per a-  
liū occidere vel mutilare voluerit priuatur ipso feudo vel iu-  
re q̄ habuit: & non solum ipse sed oēs successores priuantur  
et vsque in iij. generationem: talem autē petitionē iuris pa. in-  
7 cidit quis ipso facto, vt per Pan. ibi q̄ dicit notabile. ¶ Quinto  
perditur ius pa. si pat. efficiatur hereticus, cū per tale crimē  
heretici sint oīa bona ipso iure confiscata. c. cum seculū. vers.  
bona hereticorū. de heret. li. vj. c. ex cōdicatus. j. & ij. c. de hare.  
Arc. in c. vnico de iure pa. in j. co. & sicut non pot̄ à principio  
fundare vel dotare ecclesia hereticus vt acquirat ius pa. vt s̄.  
dixi in iij. par. in vj. q. vbi dēt hereticus orne legitimū priuile-  
gii p̄dere: & nullū dicitur in reb. suis hēre dominium, sed sunt  
ipso iure confiscata. l. manicheos. C. de heret. d. c. cum seculū.

de heret. in vj. Sed si reuertatur ad pristina bonā fidē cōtro-  
uersa est an acqratur sibi iterū ius pa. gl. in c. maximū. in ver-  
dignitate. j. q. vij. tener q̄ recuperet ius pa. per. l. sed si. vbi d̄ le-  
gē profituta patronū habet venditorem l. iij. §. si deportatus  
ff. de bo. lib. ac illis p̄r succedere. c. quia diligentia. de ele. q̄ li  
mitant, nisi sit lata sententia d̄ talem hereticū super p̄dione  
talis iuris, vt Gem. in c. vnico. in ij. col. vers. quid si pat. fuerit. &  
gl. in d. c. maximum. per c. de illa. de diuor. vbi separata à mari-  
to mediante iudicio non cogitur ad eum reuerti, etiam si ad  
veram fidem fuerit reuersus: alias sic. c. fi. de conuersio. coniu-  
ga. De hac & simili questione dixi s̄. in xx. quæstio. nonē p̄ris.  
8 dic vt ibi. ¶ Septimo finitur ius pa. in persona pat. heredis  
remissione & cessione facta per ipsum pat. De qua satis s̄. di-  
9 xi. q. ix. parte in ix. ¶ Septimo perditur ius pa. perdita eccle-  
sia in qua fuit: puta diruta: nā si alius eam reficiat ille dicitur  
fieri patronus vt s̄. dixi in iij. par. in j. causa acquirere ius pa.  
in xvj. q. Idem etiam putarem in perditione dotis: vt eodem  
modo perdatur ius pa. illius qui dedit dotem sicut & perdi-  
tione edificii à cessante causa: vulgata. l. adigere. ff. de iure pa.  
10 ¶ Octauo modo perditur ius pa. per sententiam, si quis  
fuerit pronunciatu non habere ius pa. tunc ex tali sententia  
oriatur ius, scilicet illū non esse patronum: sicut pro alio ori-  
tur ius affirmatiuū. de qua q̄. latius dixi s̄. in parte ix. q̄. xvj.  
11 ¶ Nono perditur ius pa. liberti multis modis: vt per Roffr.  
in suis libellis. quod s̄. etiā retuli in iij. par. in vj. causa acquirere  
di ius pa. vers. nunc autem dicendū restat. vbi plurimis mo-  
dis dixi aliquem fieri libertum sine patrono: sed ibi nō perdi-  
tur ius pa. sed à princip. non nascitur: quia ipso iure à lege si-  
12 unt liberi, vt ibi quatuor reguli casus. ¶ Primo perditur ius  
pa. liberti. Si abundans patronus denegaret alimenta inopi li-  
13 berto. l. diuus Claudius. ff. de iure pa. ¶ Secundo, qn̄ cogit li-  
bertos vel libertas iurare de nō nubendo, quæ alias possent  
nubere, alias secus cum mirabilis etiam sit partus quinquage-  
narius. l. si maior. C. de legi. hered. argu. l. ædiles. §. iumentorū.  
de ædil. edict. habentur hæc in l. adigere. & l. quod contra. ff.  
14 de iure pa. ¶ Tertio perditur patronus ius liberti. deportatio  
ne eo non restituito. l. etiam. §. si deportatus à contrario. ff. de  
15 bo. lib. Idem in deportatione ipsius liberti. ¶ Quarto, cō-  
demnatione perduellionis siue patronus vel libertus condē-  
natus fuerit, licet non auferantur talia iura liberis eorum. l. iu-  
ra libertorum. ff. de iure pa. de æquitate, secus de rigore. l. iij. ff.  
16 de interdic. & relega. ¶ Quinto, vindicatione necis defun-  
cti & occisi patroni quam filius non fecit. Nam seruus q̄ mor-  
tem domini videt efficitur liber. filio patroni talem vindic-  
tam omittete: nec pro filio patroni habetur. l. poenam. ff. de  
iure pa. sed ibi non perditur, quia nunquam ipse filius patro-  
17 ni fuit. l. j. C. quib. ex cau. serui pro premio liber. accipiunt.  
¶ Sexto: si liberti consortium cum ancillis contraxerint Im-  
peratoris patronis continentibus, idest consentientibus per  
18 dunt patroni ius pa. l. si liberti. C. de bo. lib. ¶ Septimo re-  
missione facta per ipsum patronum liberto. Nam ius patrona-  
tus extinguatur quo ad successionem, non quo ad reueren-  
tiam. l. filius. C. de bo. lib. et ibi gl. no. que etiam ponit a-  
19 lios modos quibus perdatur ius patronatus. ¶ Octauo perdi-  
tur ius patronatus liberti, si patronus exigat mercedem pro  
operis futuris. l. si quam. C. de ope. liber. l. si. C. de bo. possel. cō-  
20 tratab. liberti. ¶ Nono: per restitutionem nataliū perditur  
omne ius pa. liberti & remanet libertus: ac si ingenuus fuis-  
21 set natus. d. l. si. C. de bonis libertorum. ¶ Decimo: quando  
fecit se minorem centenario absque fraude. l. si libertus mi-  
22 norem. ff. de iure patronatus. ¶ Undecimo, per successionē  
debitæ partis quam facit patronus in bonis liberti perditur pa-  
tronus ius patronatus quo ad succedendū, sed nō quo ad alia:  
vt & s̄. in proximo ver. facit. §. sed nostra. in stit. de successionē  
23 liberti. ¶ Duodecimo accusacione criminis capitalis liber-  
ti. l. eum. ff. de iure patro. vbi excluditur à successionē bonorū  
liberti patronus qui accusauit dum modo non in casu permis-  
so vt in crimine læsæ maiestatis in quo est omnium æqua con-  
24 ditio accusandi. l. nullus. C. ad l. lul. maie. ¶ Decimo tertio: p-  
ditur reuocatione in seruitutem sine causa, si in illa perseue-  
rauerit vsque ad sententiam. l. qui cum maiorū. ff. de bo. lib.  
l. quæritur. eo. l. qui in seruitutem. l. in seruitutem eod. multis  
etiam modis aliis ab vno perditur & alteri quæritur vtrunq;  
ius patronatus de quibus in d. ix. parte & aliis variis casibus: vt  
per doc. cuilibet forte occurrere poterit: quem rogo ne ma-  
num subtrahat à correctione vel ampliacione huius tracta-  
tus, cui finem imponens gratias habeo altissimo omnipotenti,  
qui me summa cle. largitate ad opus tantillū instruxit. in  
quo si qs optata inuenit gratias deo habeat. Si minus occu-  
pato ingenio aliis curis veniā cōcessurum spero. Laus Deo.  
Pau. Cita. de iure pat. OOOO 3 DOM

# DOM. IOANN. NICOLAI DELPHINATIS IN LIBRVM DE IVRE PATRONATVS. P R A E F A T I O.



**N** hoc nostro Lib. quem in duos libellos diuisum esse volumus, de iure patronatus, de que omnibus ad illum spectantibus, quam breuissime tñ vtilissime agimus. Primo enim libello ponimus qd sit ius, & quotuplex, tum quid ius pat. vnde dicatur, quonāmodo, per quos & coram quib. constituarur: atque in-

terim pensionum materiam, vt maxime scitu dignam explicamus. Secundo autem libello ius patronatus vtilitas, quānā sit, & qualis, & quidnam agendum patrono incumbat, dicimus, & eo quod incumbit, non agente, nunquid iure patronatu priuari possit, querimus, ac determinamus. Nouissimo loco beneficiorum permutationes compendiose subiungimus: atque ita, vt etiam quam breuissime, nihil tamen videatur omissum. Dignitates enim, personatus, officia, beneficia, tñ simplicia, tum duplicia, quā nā sint elucidamus: omniaque superis ita nobis aspirantibus, querendo distinguendo, ad demum succedēte determinando qua in renō verborum, sed rerum, aut sententiarum ornatum sequimur, quam obrem optime lector, boni, & quique consules maturo quietoque animo lege. Sed tamen quoniam conueniens maxime que opportunum videtur prius quam ad materiam tractatum veniamus, titulum nostrum explanemus ita enim ad eius materiam rōrior, apertiorque futurus est ingressus. iuxta. l. primā. ff. de reb. creditis, & si certum petatur. Huius itaque nostri libri titulus est De iure patronatus. Quod nomen scilicet, ius patronatus, potest componi ex duobus rectis, vel ex recto & obliquo, quod si componatur ex duobus rectis, tunc vtrinque variandum est, si vero ex recto & obliquo, non vtrinque, sed ex recto tantum. Hoc autem licet Grammaticorum sit, non est tamen omnino contēnendum. Et quia hęc dīctio ius, rationem generis habet, imo & genus est, habet enim sub se multas species: imprimis videndum erit quid sit ius: deinde quid patronatus, quam rem bonis fieri auspiciis permittat, & faxit, qui solus est, & ab æterno solus viuāt Deus.

*Ius quid sit, & quotuplex: in multis enim species, tanquam partes distributum esse constat.*

**E**rgo ius est † ars boni, & equi. l. j. de iust. & iur. ff. & generaliter capitur ius, pro eo quod iubetur à Deo, natura, consuetudine, vel lege generali, vel speciali, vt statuto: & procedit, dū dicitur est ars, &c. intelligendo pro sciētia iuris, prout dicitur esse in mente hominis habentis notitiam diuinā, & humanā legis, & † effectus iustitiæ, qui est reddere vnicuique, qđ suum est, & dicitur à iustitia, quidam tamen à iustu per apocōpem ducunt, nihil enim aliud est ius, (vt dictum est) quam op vel Deus, vel natura, vel gens, aut populus, aut ciuitas, vel cōsuetudo iubet quod iuriconsulti diffinitioni non refragatur dum Celsus ait, est ars boni, & equi. l. prima. in prin; de iust. & iur. ff. Et facit hoc ad quæstionem, in contractibus enim apponi solet, Titius, &c. renuntiauit omni iuri, &c. An intelligatur renuntiaſſe † communi iuri sibi fauorabili, an etiam speciali, an vero consuetudinario? Nam quodcumque videtur comprehendit, propter vniuersalem appositam, per quam quicquid dubitationis inest auferre videtur, non enim ponitur de vno solo, sed de partib. pluribus constituentibus totū.

*Prima iuris scētia.*

¶ Sed partes iuris, seu species sunt statutum, consuetudo, &c. canon, consuetudo, & ca. ius autem prima distinctione. l. omnes populi de iust. & iur. l. dipturna. l. cum de consuetudine. l. sed ea. l. imo magna. l. si de interpretatione. ff. de legib. & c. senatus consul. & longa consuet. Ergo † vniuersalis appositā generi comprehendit species, de quib. prædicatur, ideo, &c. l. item ubi torum profertur, nulla pars totius excluditur. c. si romanorum. xix. dist. l. hoc articulo, de hē. ir. ff. contrarium

tamen verius arbitror, siue apponatur vniuersalis, siue nō: nā ius ciuile dignius est. & ideo de eo tantum intelligi debet huiusmodi renunciatio, seu generalitas, non autem de statuto, vel consuetudine: quoniam in dubiis semper dignius, & potētius intelligitur. l. j. §. qui in perpetuis. ff. si ager vectigal. vel emphi. pet. sed ius commune dignius est. §. sed ius quidem in si. in situ. de iu. na. gen. & ci. ergo in dubio de eo debere videtur intelligi, non autem de ceteris speciebus, seu partibus: quia tamen vtraque pars sustineri potest iudicio meo, meliori saluo: non absōna erit distinctio, aut enim partes † renunciantes, & à quib. hęc dīctio ius profertur: in actū seu contractū, sunt vni. & eiusdem ciuitatis: vel municipii aut territorii: quæ subiectūtur statuto municipali, vel consuetudini quæ seruantur in eadem: ciuitate, & municipio, aut territorio. Et eo casu dicerē habere locum, quæ dicta fuerē in primo membro, scilicet cōmune ius municipale: & consuetudinarium: comprehendit. Si vero partes sunt diuersæ ciuitatis, aut municipii, tunc ius commune videtur tantum comprehendit: ita vult Bar. in consilio ccccxcv. lib. iiii. in hoc etiam resider loā. And. in addi. ad Spē. in tit. de arbi. §. excipitur. vers. etiam quod corruptus in si. ad diti. Et ita communiter secundum huiusmodi distinctionem obseruat schola vtriusque iuris.

*Iuris diffinitionis repetitio, & vnde dicatur ius.*

6 Ius † ergo est ars boni & equi, siue sit ex iure diuino, siue ex humano: & sic ex humano: siue canonico, siue ciuili, siue p. muni, siue municipali, vel consuetudinario, habendo tamen rationem ad id, quod esse debet, vel fieri consuevit, iuxta mēterem tex. in cap. erit autem lex. quarta. distinc. cum similib. Eius igitur, quod continet bonum & equum scientia, dicitur ius.

7 Et † dicitur ius à iustitia, quor autem significationes habeat hęc dīctio ius, vide Ioan. And. in rub. de reg. iur. in sexto. Ioann. Mona. in c. cupientes. de elect. in eodē libro sexto in si. primā.

8 Pār. ius † autem tanquam genus generalissimum duas species respicit: est enim diuinum, & humanum diuinū enim ius est, quod solus Deus edidit, vt est lex Moysis, prophetarum oracula, & sanctum Christi euangelium: præterea dici potest ius diuinum, illa vis maxima naturali rationi à Deo in fra vtrunque pceptum Dei videlicet, & proximi comprehendens: vt pote Deo, & cuique; quod suum est reddamus, iubens: & alii ne inferamus, quod nobis ipsi inferri nequaquā expetimus, vel pareremur, de quo Paulus loquitur ad Romanos secūdo capite cum dicit, Cum enim gentes quæ legem non habent naturali ter ea, quæ legis sunt faciunt, huiusmodi enim legem non habentes: ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, &c.

*Apostolorum scripta ius diuinum est præcipiatne an vero consulat vide hic.*

9 Item † dicitur diuinum discipulorum Iesu doctrina, vt sunt Pauli, & aliorum apostolorum epistolæ, & scripta, cuius iuris diuini transgressione non semper inducitur peccatum. Nam eius quædam sunt precepti, quædam consilia, & ita transgressione eorum, quæ consilia sunt, non peccatur, nisi ex contemptu, aut ratione voti: ita no. gl. in c. quis. x. dist. tex. vbi gl. in verbo item quia in cle. exiui de para. de ver. si. in cle. scrib. in c. canonum statuta. de const. Arch. in c. si. iiii. dist. Panor. post Inn. in c. j. de vita. & honesta. cle. Quomodo autem cognoscatur: an quæ sunt iuris diuini, sint præcepti, aut consilia, vide canonistas & maxime Pan. in locis præalle. & aduerte, dum dixit ius diuinū esse, quod solus Deus edidit, quia debet intelligi, qđ per se, aut angelorū, aut hominis ministerio, pro homine ad summum bonum dirigendo latum est: quando quidem late accipiendo ius diuinum de humano iure dici posset.

*Humani iuris in multas species distributio, quæ hic manifesta sunt.*

10 Altera iuris † species est ius humanum, quod in genere subalterno incipiendo, multas species complectitur: habet enim ius

ius naturale gentium & ciuile, de quib. ne quid intactum la-  
 11 batur optima erit degustatio. Prima igitur † species iuris hu-  
 mani est ius naturale, quod cuique homini ex natura inſitu  
 fuiſſe diſcernitur, vt eſt aſſociatio maris & ſceminæ, ad ſobole-  
 lem, eius educatio, iniuria repulſio, rerum acquiſitio, & cæte-  
 ra huiusmodi, & dicitur ius naturale eo quod inſtinctu natu-  
 ræ non conſtitutione aliqua, aut conſuetudine per vſum in-  
 troduſta habeatur. c. ius nar. & ibi gloſſ. prima diſtinctio. l. pri-  
 ma. §. ius. naturale de iuſt. & iur. ff. quod omni animanti com-  
 mune eſſe videtur, non tamen per omnia: huic tamen adſcri-  
 bitur illa ſumma vis diuini iuris, animis rationis participibus  
 inſita: prima diſtinctio. in prin. Non mireris autem, Optime  
 lector, ſi ius naturale dixerim ſpeciem iuris humani, quoniã  
 ſi ius dicitur eſſe ars boni; & æqui, abſurdum videtur dicere  
 ſcientiam boni, & æqui cadere in animalib. rationis expertib.  
 vnde proprie hoc ius naturale dicitur conuenire animalibus  
 rationis capacibus. idcirco congrue dicitur ſpecies iuris hu-  
 mani.

*Iuris humani ſecundam partem hic explicat.*

12 Secunda † ſpecies iuris humani eſt ius gentium, & dicitur  
 ius gentium quod per vſum & communem conſuetudinẽ  
 à gentibus introductum eſt, quod à naturali recedit in hoc  
 quia illud à natura: hoc à communi vſu, & conſuetudine, vti-  
 litate, & neceſſitate hominum, rerum & temporum vrgenti-  
 bus introductum eſt: illud à natura ſine miniſterio, hoc factio  
 & miniſterio hominis introductum eſt. c. ius gentiũ. prima  
 diſtinctio. l. prima. §. ius natusale. verſ. ius gentiũ. l. veluti. l. vim  
 l. manumiffione. l. ex hoc iure. de iuſt. & iur. ff. §. ſingulorũ. de  
 re. diui. inſtit.

*Ad tertiam iuris ſpeciem.*

13 Tertia † ſpecies iuris humani eſt ius ciuile & eſt quod q-  
 que populus, aut ciuitas cauſa rei diuinæ: aut humanæ: ſibi cõ-  
 ſtituit. capit. ius ciuile prima diſtinctio. §. ius autem ciuile. in-  
 ſtit. de iur. na. gen. & ciui. hoc autem, ius ciuile põt conſidera-  
 ri tanquam genus, habens ſub ſe duas ſpecies. ſcilicet ſcriptũ  
 ius, & non ſcriptum. de quib. ſingulis vt omnia recto ordine  
 diſponantur videamus. Prima igitur ſpecies ciuilis eſt ius ſcri-  
 ptum, quod & idem genus conſideratur: vt pote pluribus  
 ſpeciebus compositum eſt enim lex: plebiſcitur: ſenatus con-  
 ſultum: principum placitum, edictum magiſtratus, & reſpon-  
 ſum prudentum: quia tamen ad rem non pertinet ſpecies hu-  
 iusmodi ſigillatim aperire, & quia etiã ſuperfluum: ac tedio-  
 ſum magis eſſet: quam neceſſarium: idcirco curioſum lecto-  
 rem remitto ad l. ſecundam de origin. iuris. ff. vbi Pompo. iur-  
 iſconſultus ampliffime quamlibet ſpeciem, & eius originẽ  
 declarat.

*Conſuetudo quid ſit, & quod ad illam duo ſint neceſſaria.*

14 Non ſcriptum autem † ius ciuile: conſuetudo dicitur. de q-  
 bus enim cauſis ſcriptis legibus non vtitur, id cuſtodiri o-  
 portet, quod moribus, & longo vſu inductum eſt, & in hac  
 ſpẽcie iuris ciuilis videre oportet, quæ requirantur in ea: ante  
 15 quam pro lege ſeruetur. Primo † ſiquidem requiritur, quod  
 ſit rationabilis: quæ autem dici poſſit rationabilis: ſcriben. in  
 capit. ſina. de conſuet. in antiq. poſt multa concludunt in hoc  
 certam regulam dari non poſſe: ſed hoc relinquendum eſſe  
 arbitrio iudicis: hoc tenuit Ioann. Andre. in capitu. primo. de  
 conſuet. libro ſexto in glo. ſuper verbo rationabilia. quã ſeq-  
 tur Franciſ. ibi & omnes communiter. hoc idem tenuit Arc.  
 in capit. leges. decima diſtinctio. & in cap. fruſtra. viij. diſtinctio.  
 pro qua opinione facit tex. iuncta gloſſ. in dicto cap. primo.  
 de conſtit. in ſex. & tex. in capit. ad apoſtolicam. in verſic. per  
 Episcopum loci veritate cognita, de ſimon. & huiusmodi cõ-  
 16 cluſioni communis opinio ſuffragatur. Secundo † requi-  
 ritur, quod ſit præſcripta, vt dicit text. in ſin. de conſuetudine.  
 Sed aduerte optime lector, quia videtur, quod conſuetudo  
 præſcribi non poſſit, quoniam conſuetudo eſt quid diſpo-  
 nens. præſcriptio vero, reſpicit formatum ius: ex quo quidã  
 iuris ciuilis doctores improbant text. in dicto capit. ſinal. Sed  
 id non ita crude accipitur vt dicit Panormitan. in dicto capi.  
 ſina. quia conſuetudo non præſcribitur: quemadmodum do-  
 minium alicuius rei, ſed cum dicitur quod conſuetudo de-  
 bet eſſe præſcripta, debet intelligi quod ſit obtenta per tantũ  
 tempus, quantum requiritur ad præſcriptionem, vt volunt

ſcriben. in dicto capit. ſina. & Bald. in l. de quib. in oct. oppo.  
 ff. de legi. Alex. conſilio. cxxvj. ſecundo libro.

*Quantum tempus ad conſuetudinem conſiciendam ſit neceſſarium.*

17 See quæro † quantum tempus requiritur: ad hoc, vt con-  
 ſuetudo dicatur præſcripta? ſcriben. variũ fueſe ſuper hoc, va-  
 rietatem tamen eorum in hoc reducemus. Aut enim conſue-  
 tudo eſt contra ius, aut præter ius: aut contra reſeruata prin-  
 cipi in ſignum ſpecialis priuilegii. Primo caſu, tempus qua-  
 draginta annorum requiri videtur: vt late ſcriben. in capi. ſin.  
 poſt gloſſ. ibi. de conſuet. in antiq. glo. in capit. ſina. eodem ti.  
 libro ſexto & ibi Ioann. Andre. in Nouel. & Gem. poſt ipſum  
 Domi. de Rota. in deciſionib. ſuis. deciſione ccccl. in nouis.  
 Archidiacon. in capit. tertio, eodem titulo libro ſexto gloſſa.  
 Pragmatica ſanctio in tit. de cauſis ſuper verb. præſcripta.  
 & iudicio meo eſt tex. in capit. de quarta. & in capitu. audien-  
 tis, de conſuet. in antiq. & in capitu. ſi beneficiis de prebend.  
 lib. ſexto vbi docto. tex. etiam in capit. cum eccleſia Sutrina. &  
 ibi ſcriben. poſt glo. de cauſa poſſeſſion. & proprietaria. Aut eſt  
 præter ius: & eo caſu decennialis præſcriptio ſufficit: ita vult gl.  
 in capitu. ſina. de conſuetud. libro ſexto in verbo conſuetu-  
 do, quæ communiter approbatur. Notatur etiam in capitu.  
 conſuet. duodecima diſtinctio, & Rota deciſione præalle-  
 gata. iuris ciuilis doctores in l. de quibus. ff. de legib. & in au-  
 thentica. quas actiones. de ſacroſanct. eccleſi. Panormitan.  
 late in capitu. ſina. de conſuet. Si tamen huiusmodi conſuetu-  
 do præter ius derogaret iuri alicuius particularis eccleſiæ, tũ  
 non eſſet valida quantum ad huiusmodi derogationem niſi  
 per lapſum quadraginta annorum: vt notat Innocen. in capi.  
 cum dilectus. de conſuetudin. & poſt cum Panormitan. in di-  
 cto capit. ſina. Si vero ſit, aut tendat contra reſeruata principi  
 in ſignum ſpecialis priuilegii, hoc caſu tantum tempus requi-  
 ritur, de cuius initio non extet memoria in humanis, capit. ſu-  
 per quibusdam. de verbor. ſignificatio. Abbas in dicto capit.  
 ſina. de conſuetudin. Et prædicta intellige quantum ad ius ca-  
 18 nonicum, quoniam † ius ciuile ad inducendam conſuetudi-  
 nem aliquam præſcriptionem non requirit per text. in l. de q-  
 bus. ff. de legib. & pro ratione diuerſitatis vide Panormitan.  
 in dicto capit. ſinali columna nona. de conſuetudin. & quæ ſit  
 ratio iuris canonici: & quæ iuris ciuilis, vide totam illam co-  
 lumnã.

*Intes conſuetudinem præſcriptionem differentiã expli-  
 catiõ.*

19 Sed quæri poſſet, quædam eſt differentia † inter cõſue-  
 tudinem, & præſcriptionem? poteſt dici, quod ex præſcriptio-  
 ne tam priuato, quam publico ius quæritur. conſuetudine ve-  
 ro ex vſu communi, & publico licet illud ex publico priuati  
 vtilitatem concernat: communis tamen eſt vti lex, quæ com-  
 munis eſſe debet. capit. erit autem lex, quarta diſtinctio. vt e-  
 nim lege communi quilibet priuatus vtitur, ita & conſuetu-  
 dine, quod non eſt ita in præſcriptione. Si enim ego præſcri-  
 piſſi: alius iure meæ præſcriptionis vti nõ poterit: niſi cauſam  
 habeat à me. vnde ſtat firma conſuſio pro hac differentia,  
 quod vbi cõque conſuetudine quaritur ius cupiam priuati-  
 to: non conſuetudo, ſed præſcriptio dicitur. Item eſt alia diffe-  
 rentia: nam cum conſuetudo ſit lex non ſcripta, in ea non re-  
 quiritur titulus: ſed duntaxat voluatas, ſeu tacitus conſenſus  
 per quem ſolet induci: in præſcriptione vero requiritur ti-  
 tulus, aut aliud, quod vice tituli habeatur. Haftenus de iis quæ  
 ad conſuetudinem requiruntur, vidimus. vnde ſuper hoc q-  
 20 ro. An omnis † conſuetudo valeat: & pro lege ſeruari poſ-  
 ſit? Canoniftæ & iuris ciuilis doctores varie & conſuſe i hoc  
 dubio loquuntur, ex quorum tamen doctrina veritatem bre-  
 ui diſtinctione perſtringemus: aut enim conſuetudo eſt præ-  
 ter ius, aut ſecundum ius, aut contra. Primo caſu: valet con-  
 ſuetudo, vt eſt text. in capit. catholica, & cap. in iis. vndecima  
 diſtinctio. cap. conſuetudo. prima diſtinctio. Secundo caſu:  
 quando cõſuetudo eſt ſecundum ius: non eſt dubium ipſam  
 valere, quod dupliciter procedit interpretando ipſum ius, eſt  
 enim optima legum interpret conſuetudo. capit. cum dile-  
 ctus. de conſuetud. l. ſi de interpretatione. ff. de legibus. Item  
 confirmando ipſum ius ſcriptum. Nam ſæpe allegatur con-  
 ſuetudo, & ius ſcriptum circa vnum, & idem: vt capitulo cum  
 dilectus. de conſuetud. capit. ſopite. de cenſib. Tertio caſu,  
 quando conſuetudo eſt contra ius, aut eſt contra ius diuinum,  
 & non valet, niſi per huiusmodi conſuetudinem diuinum ius  
 d. Io. Nic. Delph. OOOO 4 augea



augeatur, moderetur, vel distinguatur, quo casu valet secundum Innocentium in dicto capitulo final. de consuetudine. hoc enim potest consuetudo: quod potest lex scripta, sed lex scripta ius diuinum morale aliquando diminuit, & limitat, vt in capitulo primo. secunda questione quarta. notat. in capitulo licet vniuersis. de testibus & in capitulo cum eses. de testament. Panor. in capitulo final. de consuetudine. Et breuiter dicere possumus, nisi consuetudo nutriat peccatum, contra quodcumque ius diuinum induci potest, & seruari siue illud sit morale misticum, aut ceremoniale vt est de mente scribentium: & maxime Innocen. in dicto capitulo final. eodem tamen modo quo dictum est alias non valet. Aut est contra ius naturale, & non valet, quoniam naturalia sunt immutabilia, & in eis ius scriptum, aut non scriptum non potest aliquid immutare: quoniam in principio. §. sed naturalia. in finit. de iure natura. gent. & ciui. stricte accipiendo pro in finit. natura. Aut est contra ius positium, & eo casu subdistingue: aut est contra libertatem ecclesiarum, & non valet, per textum in capitulo primo. & capitulo cum inter. de consuetudine. authent. cass. & irrita. de sacrosanctis ecclesiis. C. aut tendit contra utilitatem publicam, & non valet, sicut enim non valet ius scriptum contra utilitatem publicam, ita nec consuetudo. l. final. si contra ius vel vtili. public. C. aut tendit contra priuam utilitatem singulorum, & tunc bene valet consuetudo contra ius, in reuocantibus tamen illis, quae superius diximus necessaria esse ad consuetudinem, & cum iis de iure scripto satis sit, quoniam quantum ad presentem materiam pertinet, reliqua eiusdem loci congruis dispiciuntur.

*Ius seu sit scriptum seu contr. a. art. boni, & aequi esse constat.*

22 Ius ergo siue sit scriptum, siue non, † est ars boni, & aequi. vnde vbi eo edocemur nos habere dominum rei alicuius: aut in re quapiam facultatem, auctoritatem, aut effectum aliquem, dicimus nos habere eum, quod non tantum iuris dispositione nobis competit, sed etiam legitimis aliis à iure concessis causis, ac praemissis vt pacto, consuetudine, temporis praescriptione, ac hominis licita dispositione, vt est glossa in capitulo constitutus, quae est penultima. de religio. domib. quoniam iuris sunt, & tanquam ius seruari debent. Idcirco vbi ius quaeritur facultas, dominium, causa auctoritas aut effectus quispiam in re aliqua, aut ad rem, in persona, aut personam, dicere solemus nos habere ius: vt cum dicimus, est mihi ius eundi, ius petendi, ius retinendi, hoc est facultas, potestas, auctoritas, causa, & huiusmodi, ac ea ratione dicimus, ius patronatus, est facultas, aut auctoritas, patrono competens, iis quae sita modis, superius dinumeratis quibus ita (quasi quorundam praesudiorum loco) positus, transeundum est ad secundam partem nominis nostri compositi, est autem Patronatus. Vnde patronus (si erendum est Alfonso Padiano, vel aliis Grammaticis) idem significat, quod defensor, ex quo quod talem defensionem habet patronus dicitur quo fit, vt ius patronatus idem sit, quod ius defensionis, quod quidem ius imprius patrono conuenit, quae res ex materiae progressu apparebit magis.

*Ius patronatus quid sit, & quodnam patronorum manus.*

23 Ius patronatus ergo est † facultas patrono competens, quae qualis, ac quanta sit, vt videbimus prius tamen bene erit vidisse significantiam huius dictionis patronus, quoniam à patrono patronus, dicitur vel contra, nihil enim interest vtrum alterum dicatur ab altero, & patronus est, qui defensionem praestat personis, aut reb. inde dicitur patronus: hoc est defensor, quando quidem patronorum onus est defensionem rebus ecclesiarum praestare. Idcirco à praecipuo effectu dicitur ius patronatus, quamuis honorem habeat in presentando, quo quidem honore hoc in saeculi tempore priuatur, & contempta est patronorum potior pars, quippe qui nominis significantiam agnoscere non curant: dilapidatores ecclesiarum rerum non cohibendo. Praeterea patronus dicitur, qui ius legitime à patre ductum, vnde cum serui dimittuntur à potestate dominorum, liberi appellantur: & domini mutato nomine, patroni dicuntur, quoniam instar parentum naturalium beros suos genuisse videntur, sopita enim saeculi conditione, in statum liberum ex manumissione dicitur. qua ratione hi, de quibus tractatum facimus, patroni appellantur: ecclesiam enim de non esse ad esse ducunt, & veluti parentes ecclesiam protegent, & ei prouident, aut prouideri curant. c. filius, & ca.

decernimus. xvj. q. vj.

*Patronus ecclesiam non defendens an patronatus iure sit priuatus.*

24 Hic quaeri potest, an patronus, † qui non defendit bona ecclesiae prout tenetur presentandi facultate priuetur? & videtur, quod sic, quia culpa eius ad quem ecclesiae iuribus pertinet, dandum infertur, prout tamen contrarium verius: quia licet culpa patroni non defendentis ecclesiam damnum inferatur, non tamen sequitur, quod patronus priuatione dignus sit: cum satis puniatur alia ratione ex eo, quod si vergat ad inopiam, & ecclesiae facultates ita minute sint culpa, vt dictum est, ipsius patroni, sibi non subuenitur. & sic satis est, quod puniatur utilitate iuris patronatus, quia priuatur. Iniquum enim esset eundem duplici via grauari.

Quia igitur tractamus de iure patronatus in beneficiis: non erit fastidio lectori, legisse, quid sit beneficium, & subsequenter quibus beneficiis ius patronatus accedat. vnde quaero, quid sit beneficium.

*Beneficium quid sit, & quomplex, & an feudum sit beneficium, tum quinque modis (ait) beneficium esse cognoscimus.*

25 Beneficium est † actio beneuola, gaudium tribuens capienti & hoc modo in genere & cum sit, seu confertur ius percipiendi id, quod gaudium tribuit capienti consideratur, & beneficiarii sunt, qui beneficium accipiunt, & appellantur. Quae admodum feudatarii, quoniam feudum beneficium dicitur. Sed feudum est alia species beneficii, & alia beneficium ecclesiasticum, quod quinque modis cognoscitur. † Primus modus cognoscendi beneficium ecclesiasticum est ex persona conferentis beneficium: quoniam de eo non prouidetur: nisi per praelatum ecclesiae, quia licet interueniat aliquando nominatio, aut presentatio per laicum facta superioris tamen, aut institutio, aut confirmatio, est necessaria, alias canonice obtineri non possent. nec dici possent institutio eiusdem canonice per textum in reg. prima. vbi de hoc scriben. de regulis iuris libro sexto. tradit Felinus in capitulo. in nostra. de rescrip. nisi hoc concessum esset laico priuilegio Romanorum pontificis, vt laicus sine superioris institutione prouidere possit beneficio, vacatione eiusdem occurrente, quod priuilegium inferiori à Papa non concedit. & ita intelligatur capit. dilectus le tiers. de praebend. & capitulo final. de concessione praebend. cum ibi not. Secundus † modus cognoscendi beneficium ecclesiasticum est quoniam de eo non prouidetur nisi clericis. capit. ex literis. de transact. capitulo. secundo de institut. capitulo. cum adeo. de rescrip. in antiq. Tertio † modo cognoscitur beneficium ex onere: aut connexitate eiusdem. Non est enim aliquod, quantumcumque modicum beneficium, quod non requirat officium personae, & propter officium dari consuevit. capit. cum secundum. de praebend. capitulo. final. de rescrip. libro. sexto. Quarto † modo, quia dari non potest ad tempus, est enim proprium beneficium, vt perpetuo conferatur. cap. praepcepta. xlv. distinctio. c. sanctorum. vij. distinctio. no. in c. veniens. de filiis presbyterorum.

*Antedictorum tres fallentias ponit, deinde quintum modum, quo beneficium cognoscitur.*

Fallit primo, nisi Papa ad tempus conferat. capit. si gratiose iuncta glossa super verb. à Roman. ponti. de rescrip. libro. sexto. Ratio autem cur solus Papa, & non inferior ab eo possit ad tempus beneficia conferre, esse potest: quia voluntas eiusdem 30 in iis † est pro ratione glossae praesalleg. in dicto capitulo. si gratiose. Quod limita. j. procedere in prouisione, non ex postfacto, 31 quoniam simpliciter † Papa quae à beneficio suo amouere non possit, nisi causa iusta & rationabilis subsisteret, vt copiose tradit Roma. in cons. suo cccxl. Gemi. in capitulo. si gratiose. de rescrip. Fallit secundo, nisi beneficium curatum commendet per inferiorem à Papa. c. nemo deinceps. de elect. libro sexto. Tertio fallit nisi beneficium sit manuale, hoc est amabile ad nutum praelati, quoniam perpetuo per eundem conferri non potest. vide scrib. in cap. cum singul. de praeb. libro. vi. & in c. cum ad monasterium. de stat. monac. Quinto cognoscitur † beneficium ecclesiasticum in modo prouidendi, quia de eo non potest prouideri sub modo, pacto, conditione, aut aliqua re temporali interueniente. Nam a ias esset Simonia. cap. sanctorum. j. quaestio. j. c. quam pio. j. q. ij. ijs ergo omnibus interuenientibus

uenientib. beneficium conferret ecclesiasticum: quo quo nomine appellatur, & pro hoc vult Pet. de Anch. in repetitio. regulæ beneficium. de reg. iur. lib. vj. in ij. col. Fel. in ca. in nostra. versu. restant. de re script.

*Ecclesiastici beneficij causam officium esse ait. Propter enim officium datur (inquit) beneficium.*

Quæ autem fuit causa beneficij Ecclesiastici? & videtur, quod officium. Nam ecclesia vniuersalis æquiparatur corpori humano, in quo multa membra insunt: non eundem actum exercentia, ita in ecclesia multa sunt membra ecclesiam constituentia, & per diuersa officia distribuuntur. cap. singulari. lxxxix. distinctio. cuius ecclesiæ caput est Christus, quia corporaliter in eadem ad finem esse non poterat, in locum sui Petrum supposuit, & eius successores Matth. xvj. c. significasti, de elect. in antiquo. cui idem coadiutores suæ potestatis dedit apostolos, qui in regendo mystico corpore, seu ecclesia, hoc cooperarentur, non quidem æqualiter: sed ordine atque membrum pensato officio. ita ut infima per media, media autem per superiora, superiora verò per summum, in ordinem totius vniuersi administrata, reduci possent, vnaque, & eadem potestas per diuersa membra administrata, per consonantiam vnius corporis in capite resideret. ad hoc est text. in c. per venerabilem. qui filij sunt legit. c. pro humani. de homicid. lib. vj. extrauagan. vnam sanctam. de maiori. & obedi. in extrauagan. Quod initio ecclesiæ abinde hætenus seruatum videmus. Per tres Petri vicarius videns ecclesiam prouincij, ciuitatibusque cõrineri, singulis coadiutores commisit. Extant pro hoc Clemens scripta. in c. in illis verò. Item Anacleti. in c. Episcopi. & Leonis. in c. illud. & ex concilio Laodiceo. in c. non debere. lxxx.

*Spiritualia seminantes metere licet posse salit pro victu necessaria concludit. nam id ius sibi que permittunt.*

Officio igitur in ecclesia ita distincto, æquum imò apprimè necessarium fuit, ut qui officio præfici ètur, ratione oneris temporalia quædam pro victu reciperet, iuxta ea, quæ apostolus ait Galatis vj. Communicet, &c. & Corinthijs ix. Si feminamus, &c. Item eisdem nono. Si alij participes, &c. Item qui plantat vineam, &c. Præterea primæ Corinthijs vij. qui altari seruit, ad hoc Matthæi x. in quamcunque, & Deuteronomij xvij. c. cum secundum apostolum. capi. extirpandæ. de præben. ratione igitur officium datur beneficium. Papa quod si quidem singulis prouincijs, singulis ciuitatibus, & singulis castellis, ministros præfecit, qui in delibus ministrarent, ab iisque decimas primitias, & oblationes reciperet, alterique eadem recipiendi ius nõ esset. ei ergo qui prouinciæ, ciuitati, aut castello præest, ius hoc beneficij competit, non alij. c. ecclesiæ. xliij. quæst. j. Creandi ergo beneficium, in causa fuit officium, & onus. Hac autem beneficia ecclesiastica aut simplicia, aut duplicia quorum præben. declarato facile intelligitur reliquum. Duplicia beneficia ea appellantur, quibus dignitas, personatus, officium, aut animarum cura, connexa sunt. Nunc de dignitate dicamus.

*Dignitas quid sit, & quatuorplex.*

Dignitas ergo quid sit quæro. hæc quæstio est difficilis, non propter se, sed propter varium usum scriben. qui vnum pro alio sæpe ponunt, dignitatem videlicet pro personatu, & personatum pro officio. capitulo cum accessissent. de constituto. capitulo ad aures. de re script. Quia tamen ex proprio significato diuersa sunt dignitas, personatus, & officium, videamus quid sit dignitas, & in quo differat à personatu, & officio. Dignitas ergo est præeminentia in ecclesia cum iurisdictione. Ise enim, qui prærogatiua gaudet cum iurisdictione, dici potest habere dignitatem, secundum Archidiacon. in capitulo. primo. de consuetud. libro sexto. Panormitan. in capitulo de multa. de præben. Aliquando tamen, qui præest sine iurisdictione, dicitur habere dignitatem, quod proccedit ex creatione, seu institutione, ut sunt Archidiaconi Auenici, & in hoc attenditur etiam nominatio, seu appellatio secundum predictos scribentes in locis præallegatis. Eiusmodi autem dignitatis multæ sunt species. Quædam enim sunt sublimes, quædam superiores, & quædam inferiores. Sublimes dignitates sunt Papatatus, & Cardinalatus, secundum glossam pragmaticam in verb. ij. quos, &c. Superiores di-

gnitates dicuntur Episcopatus, ut colligitur ex text. in capitulo in cunctis. de elect. Inferiores verò dignitates sunt omnes prælatuæ post Episcopatum. ut dictum est, dignitates ex creatione, aut institutione, quæ nullam habent iurisdictionem. capitulo in cunctis. §. inferiora. de elect. ex quibus quædam dicuntur electiuæ, & quædam collatiuæ, electiuæ quibus per electionem prouideri debet, in qua seruari necesse est formam. capitulo. quod propter. de elect. & electione facta, necessaria est superioris confirmatio. no. gloss. in clem. quia contingit. §. ut autem. in ver. electionem. de relig. domi. Card. in clem. j. §. ad hoc. de præben. glo. prag. in tit. de elect. in verb. electio.

*Electiuæ dignitates, quæ sint.*

Sed quæro, quæ dicuntur illæ in quibus prouideri debet per electionem scriben. & maxime glo. Inno. lo. Andr. & Bur. in cap. quapropter. de elect. Nic. Mil. in teperto. suo in verb. elec. tunc demum, &c. dicunt Episcopatum, & Abbatiam, aut principalem ecclesiæ collegiatæ dignitatem, quæ cõistoriales appellantur, quoniam cõistorio referuata sunt, & per idem ius prouideri solet, dum tamen Abbatia sint virorum, & excedant valorem ducentorum ducatorum. Lud. Gomes. in regul. cancel. appel. in regul. de surrogandis colligant. & prouideri per cedula. ut per eum ibi. De ijs tamen dignitatibus, siue excedant, siue non, vbi occurrit earum vacatio, prouidetur hoc tempore ad præsentationem, seu nominationem Christianissimi Regis, cui hoc apostolico priuilegio concessum est, ut in titulo. de regul. nominatione. per totum in concordia.

*An ex concordatis, an verò ex iure communi ius nominandi Regi Christianissimo competat. Et quod à regibus Francia plerique sacri Pontifices facti captiui liberati sunt.*

Sed quæro, an illo iure concordatorum duntaxat huiusmodi priuilegium nominandi, seu præsentandi cõpetat Christianissimo Regi? dic quod non sed iure communi. licet enim prohibeatur principibus, & quibuslibet laicis electionibus interesse, ut in capitulo. nullus laicorum. lxiij. distinctio. & capitulo. Valentinianus. licet licet fauore regio, aut superioris potestatis prohibeatur fieri electio, quia fieri debet auctoritate apostolica, seu seruata iuris forma. capitulo. porro. lxiij. distinctio. & licet irrita sit electio, seu ecclesiarum prouisio à principibus facta: ea omnis electio. eadem distinctio. capitulo. cum terra. de electio. tamen ad hæc facilis est responsio. quia hoc non habet obstare. Primum cum prohibeatur inter essentia. Item quod nõ debeat fieri prouisio fauore regio. Item quod prouisio seu electio facta à principe sit irrita: quia loquimur in priuilegio concesso, tam iure concordatorum, quam communi, & antiquissimo iure in præambulo prouisionis dignitatum, quod præambulum parum vel nihil, iuris præbet. Et sic contraria loquuntur in longè diuersis terminis. & huiusmodi priuilegium propter causam, quæ non cessat concessum extitit, non enim ex mera liberalitate, aut coactione huiusmodi priuilegium regibus Francia datum fuit: sed ex causa benemeritorum præcedentium adhuc durantium: quod propter tuitionem Romanæ ecclesiæ, & eiusdem protectionem cõcessum fuit. Quis nescit Papam sæpissimè, & hoc tempore captiuum factum à principibus nonnullis per Regem Francia, aut sua potentia restitutum? Clemens huius nominis septimus rei veritatem testificari posset. Præterea Leonem, Adrianum & alios complures restitutos, hoc in promptu etiam ex capitulo. Reatina. lxiij. distinctio. & ex capitulo. nobis eadem distinctio. ex quo canone sumpta est forma, qua utitur Christianissimus Rex Francia in nominatione ad dignitates. qui textus loquitur in Rege Francia, & fratre eius, qui erant tunc Imperatores occidentalis Europe. Item prior accedat textus. ad hoc. ex capitulo. Adrianus. eadem distinctio. sexagesima tertia. vbi ius nominandi Pontificem, non tantum in vrbe Romana, sed in alijs prouincijs à summo Pontifice, & rota synodo, iisdem Imperatoribus, & regibus Francia conceditur. ut licet videre in dicto capitulo. Adrianus. §. insuper Archiepiscopos. eadem distinctio. Nec obstat, quod dici possit dispositionem illius iuris antiquissimi reuocatum esse, quia priuilegium fuerat concessum à Papa, & toto concilio representante vniuersalem ecclesiam regibus Francia, & sic non personæ, sed dignitati, quæ dignitas non moritur, & licet per aliquem ex regibus Francia fuerit huiusmodi priuilegio re-

gio renuntiatum, illud tamen facere non potuit in præiudicium successorum, quoniam non sibi ipsi, sed dignitati concessum extiterat, quod nuper à Leone Papa, & inde ex communibus Lateranen. concilij conclusionem, ac demum per Clementem confirmatum fuisse omnibus patet. vnde non infuso, sed ad iterceptam redeo. Illa ergo dignitas dicitur electiua, cui dum occurrit vacatio eiusdem, per electionem eiusdem prouideri necesse est seruata forma capituli quia propter, alijs dici non potest electiua, quantumcunque prouiso ad capitulum seu collegium spectet, quia collatiua dicitur beneficia, quibus sola electio sufficit ad collationem, de hoc est glossa in verbo electi, de electi. in pragma. Myl. in repertorio suo. in ver. electi. tunc demum, & in verbo electio, quando non requirit, in litera e. vnde nisi sit episcopalis dignitas, aut abbatialis, aut prima in ecclesia collegiata, non dicitur electiua, vt per Myl. in loco præallegato, post gl. Innoc. Ioannem Andr. & Butri. in cap. quia propter. de elect. adde Feli. in capitulo in nostra. versicu. xxxij. de rescrip. & hæc de dignitatibus.

*De personatibus hic agitur, & quod sint sine iurisdictione,*

52 Nunc videamus, quid sit personatus. Personatus est quædam prærogatiua in ecclesia sine iurisdictione, & administratione, quæ enim cæteris canonicis, aut collegio præest diraxat, nec iurisdictionem, aut administrationem aliquam habet, personatum dicitur habere & cognoscitur, secundum Archidiaconum in cap. primo de consuetud. lib. sexto, & Ioan. Andr. in nouella, & Gemi. libi. & Panormita. in cap. de multa. de præben. in antiq. Quando aliquis habet prærogatiuam in choro, in capitulo. in optionibus, in processionibus, & in vocibus dandis, præ cæteris canonicis sui ordinis, & tamē qui prærogatiua gaudet, & obtinuit personatum non tãta prærogatiua potitur, quantum quid dignitatem obtinet, siue sit ex consuetudine, creatione, institutione, & beneficii.

*Officium in ecclesia quid sit,*

Nunc superest videre, quid sit officium, & officium dicitur administratio quædam eorum, quæ sunt capituli, cum præminetia, sine iurisdictione. qui enim administrationem huiusmodi habet, cum præminetia seu prærogatiua, ita vt cæteris canonicis præsit, officium dicitur habere, vt vult Gemi. in dicto cap. j. de consuetud. & scriben. in præallega. capitu. de multa. aliquando officium est administratio simplex, sine aliqua præminetia, aut prærogatiua, vt exemplo esse potest syndicus, aut ecclesie procurator, & est de mente Panormita. in dicto cap. de multa, in sexta conclu. nume. ij. Ioan. Andr. & Gemi. in dicto c. j. de consuetu. lib. vj.

54 Beneficia ergo, quibus non est annexa dignitas, personatus, aut officium, aut sacramentorum administratio, quæ in superioribus comprehendere potest, dicuntur esse simplicia, & dictorum accidentium ratione compatibilia, & incompatibilia dicuntur, quoniam simplicia compatibilia inter se sunt, posunt enim plura ab vno de iure obtineri, dummodo statuto, fundatione, aut consuetudine residentiam non requirant personalem. c. gratia de rescrip. lib. vj. vbi gl. in verb. de iure. & ibi scriben. cle. gratia. cod. ti. in clem. gl. etiam in extrauag. execrabilis in verb. de iure. abique dispensatione in extrauag. Io. xxij. & gl. in verbo per hoc autem, in eadem extrauag. super verbo quæ alias. in extrauag. communib. quam vide. est enim magistra, & notabilis, nec præmittenda pro hac materia. vide et gl. in verb. cum alia. & non liceret in alia extrauag. notant scriben. in c. cum iam dudum. & in c. extirpanda. §. quæ vero. de præben.

*Beneficia compatibilia quæ sint, item quæ incompatibilia. Illa simplicia dici possunt hæc duplicia.*

55 Sed quæ sunt illa simplicia & compatibilia, quæ in pluralitate ab vno possunt obtineri? dicuntur sunt rurales prioratus, & præbendæ, seu canonicatus ecclesie cathedralis, vel collegiatae, & capellanæ. At contrariū, vide pro responsione ad rationes adductas per Zabarel. in clem. gratia. de rescrip. in cle. reliqua verò beneficia suprema, & quibus dignitas, personatus, aut officium, siue sit in sacramento, aut administratione, siue bonorum capituli annexa sunt, duplicia dicuntur, & incompatibilia adinuicem: quoniam inter se non compatiuntur, non enim potest aliquis abique dispensatione apostolica duo huiusmodi simul retinere. capit. de multa. capitulo cum iandudum de

præben. cum similibus.

*Incompatibilia, quædam superiora dicuntur, quædam non superiora, vtraque verò quænam sint, hic videt, & an plura possint obtineri.*

Sed quæ sunt hæc superiora, & duplicia? dicuntur superiora esse episcopatus, duplicia verò inferiores dignitates, personatus, officia, & beneficia, quibus animarum cura annexa est: vt iam diximus. plura tamen vniuersa sub eodem recto, licet simplicia sint, obtineri prohibetur, capit. literas de concessione præben. glo. nota. in cle. si iuxta. in verb. vacabit. de præben. in clement.

58 Sed quæro, an consuetudine possit induci, vt quis plura incompatibilia possit obtinere? dicuntur non per text. & ibi scriben. 59 in c. j. de consuetud. lib. vj. Quæro, an appellacione beneficii comprehendatur quodcunque, qualecunque, ac quantumcunque beneficium? dicuntur sic per c. tua nobis. de verb. sig. regula beneficium. de reg. iur. lib. vj. & ibi doctores. Feli. in c. postulasti, in num. iij. de rescrip.

*Pensio an sit beneficium, quod autem sit sequenti numero manifestum sit.*

60 Sed quid de pensione, an veniat appellacione beneficii quæritur? distinguitur aut quæritur de beneficio in genere sumpto, quod est, vt superius vidimus beneuola actio gaudiū tribuens capienti, & dici potest beneficium. Aut quæritur, an veniat appellacione beneficii ecclesiastici, & dici potest quod non. Panorm. in c. ad audientiam. vbi Feli. latè post eum Dominic. in c. quamuis. de præben. lib. vj. glo. in Pragma. in tit. de colla. versu. Item, quod vniuersitates, super verbo beneficiū. Petr. Rebus. in tract. de pacificis possessorib. nu. 114. ratio autem, cur dici non possit beneficium ecclesiasticum, vt quod non veniat eius appellacione, assignari potest, quia qualitates, quæ requiruntur ad hoc, vt beneficiū dicatur ecclesiasticum, non concurrunt in pensione, vt per prædictos doctores Panorm. & Feli. & alios in locis præalleg. Quæ autem sint huiusmodi qualitates, superius copiose deductum fuit, idcirco non repeto.

*Pensio quid sit, eiusque diffinitionis explicatio.*

Sed quia oportune interponi potest diuerticulū tractatus de pensione, eò quia de ea mētio facta extitit, idcirco quæro: 61 quid est pensio? Respondeo pensio est certa portio ex aliqua mensa, vel fructibus beneficii ex causa ad tempus, aut imperpetuum separata. Doctores tamē, vt Card. Inno. & ceteri, in cle. j. de suppl. negli. præla. & Rebus. in tit. de pacificis posses. nu. 95. alter diffiniunt, dicunt enim pensio est certa portio ex aliqua mensa, vel beneficio: ex causa ad tempus, non in perpetuum separata, quæ diffinitio communiter probatur, licet restringatur duntaxat: quatenus est commodū temporale. Tu tamen lector optime, vt tranuis accipito, illi suam tuentur, nos pro nostra pugnemus, quæ generaliore altera fecimus. Posuimus enim in diffinitione eiusdem, vbi illi beneficio, nos fructibus beneficii, & hac ratione, quoniam non super ti. beneficii assignatur pensio, quo mediante dicuntur habere ius percipiendi fructus dependentes ab huiusmodi titulo, & beneficium est quid continēs vtrūque, ergo commodius posuimus fructibus, fructus enim beneficii scindi possunt, sed non titulus, aut ipsum beneficium, quod si scinderetur ab eo, qui hoc potest non pensio, sed aliud beneficium diceretur sicut dicimus de prioratu, & vicaria perpetua eiusdem: nec enim vicaria dicitur pensio, sed beneficium: & quod prius vnum, nunc duo beneficia existunt.

Item in nostra diffinitione posuimus, aut imperpetuum, eò tra dictorum scribentium diffinitionem, aut imperpetuum, quoniam pensio non solum assignatur temporalis, sed perpetua, non tamen personæ, sed loco, vt in terminis. c. constitutus, de religi. domi. Reliquas autem partes diffinitionis tam ex dictis prædictorum scribentium, quam ex ijs, quæ sequuntur patebunt.

*Pensio vnde dicatur, quod duplex sit, quomodo, & propter quod constituitur: & quid in constituenda requiratur.*

62 Secundò quæritur, vnde dicitur pensio? & videtur dici à pendo: quia est certa portio pendens ex fructibus. & c. Aur dicitur à pendo, quod verbum significat soluo, & ex hoc propriè deducitur pensio.

Tertio

Tertio quæro: quomplex est pensio duplex, licita, ac illicita. Licita est ea, quæ propter causam licitam, & honestam, ut alicui capaci detur, ex redditibus beneficii constituta est, ut in casu. c. ad audientiam, secundum scriben. ibi de rescri. ca. conquerente, de cler. non resi. vbi Panor. & cap. quantumvis, de præben. lib. vj.

*Adde quod requiritur.*

64 Primò, ut capaci beneficii constituatur: scribentes exemplificant ex tex. cap. extirpandæ. §. qui verò. ver. illud autem. de præben.

Secundò requiritur, quod sit constituta in quantitate. & non in quota: quia si in quota fructuum, ut pote in tertia, aut quarta parte, fesset scindere beneficium, contra concilium Turon. c. maioribus. & c. tuæ fraternitatis, de præben. & c. de cætero. de transact.

Tertio requiritur, quod pensio fiat cum causa rationabili, sicut enim causa iusta, & rationabilis requiritur in alienatione rerum ecclesiasticarum, aliàs non valet gl. & ibi Pan. in c. j. de in integrum restitutio. sic & in pensionis impositione: quia est quædam alienatio: diminuitur enim redditus beneficii propter ipsam. c. nulli. de rebus ecclesiæ non alienand.

Sed queritur, quas causas dicemus iustas & rationabiles: gl. in summa xij. q. ij. quatuor causas enumerat, ut pote, propter necessitatem, ut in casu. c. si propter. de rescrip. lib. vj. Item propter utilitatem. c. terrulas. xj. q. ii. ca. per tuas. de donatio. Item pro bono pacis. cap. nisi. de præben. Item si assignetur pensio propter pietatem, ut quia assignatur, ut ad pios applicet usus, ut in casu. ca. aurum habet ecclesia. Latè Oldra. consil. ccxxvj. Quidam episcopus. Faciunt quæ no. in c. fraternitatem. de donatio. & vbi huiusmodi causæ interueniunt, aut earum altera, licita dici potest pensio.

*Positio ante nonnullis ad pensionem constituendam requisitis limitat: illa ut non sint necessaria in Papa. Huius enim sola simplex voluntas est ratio.*

67 Limita tamè ista non procedunt in Papa. Ipse enim omni causa cessante, ex libito suæ voluntatis pensionem imponere potest. ut pulchrè Fel. in c. ad audientiam. de rescrip. nu. a. 3. & 4. Ratio autem cur prædicta non procedant in Papa, & quod ipse pensionem possit imponere sine causa est, quoniam vbi Papa disponit contra ea, quæ sunt iuris positivi tantum non fundatur in ratione naturali, vel diuina: sed tunc sola ipsius Papæ voluntas sufficit pro ratione, & pro causa. Sicut enim multa statuit in quibus sola voluntas sufficit. ut latè idem Fel. in dicto capitulo ad audientiam. de rescrip. le. second. quod maximè procedit in hoc casu, quia Papa liberam in beneficiis habet potestatem. c. ij. de præben. lib. vj. cle. j. ut lite pendente in clem. glo. in cap. si gratiosè. de rescrip. lib. vj. & ibi Gemi.

Quando autem Papa possit contra ius posituum fundatum in ratione naturali, vel diuina, aut contra conciliorum dispositionem, (quoniam extraneum esset hoc intermiscere) viderit lector gl. vulga. in c. non est. de voto. & in c. veniens. in prima gl. ad finem. de fili. presbyterorum. & gl. in c. si qui. lxxxj. distin. notant scriben. in c. postulasi. de rescrip. tradidit Inn. etiã in c. ij. de renūtia. & in c. cum ad monasterium. Fel. in c. quæ in eccles. de consil. & copiosè. in d. c. ad audientiam. & in c. dudum. le. second. de electio. Pan. in c. de multa. de præben. & in c. cum ecclesiastica. de excess. præla. & in c. conquerente. circa prin. de cler. non resi.

*Admonitio est, interdittam Pontificis voluntatem in pensionibus constituendis procedere in terris Regis quatenus tribus causis hic enumeratis est immixta.*

Aduerte tamen lector optime, ne fallaris, quoniã hæc non ita procedunt, ut locum habeant in ecclesia Gallicana, quia licet in Papa non requiratur causa iusta, vel rationabilis, tamè si pensio imponatur super aliquo beneficio absque vna ex tribus sequentibus causis, non valet, nec admittitur. Et de hoc lata fuerunt multa arresta in parlamenti huius regni.

69 Prima ergo causa est, ut pro bono pacis & causa litis finiendæ constituatur. iuxta dispositionem capituli nisi. de præben.

Secunda causa imponendæ pensionis est, cum in beneficii renuntiatione retinetur pensio, nec resignans ex huiusmodi renuntiatione nimium dispendium patitur.

Tertia causa est, cum imponitur pensio in permutatione pro æqualitate valoris beneficiorum faciendæ, ut scilicet superpleatur ex vno quod in altero est minus.

*Quantum in pensionis constitutione requisitum.*

70 Quarto requiritur, quod impositio pensionis fiat auctoritate eius, qui hoc potest. sed quæro, qui potest pensionem imponere: dic Papam aut Episcopum posse imponere, vel alium ab eisdem auctoritatem habere. Sed aduerte, quia hoc non vno sed diuerso modo possunt: nam diximus superius in tertio requisito causam in huiusmodi impositione necessariam, & potissimam esse in Episcopo. vnde distingue, aut pensio imponitur à Papa, aut ab Episcopo. si à Papa, tunc subdistingue: quia aut Papa utitur potestate absoluta, aut ordinaria. si absoluta, dubium non est, quin Papa etiam sine causa, & non vocato eo cuius interest, hoc possit: habet enim liberam, & plenissimam in beneficiis potestatem, ut proxime vidimus per c. proposuit. de concess. præben. c. ij. de præben. lib. vj. & clem. j. ut lit. pend. de qua quidem potestate uti solet, cum expeditiones fiunt per cameram. licet in hoc regno hæc non admittantur, ut diximus proximè.

Aut utitur potestate ordinaria: & tunc quoniam eã viam eligendo, adstringitur ad iuris communis, & positivi obseruantiam, sicut quilibet ordinarius inferior, quam viam elegisse videtur, si faciat aliquem actum more ordinariotum, ut si mandet citari pariem, & huiusmodi secundum Oldra. consilio ccxxvj. Ancha. consilio xciiij. qua via uti solet Papa per cancellariam, & eam secundum regulas à se, aut à prædecessoribus suis editas exercet. & de hoc Lud. de Rom. in consilio cccxix.

Aut imponitur ab Episcopo, & non potest sine causa: aliàs pensio est nulla secundum scrib. & maximè Fel. in d. c. ad audientiam. de rescri. c. constitutus. de reli. domib. Oldr. & de Ancha. in consil. præall. In quibus, autem casibus inferiores à Papa pensionem imponere possint, vide scriben. in c. nisi. de præb. & Pan. in c. vbi. de ijs quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. vide Pau. Ro. in tract. de pot. q. j. & q. iij.

*Quantum in pensione constituenda requisitum, & qua dicatur intollerabilis pensio.*

71 Quinto requiritur, quod sit tolerabilis, & honesta, & quod non sit excessiua, quoniam reduceretur, & reformationi esset subiecta: si intolerabilis, & excessiua esset. secundum Abb. in d. c. conquerente. facit c. proœmium. de censib.

Sed quam dicemus intolerabilem & excessiuam? dic quod pensio nimium grauans ecclesiam, ad eò quod rector non possit incambentia onera sustinere, quod superioris arbitrio relinquatur, qui modificare pensionem potest, non tantum per viam iustitiæ sed etiam ex mera gratia, & suo motu proprio: vidèdo. s. plenitudine potestatis, quod potest apparere: si reformatione: aut modificatione pensionis apponatur, quod id ex certa scientia, aut motu proprio facit. ut est glossa nota. in c. ad hoc. de rescrip. sicut enim consuetudo, quæ nimium grauamen ecclesiis infert, inefficax est. c. j. de consuet. ita in simili dicemus de pensione, eo quod eadem ratio militat in pensione, quæ in tali consuetudine, & quia ex hoc pensiones reformabantur, & reducebatur noua praxis pensionis imponendæ introducta est. ut potè, quod pensio tertiam fructuum partem seu valorem eiusdem non excedat, quæ etiam assignari solet, non per viam quote, & ita iudicatur in ecclesia Gallicana. & de hoc multa arresta à supremis curijs lata sunt.

*Sextum requisitum, ut fraus cesset iuxta dispositionem Clementine hic inserta.*

Sextò requiritur, quod pensio non sit constituta in fraudem iuris, ut in terminis. c. extirpandæ. §. qui verò. ver. illud. de præb. & potest formari casus in filio sacerdotis, cui obstat iuris dispositione, & maximè constitutione Clementis septimi, pater non potest renūciare beneficio in quo administravit mediare, vel immediate. quæ constitutio sic incipit.

#### CLEMENS EPISCOPVS.

Tenore præsentium constituimus, & ordinauimus, quòd de cætero filij presbyterorum ex fornicatione nati ecclesias cathedrales, etiam metropolitanas, ac monasteria, quibus eorum patres præfuerunt, seu illa, & illas dignitates, etiam maiores,



maiores, & principales personatus administrationes, & officia, etiam curata, & electiua, & alia quaecunque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura secularia, & quorumvis ordinum regularia, quae presbyteri, & clerici, ac &c. religiosi, &c. patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu ut alijs perpetuo vnita, aliquando obtinuerunt, nullo vnquam tempore quomodo obtinere possint, nec cum eis dispensare intendimus super hoc. Et si quas dispensationes per nos concedi contigerit, tanquam per praecipuum, & contra mentem nostram concessas, eis nullatenus suffragari, talesque dispensationes nostris volumus exulare temporibus, & quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus, &c.

Hac quidem constitutio est, in viridi obseruantia: & deam non dispensatur etiam per cameram: vnde si presbyter spurio suo curaret pensionem assignari, resignando beneficium suum alteri, huiusmodi pensio tanquam facta in fraudem iuris non valeret, & cassari posset, seu declarari posset cassa, & irrita, talemque in primo requisito.

Nec mireris autem lector Optime, si hic huiusmodi constitutionis tenorem inserere volui, quoniam noua est, & in his partibus nondum typis mandata. de hac autem pensione in fraudem iuris constituta, vide Abb. in c. ad audientiam, de rescrip. & in c. extirpanda, in fi. de praeb. & in c. conquerente, de clericis non res. Moder. in d. c. ad audientiam, & maxime Fel. & est casus in c. audiuius, de collusio, deteg. & in clem. j. §. eadem, de supplen. negli. praes. in cle.

### *Pensio super quo fit constituenda.*

Quarto quaero, super quo constituitur pensio? Respondeo super fructibus, aut redditibus beneficii. Non autem super re, aut titulo; quia (vt dictum supra) hoc esset scindere beneficium, contra dispositionem concilii Turonen. & alia ratione: quia si super iure, non diceretur pensio, sed beneficium: quod fieri solet, cum separatur exercitium curae animarum a principali titulo beneficii, & exigitur vicaria perpetua: & sic beneficium ecclesiasticum, vt etiam videri potest in diffinitione, fit etiam cum pingue beneficium scinditur a Papa: & de vno fiunt duo: ex quo multa dubia soluantur.

### *Pensio an sit beneficium.*

74 Primum, an pensio sit beneficium? credo, quod non, vt enim visum est, non venit appellatione beneficii: quia in sola temporalitate consistit, illa siquidem ratione tituli spiritualia sunt, haec autem, quia super temporalitate constituuntur, nihil spiritualitatis habent, c. praeterea, le premier, & c. ij, de transact. vbi doct. & gl. in tit. de colla. §. item, quod vniuersitates, in pragma, scribentes, in c. ad audientiam, de rescrip. & maxime Fel. ibi in v. colum. num. v. Arch. in c. quamuis, le premier, de praeben. in vj. vnde de vno ad aliud bona non nit illatio, quoniam diuersa sunt, & ex diuersis inferri non solet, c. ij, de transact. episcopi. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. si. ff. de calumnia, scribentes in c. cum Martinus Ferrariensis, de consti. & in c. ad audientiam. Item illa, quae de essentia beneficii debent interuenire, antequam dicatur beneficium, non concurrunt in pensio, vt ex superioribus potest colligi, cum de beneficio agebatur, quae hic referre superfluum esset.

### *Beneficio propter delictum, vel alias vacante, an vacet pensio.*

75 Secundum dubium est: an quia beneficia propter crimen, aut ob aliam causam, vt prope ob non promotionem, vel propter defectum aetatis, & huiusmodi, vacare dicuntur, pensio vacet, sicut beneficia, an potius extingatur? ex superioribus, deciditur, quod non tamen in vno casu, in defectu aetatis, scilicet dubito: quoniam pensio constituta minori censetur esse constituta in fraudem iuris, secundum Cardin. Zabarel. in clem. j. de supplen. negli. praes. Lodo. Goye. in reg. Cancel. in regul. de intr. resig. q. xvj.

76 Tertium dubium, an habens pensionem an horas canonicas tenetur, sicut obtinens beneficium, vt in c. si. de rescrip. lib. vj. scriben. communiter. in c. j. de celeb. missa, tunc dicuntur, quod non, quia alia ratio est in beneficio, quam in pensione: illud enim dari solet pro officium, vt superius dictum est, dum loquuti fuimus de beneficio, & c. cum secundum apostolum, de praeben. cum similib. alleg. in loco praedicto. Sed pensio non est beneficium, nec venit appellatione beneficii, ergo, &c.

Et aduerte, quia si habens pensionem teneretur ad officium,

sequeretur, quod vnum beneficium posset multos obligare ad officium. Nam ex fructibus beneficii vnus, quis potest teneri multis ad pensionem, vt vidi in facto super quadam praebenda Auenicenf. ecclesiae, super qua tribus erat assignata pensio, vnde si ita esset, sequeretur, quod quatuor essent obligati ad officium propter vnicum beneficium, scilicet, titulum obtinens, & tres pensionarij, solus ergo is, qui titulum obtinet, ad officium obligatur: non autem obtinens temporale: quod cadere potest in laicum.

### *Pensio an sola voluntate remittatur, an vero necessaria sit eius voluntas in solutione, cuius in constitutione.*

77 Quartum dubium est, an pensio ex sola voluntate remitti possit sine papae, aut alterius beneplacito, videretur dicendum, quod non, quia in eius assignatione necessaria est eorum auctoritas, vt superius visum est, vnde sicut in assignatione requiritur papae, aut episcopi voluntas, ita & in dissolutione, reg. omnis res, de regulis iuris, in antiq. & cuius est ligare, eius est soluere. Contrarium tamen puto ex sequentibus verius.

Primo ex superioribus, ex quibus hoc dubium solui potest, sicut & reliqua soluantur. Item alia ratione: quia quemadmodum extinguitur pensio sola voluntate obtinentis, cum is moritur, quia tunc verè dicitur finiri voluntas percipiendi pensionem, pari modo dicemus: cum ante obitum obtinens voluntatem declarat, item alia ratione, quia pensio contractui aequiparatur. Lodo. de Roma. in c. si. ccclix. & Lodo. Goye. in reg. praes. leg. eadem quae sit, qui contrahentium voluntate perficiuntur, ac eorundem voluntate dissoluantur, iuxta praes. allegatam iuris regulam, Omnis res per quascunque causas nascitur, per eandem dissoluitur.

78 Nec obstat, quod dicimus auctoritatem superioris necessariam esse in impositione pensionis, quoniam illud requiritur non facile grauumen ecclesijs imponi possit, quod fieret, si inconsulto superiore pensio assignari posset, vnde (vt ex iis apparet) non sequitur necessaria est superioris auctoritas in impositione pensionis, ergo & in extinctione: quia eadem ratio non militat in extinctione, quam in assignatione. Itè nec obstat alia ratio de auctoritate papae, quia non quaeritur, an papa possit, vel non? sed quaeritur, an eius auctoritas sit necessaria.

### *Pensionarius impetrans beneficium, an debeat facere mentionem pensionis.*

79 Quinto quaeritur, an in impetratione beneficii sit facienda mentio de pensione, quam impetrans obtinet? distinguitur, aut in forma communi sit impetratio: non autem in terminis. c. si pauper, de praeben. lib. vj. & non est facienda mentio. Ratio est, quia pensio non est beneficium, vt superius vidimus, & tex. in c. si motu proprio, loquitur de beneficio, non de praes. timonio. Aut pensione etiam si esset huiusmodi pensio assignata in beneficium: quia quomodocunque sit, non venit appellatione beneficii ecclesiastici: & maxime in nostris terminis, per c. quamuis, le premier, de praeben. lib. vj. nec potest fieri extensio seu ampliatio, ita quod largo modo sumpta veniat appellatione beneficii: quia non intelligeretur de beneficio ecclesiastico, eo quod dispositio dicti c. si motu proprio, verbi. seus autem, est odiosa, & ideo restringenda, regula Odia restringi, de regu. iur. lib. vj. ita vult Fel. in capi. postulasti, colum. j. numero octauo, in verb. tertia declaratio. Myl. in reper. in verbo gratia, ibi gratiam beneficii impetrans, Petrus Rebus, in tracta. de pacifi. possessoribus, in ver. Nona conclusio, de pensio. ix. quem vide.

Limita verò supradicta procedere in secularibus, quia pensio locum beneficii obtinet in religiosis praesertim Benedictinis, & incompatibilis est cum beneficio, vide constitutionem Be. Benedicti. xij. quae Benedictina vocatur, in tit. de pens. c. viii. vnde de ea religiosis mentionem in impetratione facere tenetur, non quidem ea ratione: quod veniat appellatione beneficii, itè si impetratio sit in forma pauperum, vt in terminis, c. si pauper clericus, mentio facienda est de ea in impetratione, & ratio est, quia est talis qualitas, quae expressa in impetratione impediret pensionem: quia faceret cessare rationem, quare prouidendum sit clericis pauperibus, sicut etiam cessat, quando clericus obtinens amplum patrimonium petit sibi prouideri iuxta terminos dicti cap. si pauper: ita vult Fel. in loco praes. allegato.

### *An pensio possit transferri in aliam personam.*

80 Sexto quaeritur, an pensio possit transferri de persona in personam.

personam? dic quod sic. Papæ tamen autoritate, & placito interueniente, quod tutum non est, nisi durante vita transferentis, nec facile concedi solet: quoniam est quoddam grauamē ecclesijs, & quodammodo contra naturam. Pensionarij enim officium non præstant, propter quod beneficium datur: & tamen commodum percipiunt. vnde tum propter inconueniens, tum vt grauamen ab ecclesijs cuitetur, & ampliatio seruitutis rescindatur, & augmentum diuini cultus producat, non conceduntur. Et merito secundum Lodo. Goy, in regul. de infir. resig. q. xvj.

*In pensione constituta certa specie pecunia nominata, an in alia possit fieri solutio distinguere, vt hic.*

Septimò queritur, in assignatione pensionis positum fuit. Reseruata sibi pensione, &c. viginti ducatorum auri de camera 82 ra, &c. & sic cetera species pecuniæ expressa est, an pensionarius cogatur recipere pensionem in alia specie ad valorem viginti ducatorum auri de camera?

Aduerte lector, quoniam hæc quæstio est subtilis, & habet aliquantulum difficultatis. Et pro resolutione, distingue. Aut enim post constitutionem pensionis huiusmodi, quæ ex partium consensu, & superioris autoritate constituitur, species pecuniæ expressè reprobatur omnino, & hoc casu subdistingue, aut reprobatio huiusmodi accidit antequam debitor esset in mora soluendi, & tunc creditor tenetur recipere pecuniam specificatam. Ratio est, quia licet genus functionem recipiat, non tamen species, prout in casu nostro. & durum esset sine culpa pensionarium grauari, vbi tenetur ad pensionem de certa specie pecuniæ. Aut post moram debitoris, & tunc quia periculum est debitoris, tenetur soluere pensionem secundum valorem monetæ specificatæ. & ita intelligendi sunt tex. in c. olim. & in c. cum canonicis. de censib. quod locum habet, non solum quando est omnino reprobata, sed et quando in parte: vt si cuditur noua in alia bonitate intrinseca: vt puta in meliori pondere, aut in alia forma, prout fit quotidie, & vetus cursum habet cum noua, donec reperitur. eo enim casu fiet solutio secundum æstimationem veteris monetæ currentis tempore constitutionis pensionis & sic tempore obligationis contractæ. Et in hoc casu, quando verus habet cursum cum noua, non attenditur, an debitor sit in mora, vel non. Si verò cursum veteris monetæ specificatæ esset etiam reprobatus, tunc distinctio superius facta habeatur, vt si post moram debitor ad æstimationem antiquam, si ante creditorem veterem reprobata, & cuius cursum reprobatus est, recipere teneatur.

Aut pecunia specificata est mutata in extrinseca bonitate, vt in valore, prout fit quotidie ad principis nutum, & voluntatem, & hoc casu subdistingue.

Aut enim loquimur in contractu, aut in vltima voluntate, aut in lege, aut in impositione pœnæ per legem, aut per sententiam. Primo casu tempus contractæ obligationis attendi debet, vt pecunia specificata soluat in ea bonitate intrinseca: hoc est in eo valore, liga & (vt verbis vulgaribus vtēdo) missa cuius erat tempore contractæ obligationis, iuxta no. in l. cum quid. & l. vinum. ff. si certum petat. & pro hoc est tex. in c. conque. ente. vbi gl. & doct. post eam, de offi. ordi. Panor. in c. olim. & c. cum canonicis de censib. Pet. de Anch. in cle. si bonæ fidei. de deci. in cle. Pan. in consi. lvj. Spec. in titu. de solu. vers. si nunc aliqua circa finem. Romanus iū consi. cxxij. Bart. in l. Paulus. la premiere. de solutio. Bal. in l. illud de sacrosanctis ecclesijs.

*Supradictorum limitatio, siue declaratio hic ponitur. vide quia pulchra sunt.*

Hoc tamē intellige si in eadem specie reperiri possit. Si autem inueniri non potest, soluat æstimatio (vt dictū est) antequam obligationis tpe. Quod falsum, nisi in noua, & eius valore quod hoc per solutiones factas sit præscriptum, vt d. c. cōquerente. Ratio autem quare attendi debeat valor, qui erat in pecunia specificata tempore obligationis contractæ, est: quia illud augmentū valoris, qui est quædam bonitas extrinseca, nō erat tempore obligationis, nec de eo habebatur consideratio aliqua: idcirco ille valor peti nō potest. l. si stipulatus fuero decem in meli. vbi Bar. ff. de solutio. vnde quod ex cōuentione partium deductū fuit in obligatione, illud attendit, & peti potest. Guido Papæ de cision. eccl. vij. & ad hoc. cccxcij. & cccxcij. qui dicit ita seruari in iudicando.

Si verò loquamur in vltimis voluntatibus tunc valor, qui

erat tempore solutionis faciendæ, attendi debet. Ratio diuersitatis est, quia obligatio, ratione cuius fit solutio, assumit vires, vbi contrahitur, & habetur respectus ad obligationem præteritam natam tempore, quo contrahebatur, quæ nō potest mutari licet valor monetæ mutetur, nisi de partium consensu ab illa discedatur. quod secus est, cū quis disponit, quoniam ad tempus mortis protrahitur: & adhuc non subsistit, quoniam nisi accedat voluntas eius in cuius fauorem fiet, caudæ remanet dispositio, & non obligatur aut hæres, legatarius, aut is qui solutionem habet facere ex huiusmodi relicto. Merito ergo attenditur in vltimis voluntatibus tempus solutionis faciendæ. vnde illa species specificata soluendæ non est: sed alia eius quantitatis, valoris, & bonitatis, cuius erat prior tempore mortis: & iuris fictione non videtur solui alia: functionem enim recipiunt res, quæ pondere, numero, mensura ve tractantur. l. cum quid. cum ibi no. ff. de reb. cre. si cer. petat. Vnde si centum aurei legati sint, non tenebitur ad aureos in specie solutionem facere: quia est species reducta ad numerum, quæ functionem recipere potest: vnde dando minutioem speciem pecuniæ ad valorem aureorum specificatorum liberatur hæres. l. prima. §. cui centum. & l. cum certum. & cum aurum. §. proinde. & ibi scriben. ff. de auro, & argen. lega. ponderando ibi verba iurisconsulti, dum dicit, si in ea pecunia eadem æstimatio sit, & ita de consuetudine seruari videmus: quæ quidem consuetudo est optima legum interpretis. l. si de interpretatione. ff. de legibus. & idcirco amplectenda est, & maximè in hoc casu, vbi scilicet de interpretatione iuris ambigui queritur. vt l. præallegata. & l. nam ad ea. & l. de quibus. ff. de legi. Aut loquimur in tertio casu, & tunc attenditur tempus, quo quis committit in legem. Idem in quarto casu. pro hoc est tex. in cap. olim. de iniurijs. l. penult. C. qui admittit. ad bono. possit. Licet enim lex specificam monetam vsualem, tamen ea, quæ currit tempore, quo quis in legem committit, aut incidit in pœnam per legem, aut hominis condemnationem attenditur. iuribus præall. vbi scriben. tesita determinant communiter.

*Hæres eius qui pensionem debebat, an teneatur ad debitam pensionem, an verò successor in beneficio, distingue vt hic.*

81 Octauò queritur, terminus soluendæ pensionis lapsus est: post mortem debitor pensionis: quæ tenebitur ad solutionem? an hæres debitoris pensionis, an verò successor in beneficio? Pro solutione huius pensionis videndum est, an obtinens beneficium poterat testari, & in relictis fructus beneficii ad legitimos hæres transmittere. Item an talis pœna fuerit imposta ad vitam obtinentis beneficium, aut taxat, aut cum clausula, Quod ad successores in beneficio transfret, quando obtinens pensionem vixeret &c.

Ad primum distingue, aut beneficium erat tale, quod idem obtinens fructus eiusdem finos faceret, aut tale, quod fructus suos non faceret, sed simplicem vsu, & dispensatione durare vita haberet pro quorum solutione dic, quod regulariter clericus obtinens beneficium, in quo habet bonorum eiusdem administrationem, non potest testari, nec transmittere fructus, tex. est in c. relatum. le. second. de testa. in antiq.

Sed queritur, quæ sunt illa beneficia de bonis, quorum clericus administrationem non habet? dic breuiter esse canonicatus, nō habentes pœndas distinctas, sed duntaxat habentes bona administrata per capitulum, aut per deputatos ab ipso de quibus solvuntur distributiones quotidianæ ijs, qui diuinis officijs interesse laborant, vel interfunt. de talib. enim: quia pro labore diurno dantur, & prout quisque horis diuinis interest, singulis distribuitur, clericus testari potest. arg. de cap. relatum. in §. ceterum. vbi sunt hæc verba, ceterum quæ ex hæreditate, vel artificio, aut doctrina, proueniunt distribuuntur pro decedentis arbitrio. Labor enim & doctrina in hoc æquiparari debet: vt perinde testari possit de ijs, quæ propter laborem dantur, atque de ijs, quæ propter doctrinam, cum sit eadem ratio.

*Beneficiarius tribus hic enumeratis concurrentibus, de rebus intuitu ecclesie acquisitis testari potest.*

Et breuiter si concurrant tria in clerico beneficiato, 83 de bonis acquisitis intuitu ecclesie testari potest. + Primò si obtineat simplex beneficium. Secundò bonorum eiusdem administrationem non habeat. Tertio si, propter personalem residentiam in hōris singulis diuini officij sibi sit distributio. his enim concurrentibus rector beneficii testari potest. vnde si capitulum haberet bonorum administrationem,

nem, & ex iis assignaretur singulis canonicis certa quota portio, aut tritici, aut vini aut pecunia: quia illud cederet loco prebende distincte, non autem per modum distributionum quotidianarum, eo casu, licet clericus diceretur obtinere canonicatum, & ita simplex beneficium, & non haberet bonorum sui beneficii administrationem, testari tamen non posset: nec ad legitimos heredes talia bona transmittere. casus est in terminis in dicto capi. relatum. le second. de testa. hoc etiam voluit Inno. in cap. nouum genus. de deci. in fi. glossa magna. & Spec. in tit. de statu reg. vers. lviij. & Pau. de Leaza. in questio. quae incipit. Lara sententia. Hoc nimirum etiam tenuit Gem. in cap. praesenti. de offi. ordin. lib. vi. ex quo, si pensio esset assignata super canonicatu non habente prebendam distinctam, sed solum quotidianas distributiones: absque ista clausula, Quod ad successores transiret &c. eo casu, si quid durante vita iucratu fuisset clericus talem canonicatum obtinens ex eodem eo mortuo, quia de eo testari poterat, & ad heredes legitimos intestatus transmittere, haeres teneretur ad solutionem pensionis: quia primo deducit res alienum ex hereditate: non enim dicitur esse in bonis c. praesenti. de offi. ordi. lib. vi.

Ex hoc igitur dicemus clericum obtinentem aliud quoddamque beneficium praemissas qualitates non habens, non posse testari: nec ad heredes iure sanguinis bona ex tali beneficio quaesita transmittere, vnde si pensio in huiusmodi beneficiis esset imposita sine clausula, Quod ad successores, &c. ecclesia aut prelati, qui de consuetudine, aut priuilegio succedit, aut successor in beneficio tenetur. iuxta dictum c. praesenti. cum ibi no. de offi. ordi. lib. vi. Si vero sit eum dicta clausula. Quod ad successores &c. dic. semper succedentes debitori pensionis tenentur pro lapsu termini, non autem successorem in beneficio. ratio est, quia ante quam pensionis debitor esset mortuus, tenebatur ad solutionem iam lapsu solutionis termino. Intelligitur tamen si bona aliqua superessent defuncto, alias successor in beneficio tenetur pro clausulam declaratoriam mentis superioris, volentis. si successorem in beneficio, super cuius fructibus erat assignata pensio, ad eiusdem pensionis solutionem conueniri posse, & ad solutionem teneri.

*Beneficij fructibus diminutis, an sit diminuenda, distingue.*

Nono quaeritur, fructus beneficii a tempore assignationis 34 pensionis sunt diminuti sine culpa debitoris pensionis, an debitor possit petere pensionem redditi hanc quaestio deciditur ex ijs, quae adduximus. §. in quinto requisito tertiae quaestio principalis, vnde non in isto. sed vide ibi, quae diximus, quia vtilia sunt & necessaria.

Decimo quaero, si actus, & reditus omnino perierunt, an pensionis debitor liberatus existat, distinguamus, aut perierunt perpetuo: aut ad tempus. Si perpetuo dicendum puto pensionis debitor liberatum esse quoniam per vnicam orationem in pensionum impositione dici solet. ne talis Titius ex huiusmodi renuntiatione, aut iuris cessione, nimium dispendium patiatur, pensionem annuam ducatorum decem de camera, & super fructibus, & redditibus praedicti prioratus, & c. in festo & c. folui volumus, & c. Illa enim verba. Ne nimium dispendium patiatur, taxatiue censentur esse apposta: vt scilicet dicta pensio solui debeat, si fructus extent, alias non. secus vero esset, si in duabus orationibus id fieret. vt si post dispositionem sequeretur demonstratio rei, de qua, an super quam facienda esset solutio: quia eo casu nominatio fit ad demonstrationem, extent, vel non extent, debitorem teneri dicimus. ita Felin. in capitulo ad audientiam. le second. de rescript. post Paul. de Castr. in consilio suo trecentesimo trigesimo octauo. incipientem, quia exceptiones, &c. Cassialup. in tractatu pensionum, quaestione decimasexta. G. gius in simili tracta. quaest. lxxij. pro primo allegant tex. in l. nomen debitoris. §. vni ex heredibus. ff. de leg. iij. & l. si quis seruus. §. j. & l. Lucius. §. ciuib. ff. de leg. ij.

Pro secundo vero, quando, scilicet in duabus orationibus, & demonstratiue, allegantur, in l. quidam testamento. in principio. ff. de legat. primo. & in l. Paulo Calym. §. fin. de alimen. & cibar. legat. scribentes. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligation. Durum tamen esse puto debitorem teneri in hoc secundo casu, vnde implorato superioris officio, ex aequitate talis pensio rescindi posset. Si vero ad tempus perierint fructus, vtputa per vnum annum, aut duos, casu fortuito, tunc limita, quae diximus in primo casu, quando per vnicam orationem talis assignatio pensionis esset facta: quoniam eiusmodi pensionis debitor non liberatur pro illo 35 anno aut duobus. Sed facienda esset reuocatio de veritate ad sterilitatem illorum annorum sequentium, aut prece-

dentium. & e contra: ita Felin. in loco praallegato. Pau. de Cast. in praedicto consi. cccxxxvij. & pro hoc est gloss. in capit. vobis. quae est in alijs. xij. quaestio secunda. facit. c. propter sterilitatem de loca.

*Munere charitativo superueniente, an sit minuenda pensio distingue.*

86 Vndecimo quaero, an pensio diminuat propter charitatum subsidium, aut Papalem decimam, aut reparationes, & propter alias extraordinarias impositiones, vel onera, quae quotidie videmus, & sentimus imponi? Puto sic distinguendum esse, aut in impositione pensionis fuit appositum, quod pensio esset franca, & libera ab omni onere decimae, & charitativi subsidij, &c. aut simpliciter facta fuit impositio non appositis illis verbis.

Primo casu, licet superioris autoritate (vt superius diximus) imponatur pensio beneficijs tamen quia ea autoritate regulatur secundum consensum partium: vt potest si consensus partium sit: vt pensio ad vitam amborum imponatur: aut quod transeat ad successores: aut quod huiusmodi pensio sit franca &c. eo casu dicemus pensionarium non teneri ad contributionem: & sic pensionem nullam pati diminutionem: quod etiam accederet: si sola principis autoritate imponeretur motu suo proprio.

Secundo vero casu: cum simpliciter facta est illis verbis non appositis in impositione pensionis: quia super fructibus imponitur: aequum, & iuri consonum est, pensionarium teneri ad contributionem pro rata, quod probari potest à simili: si 87 cut enim colonus partiaris vna cum domino fundi, tenetur ad solutionem decimae. cap. tua nobis. de deci. ita pensionarius qui partem recipit ad contributionem tenetur pro oneribus impositis ratione fructuum: aut super ijs. Nam contra aequitatem videretur pensionarium commodum sentire: minimum autem oneris subire nolle. Et pro hac parte facit quod vult Inno. in c. cum non sit. circa finem, de deci. hanc conclusionem posset corroborari multis similibus: quae omitto. Quia haec vsu communis: & omnium obseruantia confirmantur, & satis manifesta esse videntur.

*Beneficium in ius pensionarium superueniens, an extinguat pensionem.*

Duodecimo quaero: pensionem obtinens obtinuit beneficium: super fructibus cuius erat sibi assignata pensio: an dicta pensio extinguatur: adeo quod si is idem beneficium dimittat: amplius tibi pensio non debeatur, & videtur quod huiusmodi pensio extinguatur. Nam ipse obtinens non potest esse sibi ipse debitor & creditor. l. Vranus. ff. de fideiussor. gloss. in l. frater à fratre. ff. de codicillis. in debi. & sibi ipse nemo obligari potest. Bald. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe.

89 Item sicut confunditur debitum, si creditor debitori succedat. l. Strichum. §. aditio. ff. de solutio. l. cum secundum. C. de fideicommiss. l. debitor. vbi gl. C. de pactis ita extinguatur pensio: si obtinens pensionem super aliquo beneficio: idem beneficium consequatur. Item facit: quia vna & eadem res diuerso iure censeri non debet pro eodem. Item facit quia pensionarius: & usufructuarius aequiparantur: sicut enim pensio à fructibus beneficii pendet: tanquam à proprietate (vt diximus)

90 ita usufructus à proprietate. Sed quando usufructuarius proprietario succedit, confunditur usufructus: & cum proprietate consolidatur. §. finitur autem. in l. de usufr. l. si usufructuarius. ff. de usufr. ita dicemus in pensione. & pro hac opinione facit text. in l. cum filius. §. dominus. ff. de legatis ij. & text. in l. si tibi 91 usufructus fundi. ff. quibus modis usufr. ami. titulus enim semel extinctus amplius non reuiuiscit, sicut in simili dicimus in eo, qui contraxit matrimonium: cuius beneficium vacauit. iuxta text. in capitulo primo. de clerico coniugato. & inde soluitur matrimonium: non enim potest ad beneficium redire, sine alia noua collatione. vt communiter scribentes in dicto capitulo primo, de clerico coniugato. Sicut etiam diximus de actione semel extincta, quae non reuiuiscit. l. qui res. §. aream. ff. de solutione. capitulo quam periculosum. se prima quaestione prima, capit. quæris. de consec. distinct. iij. & hanc conclusionem foueri potest ex eo, quod dictum fuit in quinto dubio sexti requisiti superius. Nec me mouet tria opinio quorundam adiuta satis friuolis, & fucatis rationibus: quas sciens omitto.

*Pensione super duobus beneficiis constituta, an extincta super vno per redium ad illum, extinguatur super altero. vide hic.*

92 Decimotertio quaero, assignatur pars pensionis super tali quo

quo beneficio: & alia pars super alio tertio obtento ab eo pensionis debitor, aut ab alio, qui gratia eiusdem consensit impositioni pensionis, reneto regressu super eo cuius gratia: & super fructibus, cuius assignatur pars pensionis: moritur pensionis debitor, is cui debetur pensio, redit ad beneficium, ad ad quod regressum habebat. certum est partem pensionis extingui, vt superius visum est, eam scilicet, quæ super eo beneficio erat assignata, an alia pars pensionis debeatur, ita quod quis consequutus fuisse dicatur beneficium, & pensionem assignatam super tertio? Prima facie videretur quod sic, quia causa iusta potest interuenisse in impositione pensionis: propter quam pensio iuste peti possit. Sed omnis fides videtur contrarium magis veritati inniti ex sequentibus. Primo, quia dicta pensio est imposita sine causa procedente ex eo, quod requiritur. Item etiam diceretur tolerabile, tamen ex alio impugari posset, quia cessante causa, cessare debet effectus. Item alia ratione, quia res deuenisset ad eum casum, in quo non poterat subsistere. Itæ rationi consonum non esset, vt quis ex eadem re duo lucra consequeretur, & hanc opinionem vltra rationes fouerem iuribus: si satisfactum rationibus non putarè. Et quia nemini hoc dubium: & à nemine haec tenus tactum, & causas multorum similes pensiones obtinentes scio pendere ac in decisas esse: idcirco Optime lector, pro nunc his rationibus contentus esto.

*Regressus ob non solutionem pensionis in regno Gallia effectus c. vet.*

Decimoquarto quæro, an regressus datus ob non solutionem pensionis effectus habeat in regno, & cæteris terris regno adiacentibus? dic q non: quia sicut à principali reservatione fuerunt sublata: vt in Pragma. in tit. de elect. & reserua, & in concord. in tit. de reser. qua concordata, non Leonis Papæ: & Francisci Regis conuentiones dicere, sed Lateran. concilij constitutiones possumus appellare: vt in tit. de conclu. Lateranen. concil. in concord. ita regressus fuerunt sublata: quia negari non potest regressum reservationem esse: ita Rebus. in tit. de reserua. in concord.

*Pensionum constituanturum triplex modis, & ratio.*

95 Vltimò pro nunc quæro, quæ pensio dari dicatur in titulum beneficii? Et quæ in locum beneficii? Et quæ pro seruitio temporalit? Ad primum dic, q quædo ex fructibus pinguis beneficii extrahitur certa portio, aut in quota, aut in quantitate vt inde sit beneficium, tunc ea pensio dicitur dari in titulum beneficii, vt quando ex prioratu curato detrahatur exercitiu curæ: tunc detracta certa prioritate, & data vicario perpetuo ad huiusmodi exercitiu curæ constituto, dicitur dari in titulum beneficii, vt per scribentes, in c. de monachis. de præben. & in clem. i. §. eadem. de supplen. negli. præla.

Ad secundum, quænam pensio dicatur dari loco beneficii, dico q est ea, de qua in superioribus potissimè loquuti fuimus, quæ aliquando ex causa simplicis renunciationis (ne scilicet renuntians nimium dispendium pariat, &c.) assignari solet: aliquando ex concordia, vt scilicet à lite discedatur, aliquando ex permutatione, vt scilicet per eandem veniatur ad aequalitatem valoris beneficiorum compermutatorum.

Ad tertium, quando scilicet pro remuneratione seruitiorum impenforum, ea dicitur, q sibi retinet patronus in fundatione aut dotatione ecclesie, aut quando alicui benemerito datur ad vitam certa quantitas ex fructibus, certi beneficii, cuius etiam laicus est capax: & hæc sint satis de pensione, ne dum beneficii appellatione loquor, videar omnino à proposito diuersisse. ad quod ansam arripiendo redeo.

*Ad iuris pat. tractatū venerunt: & ponit sex modos: quibus idē ius acquiritur.*

Quæro igitur, quibus beneficiis accidat ius patronatus: licet enim diuersæ qualitates sint, vt superius latissimè deduximus, hæc tamē qualitas non est cum cæteris incompatibilis. vnde dicamus respondēdo huic quæstioni, q ius patronatus accidit cuilibet speciei beneficiorum, siue ea sint superrema, siue inferiora, duplicia, aut simplicia.

Sed quæro, quot modis acquiritur ius patronatus. respon-  
96 deo, sex modis fundatione, dotatione, ædificatione, priuilegio, consuetudine, & præscriptione.

*Primus iuris patronatus acquirendi modus.*

97 Primo ergo modo quando fundatione dicitur, & acquiritur, fit,

quando aliquis fundum assignat, vbi ecclesia construenda debet. text. est in c. piæ mentis c. Frigentius. c. monasterium. xvj. q. vij. c. nobis. de iure patrona. quo casu si fundus sufficeret, tam pro ædificatione: quam pro dote: iuste primus modus complete retur secundum, scilicet, dotationem. Et sic quando aliquis dat, aut fundum aut aliud quodcunque, vt ecclesiam doret, sibi acquirit ius patronatus, de hoc est text. in c. monasterium. xvj. q. vij. Pan. in rubri. eodem tit. & in c. ad audientiam. de eccl. ædifi.

Sed ex hoc quæro, an fundi traditione semp quæritur ius patronatus? dico quod non. Sed ea tantum quæ canonicè sit, vt pote superioris autoritate, & beneplacito. Et si tradēs sit eius animi, vt ius presentandi sibi acquirat. Quid si aliquis fundauit ecclesiam citra Episcopi consensum, an acquirat ius patronatus? dicemus non acquiri, nec nomē ecclesie mereri. imò ecclesia est tanquam prophanum, & priuatum ædificium, & demoliri potest: itaquam tale, aut ad vsus humanos conuerti. c. cum olim. §. in super. de priuile. c. placuit. j. q. ij. §. si quis. in auth. de eccl. tit. §. sancimus igitur. in auth. vt nullus ædifi. ora. do. præter volun. episcopi. coll. v.

*Secundus iuris patronatus acquirendi modus est his, continet autē multas quæstiones, & conclusiones cum suis limitationibus.*

98 Secundò acquiritur & dotatione. c. filijs. xvj. q. vij. Sed quæritur an fieri possit fundatio absque dotatione? & videtur q sic: quia si fundus sufficiat, necessaria non est alia dotatio. c. nemo. de consecra. dist. j. §. sancimus. in authen. vt null. ædifi. ora. do. coll. v.

Secundò quæro, fundatio facta extitit canonicè cum episcopi consensu. fundus non sufficit pro dotatione, cui & incumbit dotatio, episcopo, an fundatori? distinguo, aut fundus soluendo est, aut non. Primo casu, vbi scilicet fundator soluendo est, cogitur ab episcopo ecclesiam dotare, c. cum sicut. de conse. eccl. vel altaris. & ibi gloss. cap. piæ mentis. xvj. q. vij. Facit text. in l. qui liberis. de ritu nup. ff. ad hoc etiam text. in in cap. ad audientiam. & ibi Panormi. de eccl. ædifi. §. si quis ædificationem. in authentic. de eccl. tit. Secundo casu: quando fundans soluendo non est, episcopus dotare tenetur, sicut quando promouit aliquem ad ordines sine titulo beneficii, aut patrimonij, quo mediãte viueret, ne in ecclesie dedecore mendicare cogatur, eidem enim de beneficio providere tenetur. c. accepimus. de ætate & qualita. in antiq. capi. cum secundum apostolum. & c. ij. de præben. & ad hoc est text. ad litteram. in c. placuit. j. q. ij.

*Dos quanta sit assignanda capellanis, vt sufficienter dotata dicatur.*

100 Tertio quæro, qualis dos assignanda est, ad hoc vt dicatur sufficienter dotata ecclesia? distinguendum patet. Aut dos assignanda est monasterio, aut collegio, aut ecclesie parochiali, aut capellanis. Si monasterio in quo saltem quinque, aut collegio: in quo tres requiri videntur. l. Neratius Præcens. de verb. sign. ff. tanta enim dos assignanda est, quæ pro illorum sustentatione sufficiat. cap. placuit. j. quæstione ij. Aut est ecclesia parochialis. & tunc tanta dos dari debet, quæ tam pro victu presbyteri, & clerici, quam etiam pro incumbendum onerū sustentatione possit satis esse. cap. de monachis. de præben. clem. j. de iure patron. in clem. vbi scriben. latissimè. Aut est capellania, & tunc tanta dos assignanda est, quæ sufficiat ad victum presbyteri in ea instituenti: & clerici in diuinis officiis coadiutoris eiusdem dicto cap. placuit. prima quæst. ij. cap. proposit. de fil. presby. cap. vt vnusquisque. de vita, & honestate cleric. & alias assignari potest ad arbitrium episcopi, §. si quis autem. in authen. de eccl. tit. videtur enim hoc totum pendere ab ipso Episcopo, quoniam si minus sufficienter dotata fuerit, non potest institutus in ea, querelam mouere contra eundem Episcopum: sed aliunde sibi in necessarijs providere. vt ex artificio honesto, aut ex industria: docendo: aut scribendo. iuxta text. in capi. clericus. xcj. j. dist. & glo. in ead. dist. in verb. qui autem. dum tamen non subtrahatur ex hoc à diuinis officijs.

*An vnicique sit permissum, vel fundare, vel dotare capellaniam.*

101 Quarto quæro, quis potest fundare: aut dotare? videtur enim cuilibet esse concessum. c. quicumque. capi. piæ mentis. xvj. n. vij. Omnia enim licent, quæ non prohibentur. l. statuas. C. de relig. l. nec non. §. quod cis. ff. ex quib. cau. maio. & maxime, vbi agit de pio opere: & in proposito nostro: cuius ratione, & vt



& vt frequentius fiat. & idem animetur laici, ecclesia hoc ius eisdem tolerat: ex hoc enim diuini cultus ampliatio sequitur.

Limita primò hoc procedere in fidelibus, non autem in infidelibus. tex. in c. pia. in verb. omni Christiano. c. quicumq; fidelium. xvj. q. vij. intellige tamen quo ad effectum consequendi ius pat. ex fundatione, aut dotatione huiusmodi: quia ex eo fructum consequi non debent: quod impugnare nituntur.

Limita secundò hoc non procedere in Iudeis, quoniam pariratione repelluntur.

Limita tertio non procedere in hæreticis: non enim beneficium ab ecclesia merentur, qui ab eadem se subtrahunt. l. quicumque. l. quoniam multi. C. de hæreti.

Limita quarto locum non habere in schismaticis, qui diuisionem in unitatem ecclesie adducere nituntur, qui non multum ab hæreticis distant. can. inter hæresim & schisma. xxiiij. quæstione tertia.

Limita quinto non procedere in apostatis, qui tripliciter fiunt, de quo iam videamus.

### *Apostatas tribus modis fieri.*

102 Primò ergo fit quis apostata. vt in l. apostatarum. C. de apostata. quando scilicet à statu debito fidei noua sacrificia, nouos ritus, nouasque caerimonias quis inducit.

Secundò fit quis apostata, quando superioris præceptum scienter transgreditur. de quo in c. si quis. c. illud. de maiori. & obediencia. c. alicui. ij. quæst. vij.

Tertio fit apostata religiosus professus expressè, vel tacitè abiciens religionis habitum. iuxta tex. in c. si. quinquagesima. dist. c. quantumlibet. xlviij. dist. quomodo verò cuiq; fiat apostata infamis redditur. c. si quis à vero. iij. q. iij.

Limita sextò non procedere in omnibus infamia notatis: quoniam iis non patet portæ honoris, & dignitatis. regu. infamibus. de reg. iur. lib. vj. & l. infamia. C. de decur. lib. x. l. ij. & l. iudices. C. de dignita. lib. xij. Et hoc ius patronatus eius honorificum, vt superius in diffinitione vidimus.

Limita septimò in excommunicato, vt voluit Ioannes Andreas in capitulo nobis: de iure patrona. Nam excommunicatus perdit omnia priuilegia à iure inducenda. §. penultim. in authentica de priuileg. dot. quod procedit quantum ad exercitium: non autem quantum ad effectum acquisitionis eiusdem: quia licet sit inefficax, quando durat excommunicatio, aut alia incapacitas, de qua in præcedentibus limitationibus, sortitur tamen effectum: hoc est in effectu dicitur quæsitum habilitate, & capacitate explicata: vt Ioan. Andreas in loco præallegato: quod nota pro limitatione præcedentium fallentiarum. ratio esse potest, quia in fundatione, aut dotacione, præstat authoritas superioris. vnde totum videtur pendere ex voluntate eiusdem, dum tamen fundans: aut dotans animum habeat, acquirendi ius patronatus. Limita etiam hoc locum non habere in omnibus iuri alieno suppositis: quoniam non sibi sed ijs quorum potestati subduntur, acquirunt. lege homo liberta. de acquirend. rerum dominio. ff. l. qui in seruitu. ff. de regulis iuris. Quod exemplificari potest in seruo monacho, & filiofamilias. ij. enim aut domino: aut patri acquirunt: aut abbati, vel monasterijs: quibus subijciuntur, l. placet de acquirend. hæreditate. ff. authentica ingressi. C. de sacrosanctis ecclesijs.

Hanc fallentiam limita, vt non procedat in filiofamilias habente bona castrensia, vel quasi: quia in ijs tanquam paterfamilias habetur. l. ij. ad Macedon. ff. §. j. in situ. qui testa. facere poss. Sed quæro, quid in aduentitijs, in quibus patri quæritur vsufructus. l. si. C. de bon. quæ liber. in prin. videtur filio non posse acquiri, quia de ijs etiam patre volente testari non possit. l. tam ijs. §. filiusfam. ff. de donatio. causa mor. l. senium. C. qui testa. face. poss.

103

*Filius de peculio potest disponere, ergo multo magis capellam iam dotata, ac sibi de illo ius patronatus acquirere.*

Contrarium videtur verius, quia de ijs contrahere potest, & disponere inter vivos, etiam vbi de iure fauor aliquis non caderet. l. ij. ff. de donation. gloss. in dicta l. Senium. vnde si de ijs contrahere & disponere potest, etiam vbi non cadit alius quis fauor, à fortiori et de ijs disponere poterit fundando: aut dotando ecclesiam, quod fit in augmentum diuini cultus: & sibi acquirere ius patronatus. Puto tamen in hoc casu patrem posse præsentare instituendum in ecclesia fundata, aut dotata per filium ex bonis aduentitijs, & præualebit præsentatio eiusdem, licet filius sit patronus, ea ratione, quia

104

propterea in quibus pater habebit vsufructum, ecclesia de ducta est ad esse. Et licet principaliter dos, aut fundus, aut edificatio non sint causa essentialis ecclesie, sed autoritas Episcopi: negari tamen non potest dotè, fundum, aut edificationem, causam esse impulsivam eius essentialis. vnde ex supra dictis in 105 fero, quod nemo ex alienis bonis ecclesiam fundans, aut dotans, ius patronatus acquirat.

*Ex alienis bonis ius patronatus nemini acquiratur: quod verum est etiam de ijs, que per vsuram acquiruntur, tamen si vsurarius sibi persuadet pecunias esse suas: id quo ad adco constat, vt & in fructibus verum sit scilicet vt de illis ius patronatus non acquiratur.*

106 Amplia hoc et procedere in vsurario fundante, aut dotante, ecclesiam de vsuris, aut in alio habente bona male acquisita, & ratio est, quia nec elemosyna, nec aliud opus pium de ijs fieri debet, aut potest gloss. notabil. in summa decimaquarta quæstione quinta. Tales enim hostiæ abominabiles sunt deo. capit. scriptum est. decima quarta quæstione quinta. & Deus non huiusmodi, sed iustis laboribus, & mente pia colendus est. Hoc procedit etiam in bonis male quæstis, quorum dominium translatum est, vt per dictam gl. decima quarta quæstione quinta.

Amplia etiam hoc procedere in bonis inuentis pro derelicto, & non habitis à vero domino, vt in bonis abscõsis, de quibus furtum committi potest. capitulo si quis. decima quarta quæstione quinta. Hoc tamen limita procedere in bonis male quæstis, quorum dominium translatum est, eorum tamen repetitio vero domino competere non potest, vt in lucro meretricio, & simili modo quæstis. tex. in l. idem & si. §. quoties. ff. de condi. ob turpem causam. tex. in capit. non sanè. decima quarta quæstione quinta. gl. communiter approbata. in summa, ea causa, & quæst. alia. gl. in cap. qui venatori in verbo meretrii. lxxxij. dist.

Sed quid ponamus fundationem, aut dotacionem factam esse de fructibus rerum male quæstarum: an sit idem quod de ipsismet rebus? dicamus esse idem, quod in eisdem reb. dictum est. ratio est: quia fructus succedunt in locum earum. c. cum tu. de vsur. l. Imperator. §. si. ff. de leg. ij.

*Capellani tamen si de bonis alienis sit fundata vel dotata, non est dissoluenta, & ius patronatus neque dotanti, aut fundanti, neque rerum domino acquiritur, sed libera manet ecclesia.*

108 Quid si fundatio, aut dotatio facta fuerit de ijs rebus in eo casu in quo fundanti, aut dotanti, non quæritur ius patronatus, an dissoluenda sit, aut annullanda dicta fundatio per Episcopum? dicendum videtur quod non. semel enim Deo dicatum, non est ad vsus humanos amplius transferendum. de regul. iuris. lib. vj. & cap. comperimus. xiiij. quæst. vj. Imputatur tamen Episcopo, qui tali fundacione autoritatem præstitit: & obligatur domino earum rerum, de quibus fundatio facta fuit, dicto. cap. comperimus. xiiij. quæst. vj. vbi glo. in verb. eis.

Cui autem in hoc casu quæsitum est ius patronatus? videtur quod vero domino earum rerum: ei enim fit iniuria, & damnum: quia res suas Deo dicatas repetere non potest. cap. comperimus præalleg. facit text. in l. generaliter. §. illud. ff. de calumnia.

Contrariū tamen videtur verius, quia verus dominus nunquam fuit eius animi acquirendi ius patronatus, nec etiā fundantes, aut dotantes, eius intentionis fuerunt, vt vero domino quærent ius præsentandi: & sic ecclesia remanet libera ab hoc iure. facit. c. non est, iuncta gl. j. quæst. j. c. si quis. xvj. quæst. iij. le premier.

*Tertius iuris patronatus acquirendi modus, & an per omnem edificationem ecclesie acquiratur ius patronatus, & de tribus requisitis ad canonice edificationem.*

109 Tertio et ius patronatus acquiratur edificatione. capi. monasterium. xvi. quæstione vij. Panorrita in rubr. eodem tituli. & in cap. ad audientiam. le premier. de ecclesi. ædifi. in primo. not. Quæro tamen, an omnis edificatio ecclesie ius patronatus conferat edificanti? puto quod non, sed illa tantum quæ fit canonice. Sed quæ requiruntur ad hoc, vt dicatur facta canonice: & per eam quærat ius patronatus? Respondet, primò requiritur, quod Episcopus det licentiam edificandi. Secundo, quod locum dedecet. Tertio, quod i. crucem ibi figat. Quarto, quod diuinum auxilium ibi imploret. capi. nemo. de

mo. de consecra. distinctio. i. §. illud. in authen. de mona. colum. j. Nam alias esset priuatum, ædificium c. patent. de priuilegiis.

Quæro an is qui fabricat ecclesiã dicatur ædificare: ad hoc vt ius patronatus acquirat? Respondeo quod non, sed is cuius sumptibus fit. cap. monasterium. xvj. quæstio. vij. text. in c. nobis. vbi Ioan. Andr. eodem titu. in antiq. Panormi. in rubri. eodem titu.

Sed quid in eo, qui reficit, vel reædificat? distingue, aut diru ptu erat omnino ecclesiã ædificium, aut in parte. Primo casu, reædificanti quæreretur, ædificare enim de nouo diceretur, quod non liceret spretu Episcopi consensu, §. si quis autem in authenti. de ecclesiast. titu. Hostien. in summa de eccles. edifi. Secundo casu, secus esset: quia reficienti non quæreretur. per text. in c. lignis. de consue. eccle. vel alta.

Quæro ædificatur capella intra ecclesiã alicuius, & erigitur in perpetuum beneficium. an rectori ecclesiã acquiratur ius patronatus? & an in presentando concurrat cum eo qui dotauit, aut ædificauit? Respondeo, si attendatur rigor, dicemus rectori ecclesiã acquiri in parte: qualiter alius ædificet, aut dotet, negari tamen non potest rectorem ecclesiã fundum dedisse, & fundasse dictam ecclesiã. ita Panormi. in capitulo, ad audientiam. de eccle. ædifi. per text. in capostolicos. versiculo si autem. xij. quæstio. ij. Hæc vero notanda sunt pro rectoribus ecclesiarum, in quorum ecclesiis quotidie perpetuæ capellani eriguntur: quoniam nisi per consensum renuncient tacite, vel expresse, ius presentandi ad huiusmodi capellanas sibi acquirunt, sicut ijs qui huiusmodi capellanas seu altaria dotauerunt aut ædificauerunt.

*In dubio ecclesiã præsumitur esse facta consensu episcopi, & solemnitatibus requisitis interuenientibus.*

Quæro, absq; Episcopi cõsensu fuit ædificata ecclesiã, & solemnitatibus requisitis, an præsumantur interuenisse, vt ecclesiã dici possit locus sacer, & publicus, hæc quæstio solui potest ex iis quæ notat Archidiacono, in capitulo cum debeneficio. in fine de præbend. libr. vj. & Federicus de Senis in consilio. cxj. circa principium Panormitanis. in capitulo. patentibus. de priuilegiis. in primo notabil. & Innocentius in capitulo innotuit. & post eum Panormitan. ibi: de clerico per saltum promot. ex quorum dictis pro huius dubij resolutione distingue, aut in huiusmodi ecclesiã sunt signa, quæ requiruntur ad hoc, vt dicat possit ecclesiã, & locus sacer, aut non.

Primo casu, si signa insunt: vt pote forma, status, denominatio, & huiusmodi: tunc locus sacer: & publicus dici potest & omnia præsumuntur interuenisse ad hoc necessaria. argu. text. in capitulo si iudex laicus. circa medium. de senten. excommunicata. libr. vj. & maxime si sciante episcopo: & patiente per longissimum tempus pro ecclesiã, & pro loco sacro habitum est tale ædificium, alias secus.

Secundo casu, quando signa ecclesiã non insunt: vt campanile, & campana, populi confusus, sacrorum oblatio, & cetera id genus: eo certe casu, nisi probaretur de consensu, & autoritate Episcopi ædificata, non diceretur de iure patronat. pro hoc est text. cum ibi nota. in cap. quam progenitores. xx. quæstio. prima & cap. quod interrogasti. & capitulo viduas. xxvij. quæstio. prima. facit textus in capitulo. eos qui. de statu monach. in clemen. & textus in capitulo. illud. de præsumptio. & quæ iuris ciuilibus scribentes notant in l. sciendum. ff. de verborum obligat.

Itẽ ponatur, aliquis ædificat in alieno solo, cui acquiritur ius patronatus? an domino solitan ædificat? distingue: aut ædificans fuit eius animi, vt domino soli acquireret, aut non: primo casu: licet rationibus ciuilibus videretur ius patronatus acquiri domino soli: quoniam ædificium solo cedit. §. ex diuerso. §. religiosum locum. in situ. de re. diuisione. quia tamen hoc totum ab autoritate episcopi pendet: vt diximus, & ædificans non est eius voluntatis, vt domino soli acquirat, ei non acquiritur: sed ædificanti: quoniam per consensum episcopi, ius huiusmodi patronatus acquiriuit.

*Quartus iuris patronatus acquirendi modus est ex priuilegio.*

112 Quartò ius patronatus quæritur priuilegio. cum enim (& superius vidimus in quæstione, quæ fuit causa beneficii creandi) Romanus Pontifex Christi vicarius beneficia creauerit distinxerit que: vt cap. ecclesiã. xij. quæstio. prima. ca. in illis verò. cap. Episcopi. cap. illud. ca. non debere. lxxx. distinctio. ministrosq; in eisdem instituendi & præficiendi plenissimam habeat facultatem, vt in prædicto cap. omnes. vi-

gesima secunda distinctio. cap. licet. de præbend. libr. vj. clem. j. vt lite pendente in clement. not. in cap. quamquam. de electio. libro sexto. dubium nimirum non est eundem Roma. Pontificem priuilegium laicis, aliis incapacibus, præsentandi ad beneficia posse concedere: quod cum ita fecerit, nemo ei dicere potest, cur ita facis. cap. nemo. cap. Episcopi. cap. eua. ita per mûdum. nona quæstio. tertia. Item argumen. à fortiori probari potest. Si enim collationem priuilegio concedit, vt Regi Christianissimo Galliæ præbendas quarundam ecclesiarum sui regni conferendi concessit, ac Vicecomiti Alesti præbyterales præbendas, quæ vulgò appellantur beneficiaturæ in ecclesiã Auenicensi concessit. à fortiori præsentationem cõcedere potest laicis priuilegio. plus enim est collatio, quàm præsentatio. Nam plenum ius tribuitur per collationem, & collatio importat, seu comprehendit præsentationem, institutionem, & electionem, atque confirmationem, vt per scriben. in cap. cum illis. de præbend. libr. vj. & hoc pro rostris habetur iure antiquo, & nouo, communi, & speciali, vt superius visum est in quæstio. quæ incipit. Sed quæ sunt illa, quibus prouidetur per electionem.

*Quintus & sextus modus iuris patronatus acquirendi est per consuetudinem.*

114 Quintò, & sextò, acquiritur ius patronatus consuetudine, & præscriptione. Quod enim lex scripta potest, hoc valet efficere consuetudo, vt superius, cum de iure non scripto ageretur, visum est. Sed videtur contrarium de eo, quod dici potest, consuetudinem possessione, vel quasi communi vñ induci, quæ videtur locum habere non posse in iure patronatu laicali, quoniam spirituali annexum est, & vt spirituale iudicatur. c. quanto. de iudic. & laici incapaces sunt possessionis spiritualium. vnde bene sequi videtur per consuetudinem ius hoc laicis acquiri non posse propter incapacitatẽ possessionis, & obstaculum præscriptionis. c. causam quæ: de præscriptio.

Veritas tamen est in oppositam: quoniam non solum acquiri potest consuetudine ius patronatus, sed etiam laicis: nã quod dicitur laicos incapaces possessionis spiritualiũ, & per consequens præscriptionem locum non habere in possessione, vel quasi annexorum spiritualibus, vel quasi spiritualibus gloss. notab. in dicto. c. quanto. de iudic. vbi Panorm. & alij scriben. etiam in cap. causam quæ. de præscrip. ad hoc etiam text. in cap. nobis. eodem titu. cap. pia mentis. in cap. Frigentius. cap. quicunque. xvj. quæst. vij.

Nec obstat, quòd ius patronatus sit annexum spirituali, & quòd tanquam spirituale iudicetur. quia connexorum idem sit iudicium. d. c. quanto. c. præterea. de transact. illa enim regula procederet, vbi in iure non reperitur contrarium.

Item nec obstat, quòd dici potest, consuetudinem hanc ecclesiis onerosam esse per sequentes rationes, quia libere conferri non potest: & quia t̄ onerata ecclesiã ad nutriendum patronum pauperem, seu qui deuenit ad paupertatem: quoniam prima ratione dici non potest onerosa huiusmodi consuetudo ecclesiis: quia nõ cogitur semper Episcopus presentatum instituere: quia illum ex causa repellit, secundum Archidiaconum in cap. decernimus. xvj. q. vij. & plurib. presentatis, potest cui vult gratificare. c. cum autem. eodem titu. Itẽ alia ratione dici non potest onerosa, quia patronus aliter de bonis ecclesiã in necessitate, & de residuis tantũ, aut de iis, quæ supersunt rectori oneribus supportatis text. in cap. ita nos. §. final. xxv. quæst. ij. c. quicunque. xvj. quæstio. vj. de quibus residuis (vbi non esset necesse alere patronum) sustentari debent pauperes, quoniam. t̄ residua sunt bona pauperum. ca. quoniam. xvj. quæst. j. gloss. in præallega. cap. quicunque. & Panormita. in cap. quanto. de iud. Vnde talis consuetudo dici non potest ecclesiis onerosa. & facit ad hoc, quòd idem Panormita. dicit in dict. ca. quanto. quòd patronus non dicitur habere magnum quid ex præsentatione, quam habet: & facit ad hoc, quòd notat Archidiaconum in cap. monasterium. xvj. quæst. vbi dicit ius patronatus esse quandam sollicitudinem in patrono, idem Hugo in cap. Frigentius. xvj. quæst. vij.

Nec moueat lectionem, quòd adduci possit de cap. Messana. & cap. sacrosancta. de elect. vbi cassatur confiterudo, & cõpositio, quòd laicus ius eligendi habeat in ecclesiis collegiatis, aut cathedralibus. Loquuntur enim illi textus in electione, cui tantum laicus potest assensum dare. non tamen negatur in iis, quòd per laicum habentem ius patronatus in huiusmodi ecclesiis præsentatio fieri possit. si enim laici causis (de quibus superius) effecti fuerint capaces possessionis, vel quasi iuris patronatus, negari non potest hoc ius patronatus consuetudine, aut præscriptione eis acquiri posse: licet hoc d. Io. Nic. Delph. PPPp limite

limitetur per scribentes Archid. in c. hortatur. lxxj. distinct. Panor. in c. querelam. de electio. & in ca. quamuis de deci. & concluditur habere locum contra patronum, non autem contra ecclesiam ex ratione, quia huiusmodi habitas, & capacitas possessionis, vel quasi iuris patronatus, de gratia ex causa constructionis, fundationis, & dotationis concessa est laicis: quibus causis cessantibus, cessat concessio: vulgato cap. cum cessante. de appellatio. vnde videtur, quod habitas de gratia ex iis causis quibuldam concessa personis, ad alias personas, in quibus cessant huiusmodi causae, extendi non debet. ar. gu. tex. in cap. generaliter. xvj. quaest. prima.

Sed pace tantorum patrum, à quorum sententia recedere durum est, & quorum vestigia sequi nostrum esset, dicemus etiam contra ecclesiam hoc ius patronatus praescriptibile esse, quia ecclesia à seipsa non fuit constructa, dotata, aut edificata, vel fundata: vnde ꝑ semper praesumeretur pro possessore, vel quasi, nisi de contrario appareret. ar. tex. in c. j. de relig. domi. & quae ibi notantur. quae praesumptio (concurrente bona fide in possessore) sufficeret pro titulo. Sed quanto tempore praescribi potest? videtur quod spatio quadraginta annorum, quia ius ei assiluit. facit text. in l. scut. & in l. omnes. C. de praescri. triginta vel quadraginta annorum. tex. in c. cum de beneficio. de praeb. lib. vj. quia tamen vsus contrarium non habet, & quod per vices fit presentatio, vtpote occurrente vacatione ecclesiae, videtur requiri tempus immemorabile. hoc est, de cuius initio non extat memoria: iuxta l. si sic constituta. cum gl. in verbo constituto. ff. quemadmodum serui, amitt.

Ex his itaque quae haecenus diximus, si non tibi Beneuole mihi que charissime lector, saltem mihi (quantum ad primū librum, primamve partem attinet) satisfecisse appareo. transitum igitur facio ad secundum librum: in quo pulchra tum dignissima memoria explicabimus, scilicet quae munera patrono incumbant, & quonammodo beneficiorum permutationes fieri debeant, aut possint.

## LIBER SECVNDVS.

*Iuris patronatus militatum, quoniam esse apparent, explicatio, & quod patrono ad inopiam vergenti subueniatur de fructibus capellaniae.*

**V**BI ergo planè discussum est quot modis, quibusve personis hoc ius patronatus dari possit, superest nunc, vt quidaam conferat, cuiusque effectum subiiciamus. tria ꝑ enim videntur à iure patronatu patrono dari, scilicet honor, vtilitas, & sollicitudo.

Primò enim honor patrono dari debet, vbi fit processio in eccles. in qua ius patro. obtinet. cap. Frigentius. c. pia. mentis. xvj. q. vij. c. nobis. co. titu. de in. pat. Item in sedendo, vel incedendo. Præterea rector eccle. eundem tenetur reuereri. cap. filiis. c. quicunq;. xvj. q. vij. & d. c. nobis. eod. tit.

Secundò vtilitas patrono datur. Nam patrono subuenitur 119 ꝑ ad inopiam vergenti. cita nos. §. si. xxv. quaest. j. ca. quicunque. xvj. quaest. vij.

Sed quæri potest, qñ dicitur patronus vergere ad inopiam? quādo necessitati occurrenti ex propriis facultatibus sibi subuenire non possit, vt est gloss. in d. ca. quicunque. in verbo ad inopiam. scribentes in d. c. nobis. diceretur etiam vergere ad inopiam, quando sibi ex arte, vel industria succurrere non posset. Et pro hoc facit tex. in l. nepos Proculo. ff. de verb. signi. verba enim ciuilitate, & non exactissime sunt accipienda. Nam iudicio meo, iura, quae volunt in casu inopiae succurrendum esse patrono non videntur requirere illam summam egestatem, sed tantum, q̄ patronus incipiat effici pauper. Ita ad litteram vult text. in d. c. nobis. dum dicit, si ad inopiam vergat; limita tamen hoc, quod dicitur succurrendum esse patrono de bonis ecclesiae, in qua obtinet ius patronatus procedere, quando rectori ecclesiae aliquid superesset deductis alimentis, & aliis oneribus. cita nos. §. si. xxv. q. ij. gl. in d. c. quicunque. in verb. ad inopiam. xvj. q. vij. facit text. in l. si quis à liberis. §. alimenta. ff. de libe. agn. quod nota contra eos: qui dicunt bona ecclesie esse bona pauperum, vt in c. quoniam. xvj. quaest. prim. gloss. in dict. cap. quicunque. quia illud intelligitur de illis bonis, quae supersunt rectori ecclesiae deductis alimentis, & aliis oneribus ecclesiae incumbentibus: eo tamen colore. 120 re. Moderni heretici ecclesias bonis, & redditibus expoliāt, vt pauperibus succurrant, & vbi vend. carunt ea, pauperibus minime subueniunt, sed sibiipsis consulunt, & ventres suos (tanquam Cynici) pascunt de bonis ecclesiae, post crapulam miniitros ecclesiae deturpantes, & contra fidem multa effundentes: sed viderint quorum interest.

*Egenti patrono à rectore capellaniae subueniendum est in victu & vestitu.*

Secundò quæro, in quibus patrono subuenitur? quia dicitur in c. contra sanctorum. §. si verò. xvi. quaest. vij. ab eisdem ecclesias vitæ suffragia percipiant. & in d. c. nobis. dicitur ab ecclesia illi modeste succurratur. vnde per illa verba, videtur 121 ꝑ succurrendum esse patrono in victu, vestitu, ac habitatio. ne. facit tex. in l. alimentis. de alimen. & ciba. leg. ff. quae tamen moderanda erunt: secundum qualitatem personae. iuxta glo. in verb. modeste. dicit. c. nobis. quoniam omnia quae supersunt, eidem impendenda non sunt: sed aliis pauperibus subueniendum ex iis. iuxta. c. quicunque. xvj. q. j.

*Vniuersitati ius patronatus habenti subueniendum vt vni.*

Tertio quæro, sunt plures compatroni aut est vniuersitas, vel collegium habens ius patronatus, an omnibus compatronis, & singulis de collegio, vel vniuersitate sit subueniendum? respondet, quod si sit collegium, aut vniuersitas, & sic 122 vnum corpus vniuersaliter, non singulariter ꝑ subuenitur. c. Episcopus qui mancipium. §. si verò à collegio. duodecima quaestione secunda. facit. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. de in ius voc. ff. si verò sunt plures, non tamen vt vnam corpus, cui libet compatrono tenetur succurrere.

*Capellania percempta dote, an subueniatur patrono.*

123 Quarto quæro, an dote percempta ꝑ subueniendum sit patrono? hæc quaestio ex iis, quae superius proximè diximus in secunda quaestione, solui potest, si enim ex iis, quae rectori supersunt, deductis oneribus ecclesiae incumbatibus subueniendum sit patrono, iam non quaritur an dote percempta illi sit succurrendum. non enim superesse dicuntur, quae non sunt, & non entium nullae sunt qualitates. ar. l. mulieris appellatione. §. si. ff. de verb. & rer. sign.

*Patrono in domo Rectoris subueniendum, quod non est intelligendum simpliciter.*

Quinto quæro, si (vt dictum est) patrono vergente ad inopiam subueniendum sit in alimentis, in quo loco praestanda sunt alimenta? & videtur, quod in habitatione ipsius rectoris, 124 ꝑ tamen honestè cum eo cōmorari potest: sicut in simili dicitur de vxore cui à marito praemortuo relicta sunt alimenta: non enim cogitur ea percipere in domo mariti si in ea honestè cohabitare non possit, aliàs secus: ita notabiliter determinat. Ioan. And. in c. nobis. co. tit. Spec. in it. qui filij sint legi. ver. sed pone vxor.

*Patrono inopi facto subuenitur, aliàs non.*

Sextò quæro, an patronus aliquid consequatur ab ecclesia 125 præterquam in casu praemisso inopiae? dicit, quod ꝑ non. per tex. in c. filiis. xvj. q. vij. cap. præterea. eod. tit. in antiq. quod limita, nisi à principio de consensu episcopi aliquid sibi reseruasset, dando fundum, vel dorando ecclesiam. tex. dicit. c. præterea. vnde male faciunt patroni aliud sibi usurpando.

*Patrono, non ipsius sed rectoris arbitrio, tmm iudicis aut Canonis officio subuenitur.*

Septimò quæro, an alimenta in specie praestanda sint patrono 126 no ad eius ipsius arbitrium: ꝑ puto quod non. ius enim disponens praestari debere alimenta patronis in casu praemisso videtur velle hoc relinquere arbitrio rectoris ecclesiae.

Octauò quæro, quo remedio consequitur patronus alimentis? dicit, quod iudicis officio: aut canonis remedio consequitur iuxta tex. in l. si quis à liberis, & ibi Bar. ff. de lib. agno.

*Patrono tertium incumbens est sollicitudo capellaniae, cuius autem impensis sit ecclesia reparanda, distinguitur, vt hic.*

127 Tertio consequitur ꝑ patronus sollicitudinem, quae dupliciter consideratur, quantum ad defensionem, & quantum ad provisionem; quo ad primum, quia ecclesiam defendere tenetur. cap. filiis. in fine. xvj. quaestione vij. Sed dubitari potest, cuius sumptibus fiet defensio ecclesiae? dicit sumptibus eiusdem, nemo enim suis sumptibus militat. ca. cum ex officij sui debito. de praescri. argu. l. tutor sine curator. in verbo. Non tamen periculo suo facere. ff. de admini. tuto. l. operæ. la. secunde. ff. de ce

de oper. libe. Secundo igitur quæro: an reparatio, quæ ad defensionem spectat expensis patroni facienda sit, an verò ec-  
 128 clesiarum distincte, et aut est capella, au parochialis ecclesia. Pri-  
 mo casu rector: si eius de fructibus eiusdem tenetur. si verò est  
 ecclesia parochialis, subdistingue, aut est ecclesia parochialis  
 vicaria perpetua nuncupata, habens priorem super se: aut est  
 prioratus cum cura sine vicario perpetuo: in primo, si est vica-  
 ria perpetua habens super se priorem, iterum subdistingue,  
 aut est talis vicaria perpetua, quæ recipit victum, & vestitum,  
 & aliquid pro supportandis oneribus à priore, aut est vicaria  
 perpetua portionata de certa quotta decimarum.

Primo casu, ubi est mensalis, id est prioris mensæ annexa,  
 & eius impensis vivens, & onera incumbentia eidem suppor-  
 tantur à priore (præterquam administratio sacramentorum)  
 tunc expensæ rationem omnem commoditatem, omnes fructus,  
 & redditus percipientem, reparationis pertinet ad ipsum  
 priorem, iuxta not. in cle. j. de iure patro. in cle.

Secundo verò casu, ubi recipit quotam fructuum rector  
 parochialis ecclesiæ: expensæ reparationis communiter per-  
 tinent ad priorem, & ad ipsum vicarium perpetuum. Intellige  
 tamen, quantum pertinet ad contributionem ipsorum, &  
 non in totum: quando quidem ad parochianos potior pars  
 refectionis spectat: nisi tamen huiusmodi resectio, & reparatio  
 fieret ad decorem, non autem ad necessitatem, quoniam  
 si ad decorem fieret, ad eod quod essent reparationes magis vo-  
 luntariæ quam necessariæ, vel vitales, tunc reficiens teneretur,  
 non autem ceteri: ut colligitur ex cap. si monachus. xvj. quæst.  
 j. & c. de iis. de eccl. ædifi. vel repara. Non enim reperitur in iure  
 quod rector parochialis ecclesiæ teneatur suis parochianis  
 de templo providere.

#### Antedictorum limitationes duæ.

Superiora tamen omnia limita procedere, quando eccle-  
 sia nullos redditus pro fabrica distinctos haberet. Item limita  
 nisi consuetudo aliud disponderet quia eidem staretur, se-  
 cundum scribentes in c. quicunque. de ecclesiis ædifi. vel repara-  
 and. & quod dicimus de expensis reparationis ecclesiæ fa-  
 ciendis ab ipso rectore, intellige civiliter, & sanè, scilicet si re-  
 ditus ecclesiæ rectori super sint. text. est singularis pro hoc in  
 capitul. de iis. de eccl. ædifi. quia si non super sunt, compelli-  
 tur plebs ad refectionem, vel reparationem ecclesiæ, se-  
 cundum scribentes in d. cap. quicunque. & in cap. de iis. de eccl.  
 ædifi. argumen. text. in capit. si episcopus. de officio ordinarij  
 libro sexto.

*Parochianus non possit renuntiare vsui ecclesiæ, & vicinus iuri aquæ  
 hauritus, ne hic putum reparat, ille ecclesiam.*

129 Sed quæro in iis terminis, si an parochianus, ut evitaret  
 onus refectionis, seu reparationis, possit vsuum ecclesiæ ce-  
 dere, & eidem renuntiare? dic quod non: quia hoc ab eo non  
 dependet: nam velit nolit, tenetur ad ipsam accedere, & ibi  
 à rectore eiusdem ecclesiastica sacramenta recipere: iuxta. ca.  
 omnis cum ibi not. de pœnitent. & remissio quod facit ad que-  
 sitionem, an aliquis de vicinia possit renuntiare vsui alicuius  
 putei, aut alterius rei similis: hanc questionem movet Pañor  
 mita. in prædicto capitulo. de eccl. ædifi. & se remittit ad nota.  
 per Specul. in ritul. de censib. §. secundo. versicul. Item pone.  
 ubi idem Specul. concludit post multa, vicinum cogendum  
 esse ad putei reparationem, & manutentionem nec posse  
 tunc huiusmodi vsui renuntiare per text. in l. ad reparatio-  
 nem. C. de aquæ duct. & l. ad portus. C. de oper. pub. & l. ad in-  
 structiones. C. de sacrosanct. eccles. ubi latissime scribentes ita  
 determinant.

*Rector ecclesiæ tenetur ad tertiam reparationis. & patronus debet solici-  
 tæ agere, ut sedulus rector instituat.*

131 Sed iis terminis quæro, pro quâ portione rector eccle-  
 siæ tenetur contribuere? dic pro tertia, quam episcopus  
 olim à singulis ecclesiis percipiebat. per text. in cap. præf. ca.  
 vnio. x. quæstione iij. quando tamen reditus sui episcopatibus  
 non sufficiebant. ut in dicto capit. præf. quo casu tenebatur  
 subire onus fabricæ reparandæ. ut scribentes in dicto capitul.  
 præf. iuxta tamen limitationes præcedentes. Quod autem  
 patronus sollicitus esse debeat in providendo ecclesiæ vacan-  
 ti est in promptu. Nam sollicitè curare debet, ut rectorem ido-  
 neum episcopo offerat in ecclesia instituendum. ca. decerni-  
 mus. c. filii. xvj. quæstio. vij.

*Episcopus sine patroni consensu ecclesiæ providere non potest. Fallit.*

132 Sed quæro, an superior possit providere ecclesiæ patro-  
 natæ sine patroni consensu credo quod non: imò si provideat  
 irrita est talis provisio. cap. decernimus. xvj. quæstione vij. Ab-  
 bas in capit. cum Bertol. & post eum Felyn. ibi. num. 8. de sen-  
 ten. & te iud. in antiq. Ioan. Andr. & in cap. licet. de officio vi-  
 car. lib. vi. Innocen. Hostien. & Ioan. Andr. in capit. ex in iua.  
 de iure patronatus.

#### Prima fallentia.

Fallit hoc primò, si patronus ex post facto consentiat. se-  
 cundum Hostien. & Ioan. Andr. in capitul. per vestras. de iure  
 patronat. Felyn. in dicto capitul. cum Bertoldus. numero 9.  
 Quo casu institutio valet. ut ex nunc, non ex tunc. argumen-  
 text. in l. per fundum. de serui. rustic. prædi. Abbas in dispu. in-  
 cipiente. Augerio. xxiii. column. & Felyn. ubi superius. qui  
 consensus patroni colligitur non solum verbis expressis. sed  
 etiam factis, dum tamen sint talia facta, quæ tendant ad de-  
 clarationem institutionis. ut vult Zaba. in clem. j. de supplen.  
 negli. præla.

#### Secunda fallentia.

Fallit secundò, quando episcopus conferret ipsi patrono.  
 Ioan. Andr. & alij. in capit. per vestras. de iure patronat. Felyn.  
 in præallega. cap. cum Bertoldus. numer. 11. argumen. clem.  
 primæ. §. qui etiam. de concess. præbend. & quæ notan. per  
 Ab. in c. sicut nostris. in fi. de iure iurand.

#### Tertia fallentia.

Fallit tertio, si collatio fiat per ordinarium patrono præsen-  
 te, & tacente: dum tamen ipse patronus fuerit vocatus ad  
 hoc, ut pulchre declarat Fely. in d. cap. cum Bertoldus. nume.  
 12. per not. ab Inno. in ca. vestra. de loca. ubi post eum Ab. &  
 idem fecit Fely. in cap. cum omnes. in vers. iuxta hæc potuit  
 Inno. de consi.

#### Quarta fallentia.

Fallit quarto, si patronus sciens & opponere potens pate-  
 retur tempus ad præsentandum sibi concessum labi, & non  
 se opponeret. & super hoc vide eundem Fely. in dicto cap.  
 cum Bertoldus.

Sed quæro in his terminis, quid si ordinarius collator præ-  
 figat terminum patrono ad præsentandum breviorum ter-  
 133 mino legali, si an possit dic quod non. ratio est. quia ubi per  
 lapsum termini incurritur aliqua pœna superior, non potest  
 abbreviare terminum. glo. ff. est notab. iuncto text. in capitul.  
 j. in versicul. tertiam vocationem. de milite vassal. qui contu-  
 est. Facit gloss. in clem. j. versic. ij. de vita & hone. cle. in cle.  
 notan. scribentes, & maxime Felyn. in capitul. cum sit roma-  
 na. de appell.

#### Quinta fallentia.

Quinò fallit quando post collationem factam per ordi-  
 narium, lapsus esset terminus præsentandi. Card. Zab. in cle. j.  
 de supp. negli. præla. & incipit valere ex nunc: quia ordinarius  
 aliam provisionem non posset facere per text. in cap. diversis.  
 de cleric. coniu. sed duntaxat factam ratam habere: quia per  
 lapsum termini attenditur negligentia patroni, quæ conua-  
 lidat id, quod erat eo patrono instante irritum, unde per hoc  
 declaratur regula iuris. Non firmatur tractu temporis quod  
 de iure ab initio non subsistit. quia hoc non fit, solo tractu  
 temporis sed negligentia patroni. Et sic ubi ex alio effectu,  
 quam solo tempore potest convalidari actus nullus, seu qui  
 est nullus effectus, cessat prædicta iuris regula. Non firmatur  
 & c. quod nota. pro hoc vide Felyn. in dicto cap. cum Bertol-  
 dus. numer. 14. in fin.

#### Sexta fallentia.

Fallit sexto in permutatione, aut quando patronus voca-  
 tus præsentare non posset, quem vellet. Si enim episcopus,  
 aut alius superior authorizat permutationem factam à pat-  
 ribus patrono non vocato, valet secundum Domin. de Ror.  
 in titu. de rerum permut. in noais. deci. cccvij. ubi dicunt quod  
 d. lo. Nic. Delph. PPP p 2 capitu



capitulum decernimus. xvj. quæst. vij. loquitur in collatione voluntaria, non autem in necessaria. prout est ea, quæ fit in permutacione. per text. in clement. vnica. de rerum permutacione. & ex hoc potest colligere, quod collatio facta ex causa permutacionis in requisito patrono, non est irrita per dictum capitulum. decernimus. secundum intellectum scribenrium: sed annullanda est. domin. de Rota vbi superius decisio. xxxvij. sententia, propter contemptum, ratione cuius potest agere ad irrationem, aut alium presentare. & prima institutio facta eo in requisito, irritabitur ope exceptionis. ex mente Felj. in dicto c. cum Beroldus. de re iudi. nu. 1. §. in fin.

*Patrono requisito de providendo capellania veniente, an eo invito illi provideri possit. vide hic, quia pulchra est determinatio.*

Sed quid, si requiratur patronus, vt consentiat, aut presentet, 134 & renuat prestare consensum, & presentare, An tunc invito, & recusante (requisito tamen) fieri possit collatio causa permutacionis? hæc quæstio non fuit hæcenus aperte tacta per scribentes, sed insequendo communem & usum, & consuetudinem, quæ est optima legum interpres, quid iuris sit in hoc casu, pro viribus in medium adducere laborabo. Et prima facie vel occurru primo videtur collationem fieri non posse validam, ex dict. text. capitul. decernimus indistincte loquente de quacunque collatione. & huic opinioni suffragatur text. in clementi. ne in agro. §. ad hæc. versicul. sed si prioribus. in verb. Cum consilio, & assensu Abbatum per locorum ipsorum ordinarios vniantur. & firmant domini de Rota in prædicta decisione cccvij. quod sequitur Pau. de Leazaris in clementina vnica. de rerum permuta. quem etiam sequutus est Federic. de Senis, in tracta. de rerum permuta. quæstio. xxx. & Lapus ibi in additi. & maxime in vltima. sequitur Panormita. in disputa. incipiente, Angerio. Contrarium tamen credo verius, vt pote collationem posse fieri validam recusante, & invito patrono, & quod talis provisio non sit irrita, nec irritanda: nam patronus est in eo casu, in quo etiam si vocetur, & requiratur, non tamen potest, quem vult presentare: sed duntaxat compermutantem, aliàs presentatio sicut collatio est nulla. per clement. vnica. de rerum permuta. in cle. licet dicta clem. loquatur in collatione, quia quamuis sint diuersa collatio, & presentatio. per capitul. cum in illis. §. cum autem. de præbend. libro vj. tamen in casu nostro non est diuersa ratio, sed eadem: ea enim ratione, qua ibi annullatur collatio: annullari debet omnis modus, per quem provideretur beneficiis, aliàs facile eluderetur constitutio. & ita tenet gloss. in verbo conferantur. in fina. respondens ad dictum capitul. cum in illis quod loquatur: in literis ad beneficia, quæ striete debent interpretari. vt dixit ibi text. in quibus vno modo expresso, non comprehenditur alius: sed hic secus, quia cessat ratio dicti capitul. Item propter identitatem rationis, vnde si presentatio facta de alio quam de compermutante sit nulla, frustra queritur de contradictione ad actum, quem non posset impedire. tamen puto, quod si iusta causa interueniat contradicendi, puta quia instituendus sit incapax ratione doctrinæ vel ætatis, aut similibus. eo patronus agere possit ad annullandam collationem factam causa permutacionis, vt est communis mens prædictorum scribentium in locis præalleg. vbi scilicet non fuisset requisitus, aut requisitus contradixisset: & præcedens dubium soluitur consuetudine (quæ est optima legum interpres) quia plus posset obesse contemptus, quam contradictio. Idcirco ne de contemptu agat patronus, sit hoc tempore requisitus à patrono. Ita enim seruatur, & practicitur quotidie.

*Capellania invito patrono, quando provisum est, intra quantum tempus debet proclamare patronus, vide hic.*

Sed pone, patronus in aliquo casu prædicto vult agere, quæ 135 do potest: & intra quantum tempus potest agere? dic breuiter eum posse agere de contemptu intra tempus sibi concessum ad presentandum, alias eo tempore lapsò, agere non potest. quod quidem tempus computabitur à die notitiæ à quo tempore est in considerabili negligentia. per text. vbi scribentes in c. quia diuersitatem. de concess. præben. & c. quæciam. §. si verò. vt sit penden. c. licet. de iis quæ fiunt à prælata. ita enim seruatur, & practicitur quotidie.

*Renouata rectoris beneuolentia vel attentione, transit ad aliud, & quærit, an beneficia, quæ permutantur, dicantur verè vacare.*

Sed quoniam de permutacione (velim nolim) dicere conuenit, vt hæc nostra iuris patronatus expleatur materia: non grauaberis bono lector. sed omnia bonam, in partem accipe. quæro igitur, An per resignationem factam causa permutacionis, dicatur vera vacatio domini de Rota decisio. xvj. de rerum permuta. in antiq. dicunt quod sic. & est text. vbi scribentes maxime Moderni, in capitul. primo. de rerum permuta. libro sexto. quod etiam potest probari multis. Sicut enim in simplici renuntiatione interueniunt tres personæ, scilicet collator, resignans, & resignatarius: ita & in permutacione: aliàs non valet: quia authorizatione, & collatione post resignationem reciproce factam est opus. Et sicut per simplicem renuntiationem amittitur titulus, ius, & possessio civilis, & naturalis, (prout Rota decisione lxxvij. in antiq. admiffa, vel non, per superiorem dicta resignatione) ita in renuntiatione facta ex permutacione. Hoc firmant idem Domini de Rota decisio. septima. de rerum permuta. in anti. Et licet quædam differentia dari possit inter vtranque, vt pote, quia renuntiatio facta causa permutacionis dicitur geminata, seu facta reciproce, & quod per eandem permutacionem beneficia ita resignata sint affecta compermutantibus, clementi. vnica. de rerum permuta. in clement. & quod hæc plus contineat, quam illa, tamen non est differentia in hoc: quia disposita de vno actu simplici locum habent in pluribus duplicibus, & geminatis. l. singularia. ff. si certum petatur. Andr. Sicut in capitulo primo. de litis contestata. Gemi. in ca. qui ad agendum. §. primo. de procurator. libro sexto. Anchar. in capitul. quamuis. de præbend. libro sexto. Tradit Barrol. in l. cum filiofamil. circa finem. ff. de legat. j. Item ex hoc quod plus videtur contra ære, non est differentia, iuxta text. cum ibi notatur 137 tis in l. prima. §. quod autem. ff. de usu alie & alieo. Plus enim, & minus specie non differunt. l. finali. ff. de fund. instr. vnde concludo, quod beneficium vacans per resignationem ex permutacione factam, dicitur verè vacare. quod verè probatur in capitul. vnico. de rerum permuta. libro sexto. in verbo præferentes æquitatem in hac parte rigori. & c. aliàs sequeretur quod beneficia resignata ex permutacione, conferrentur compermutantibus, antequam vacarent, quod est falsum. capitulo primo. de concess. præben. ex quo emanauit declaratio Viennen. concilij. in clement. vnica. de rerum permuta. propter dubia, quæ ratione decretalis prædictæ de re. permut. libro vj. orta sunt: quæ quidem dubia soluntur ex huiusmodi declaratione, præsertim quod beneficia ita dimissa aliis compermutantibus non debentur, dimissis aliis dubiis in specie quæ ad exemplum possent adduci, sed quæ studiosum in indutrio lectori cogitanda de industria relinquimus.

*In vacatione, quæ fit ex permutacione, non est circulatio nisi fraus insit, quomodo verò fraus deprehendatur, vide hic, & sequenti quæst.*

Quæro secundò, an vacatio huiusmodi faciat turnum dic, 138 quod non, nisi sit fraudulenta. nam in eo casu beneficium causa permutacionis resignatum non afficitur per dictum c. licet. de re. permut. libro vj. in verbo. ac sine fraude.

Tertio quæro, quomodo deprehenditur fraus dic deprehendi à coniecturis. l. dolum. C. de dol. l. quia autem. §. non simpliciter. ff. si quis omif. cau. testa. Sed quibus coniecturis dic quod sequentibus, vt pote, si infirmus beneficium, quod deberetur expectanti, renuntiet, aut quod deberetur graduatis nominatis, aut si consanguineus cum consanguineo permutet, aut si beneficium pingue cum tenui, aut quando fit clam, aut quia senex cum iuvene, aut quando tempore pestis, aut quando compermutans postea obtinet per obitum beneficium renuntiatum causa permutacionis. quæ coniecturæ debent probari. nec sufficeret vna sola coniectura ad deprehendendam fraudem. facit capitul. in presentia de renun. Sed tamen hæc coniecturæ cessant, vbi fit permutatio coram Papa: & exprimentur omnes qualitates. vt late Rebus. in tit. de colla. §. volmus. quart. cvij. versiculo, quæro quomodo. quæ cessant etiam ex multis concurrentibus causis, quas ibi vide, eas enim omitto, ne plus iusto prolixior sim.

*Beneficij per renuntiationem, a ut aliàs ex permutacione vacantis admiffio, & collatio per quem fieri debet.*

Quartò quæro, per quem admitti debet renuntiatio facta 139 ex permutacione: & per quem fieri debeat collatio, an per ordinarium collatorem inferiorem episcopo, an per episcopum, aut superiorem? videtur enim quod ad collatorem ordinarium

dinarium pertineat renuntiationis admissio, & collatio beneficij causa permutationis renuntiat, licet iure speciali conferat, ut pote privilegio, consuetudine, aut prescriptione: nam ad quem pertinet institutio, ad illum etiam pertinere debet destitutio, siue resignationis receptio. facit capit. cum ex iuncto. de heret. in fin. capitul. j. de capitul. monacho. & capit. cum & plantare. §. in ecclesiasticis privilegijs. de privileg. & capitul. admonet. & capitul. quod in dubijs. de renuntia. In contrario tamen est veritas. ita tenet gloss. communiter approbata. in clemen. vnica de re. permuta. in clemen. in verb. confessio. Hostien. in summa. eodem. titul. Ioan. Andr. in nouella. in capitul. vnico. eodem. tit. lib. vj. numer. 6. Et ratio est secundum Archid. in d. capit. vnico. lib. vj. quia eis non conceditur  
 140 vt contra concilium dispensent, aut eidem derogent, per quod prohibetur dignitatum permutatio. capitul. maioribus. de præbend. sed soli episcopo conceditur: & non inferiori collatori. ut in capit. quæsitum. eodem. titulo. de re. permuta. & in capitul. vacante. de præbend. ratio etiam rationis esse potest: quia nemini licitum est facere contra canonem, nisi in quantum à canone sibi conceditur: facit ca. dilectus. de temp. ordi. versic. tamen quia. de supplen. negligentia præla. lib. vj. capit. j. ratio vero cur soli episcopo, & non inferiori concedatur beneficiorum commutatio est, quia diocæsanus episcopus est præordinator in cunctis. xxv. distinct. capit. perlectis. &  
 141 prouidentia ¶ Episcopi vnaquæque parochia regenda est. capitulo decretum. & capitul. regenda. x. quæstio. j. & capit. ij. versic. vnum quæque ix. quæstio. ij. & ad eum pertinet omnium ecclesiarum suæ diocæsis ordinatio. capitul. omnes Basilicæ. Hoc etiã concluderunt Domini de Rota. decisione cccxcviij. in antiq. in tit. de re. permuta. hoc tenuit quoque Federic. de Senis. in trac. permuta. versic. xxij. quæro.

Nec obstant rationes in contrarium adductæ: quia hoc verum esset: si iure communi non speciali conferrent, non enim fieret extensio, nisi hoc caueretur in privilegio propter prohibitionem Turonensis consilij. Et si ratione prescriptionis, aut consuetudinis inferior episcopo facultatem conferendi beneficia haberet, diceremus tantum præscriptum, quantum possessum. & non plus. capit. in tua. de deci. capit. fin. de offic. Archid. capit. auditis de præscriptio. capitul. cum olim. de capel. monacho. cum simi. Et sic testis casus, in quo episcopus confert beneficium alienum, intellige tamen requisito consensu collatorum ordinariorum: aliàs confunderetur ecclesiasticus ordo, quod esse non debet. xj. quæstio. j. capit. peruenit. quia ita induceretur de facili via aliquem priuandi iure suo, quod tamen limita procedere, vbi renuntiatio fieret coram episcopo, aut Archiepiscopo: quia secus esset, si coram Papa, aut eius legato.

*Collatio beneficiorum in diuersis diocæsis, vel in eadem (sed quorum collatio diuersorum est) per permutationem vacantium: an diuerso tempore fieri possit.*

Quintò quæro, si beneficia quæ permutantur sint in diocæsi diuersorum, an collatio fieri possit per eos, ad quos pertinet, diuerso tempore compermutantibus dic quòd non: quia scinderetur actus permutationis, & daretur via ad multa dubia. Sæpe enim extra id quod agitur aliud nascitur, ut si is qui, in fin. ff. commodati. capitul. j. de spons. impube. libro vj. Sed debent episcopi esse præsentés, aut cõuenire ad inuicem aut alter eorum vices suas in hac parte alter committere: ut in eodem instanti fiat permutatio, qui ambo pro vno reputabuntur. facit capitul. cum illorum. de sentent. excommu. in fin. ita voluit Ioan. Andr. in præalleg. capit. vnico. eodem. tit. libro vj. in nouell. & Archid. ibi Federic. de Senis, in trac. permuta. quæstio. xj. limita hoc, nisi habeatur fides inter compermutantes, quia in instanti completus est actus permutationis quantum ad partes.

Nec obstat quod dici possit de alio episcopo, qui adhuc alterum ex beneficijs non contulisset propter absentiam, aut si nollet conferre, quia (velit nolit) tenetur compermutanti conferre: aliàs nulla esset sua collatio: ut superius dictum est. Ita prædicti scribentes in locis præallegat. & maxime in dicto capitulo vnico. eodem. titulo. libro vj. vtilius tamen est, quòd fiat, si fieri potest, in eodem instanti & non diuerso tempore.

*Beneficij ex causa permutationis pro vna parte facta renuntiatione, altera parte non potente, an nolente renuntiare, an prior renuntians possit ad beneficium renuntiatum redire? & concludit quòd potest.*

Sextò quæro, perfecta est permutatio ex vna parte, non potest inde compleri ex altera si aliquo impedimento iuris, reservationis, aut regressus ab beneficio, vel huiusmodi: superueniente, an is qui renuntiauit iam in effectu & ex parte sua compleuit permutationem, possit redire ad beneficium suum absque alia collatione? videtur quòd possit, argument. text. cap. si beneficia. de præb. lib. vj. Distinguo aut permutatio sortita est effectum, aut non.

Primo casu, scilicet vbi permutatio sortita est effectum, ita quòd ex post facto resoluenda sit, propterea quia permutans mortuus est, non vult renuntiare, eo casu opus est noua collatione, quia si beneficium renuntiatum causa permutationis verè vacat, ut superius visum est, vnde habens fructus primi, aut secundi anni beneficiorum vacantium potest petere fructus beneficij vacantis causa permutationis: hoc voluit Ioan. Andr. in capit. si pro te. de rescrip. libro vj. vult etiam Federic. de Senis, in consilio clvj. Et facit pro hac parte gloss. penult. in fin. in capitul. cum vniuersorum de re. permuta. & pro hac parte est regula, iuris beneficium &c. de reg. iur. lib. vj.

Aut non est sortita effectum, & hoc casu subsistingue: aut culpa sua, aut non, ut pote, quia sciebat beneficium litigiosum reseruatum, aut debitum alicui propter regressum retentum, vel aliàs propter crimen, vel causam legitimam vacare: & hoc casu dicerem opus esse noua collatione: aut non sciebat, & hoc casu dic etiam opus esse noua institutione. licet enim causa, propter quam renuntiabat, non fuerit sequuta, ut ideo beneficium debeat sibi restitui, tanquam causa non sequuta, sicut qui dedit ob causam, & causa non sequuta condicit: tamen non sequitur, quòd non deserit esse dominus beneficij, quia licet quis det ob causam, causa tamen non sequuta, non est nulla donatio, sed resoluatur per conditionem: & sic dominium translatum est per huiusmodi donationem. Certum est enim, quòd qui tradit ob causam, dominium perdit, & tunc conditio sibi competit, quia conditio regulariter non competit domino, ut l. vltimo. ff. quæ admodum vsusfructu. caueat. ita in simili dicemus compermutantem desisse esse dominum per renuntiationem factam causa permutationis. vnde si repetat beneficium, opus est noua prouisione, aliàs occuparet beneficium, & locum haberet dictum capitulum, eum qui beneficium de præben. libro sexto. ita determinant prædicti scribentes, in locis præallegatis. præsertim Federic. de Senis in dicto consilio centesimoquinquagesimo sexto. in fin. & post eum dominus Felynus. in capitul. cum venerabilis. de except. versiculo, vtrum permutatio. nume. xj. Et Panormi. in capi. cum vniuersorum. de re. permuta.

*Conclusio super permutantem causa non sequuta, posse beneficium renuntiatum condicere, seu repetere, quærit nunc qua actione poterit repetere, & coram quo, & an desinat possidere renuntiatum.*

147 Septimò quæro, si qua actione repetet beneficium compermutans, qui ex parte sua adimpleuit permutationem? dic actione præscriptis verbis: aut per conditionem canonis cum vniuersorum. de re. permuta. in antiq. & l. prima. in fin. ff. de rerum permuta.

148 Octauò quæro, in hoc casu per quem fiet prouisio de beneficio, quòd repetetur, per eum qui ex parte sua adimpleuit permutationem? An per Episcopum, aut per ordinarium beneficij? dicamus fieri debere per ordinarium collatorem, ut idem Federic. & post eum, Lopus in d. cons. clvj. in fi.

149 Nonò quæro an permutans beneficium suum cum alio qui ex parte sua non compleuit permutationem, desinat possidere dictum beneficium? dic quòd sic. vnde non habet interdictionem vnde vi, aut remedium canonis reintegranda. Mil. in suo repertorio in verbo. permutatio: & Loco. Roman. in consil. lxij.

*Ordinarius non potest beneficium renuntiatum ex causa permutationis & collatorum, casu quo repetatur, alteri conferre, quam repetanti.*

Decimò quæro, an ordinarius collator in hoc casu possit tale beneficium causa permutationis resignatum, & collatum vni ex permutantibus, postea cui vellet conferre, vbi scilicet licet beneficium repeteretur? dicamus si breuiter quòd nò. per tex. ibi capitul. cum vniuersorum. de rerum permutatione in versicul. cum igitur deceptis: quia si hoc verum esset, sequeretur quòd dolosus & melioris conditionis esset, quàm improbus, quod tamen iura abhorrent: idque apertissimè probat. lo. Nic. Delph. P P P p 3 batur

fiatur in dicto capitul. cum vniuersorum. in ijs verbis, Amoto à præbenda consanguineo ipsius, vel quolibet alio illicito de rentore. Et quia etiam beneficium non vacat simpliciter, sed ex causa, licet verè vacet, propter tamen eandem causam beneficium remanet affectum: ita quòd alij non possent conferri quàm ei, qui eidem renuntiauerat ex causa permutationis faciendæ. per clementinam vnica de rerum permutatio. in clementin.

*Episcopus differens conferre beneficia in eius manibus ex causa permutationis renuntiatæ, debet compelli per superiorem.*

Vn decimò quæro, intra quantum tempus tenetur episcopus aut alius superior, in cuius manibus facta fuit renuntiatione conferre beneficium renuntiatum ex causa permutationis: dic non esse tempus præfixum, secundum Paul. de Leaza. in 352 clement. vnica de rerum permutatio. in clement. sed compellitur per superiorem si nolit conferre. & allegat. capitul. nullus. de iure patrona. At pace tanti viri sit dictum, nos dicamus tempus esse, quòd præfixum est ordinario collatori, aut alij, ad quem in hoc casu pertinet collatio. per text. in capitulo nulla. de concess. præbend. Ratio enim quæ militat in terminis illius. capitul. simplicis renuntiationis, scilicet, locum haberi etiã in hac vacatione ex causa permutationis facta. quòd non ultra aperio. nulli enim recte intuenti non est in promptu, sed capitul. nullus allegatum per Paulum de Leaza. loquitur in alijs terminis longe diuersis. dicit enim patronum non posse dare decimas, quæ ad patronatam ecclesiam spectant alij ecclesiæ, aut loco religioso, sine episcopi, aut Papæ consensu: & si episcopus nolit consentire, tunc interueniente licentia Papæ fieri potest. Et sic non facit ad casum nostrum.

*Ius permutationem authorizandi, potest præscribi, sicut iurisdictio.*

Duodecimò quæro, vtrum inferior episcopo, vt pote Abbas, aut alius prælatus ecclesiæ collegiatæ, aut capitulum, vel quid huiusmodi possit præscribere ius authorizandi permutationem, & conferendi beneficia vacantia causa permutationis, quòd (vt superius dictum est,) ad episcopum, aut ad 353 alium superiorem pertinet: ad hanc quæstionem prædicendum est quòd sic: quia istud non est ordinis iurisdictionis, quæ autem sicut iurisdictionis, præscribi possunt, per textum in capitul. auditis. & ibi gloss. in verb. ius episcopale. & capitul. cum olim. de præscrip. vbi scribentes latissime. Federic. de Senis in tracta. suo. de permutatio. quæstione vigesimatertia. Myl. in reper. in verb. præscribere potest inferior ab episcopo.

*Quod quis permutare beneficium cogatur, si expediat ecclesiæ, aut bono publico.*

Decimotertio quæro, an aliquis cogi possit permutare? Feder. quæstio. xxy. & post eum Lapus in additio. ibi tenet quod sic. multis hincinde adductis pro & contra si episcopus, aut alius, ecclesiis hoc viderit expedire, aut pro bono publico, vel propter vitandum scandalum, quòd probatur in capitul. nisi. cum pridem. per totum. & maxime in versicul. propter malitiam. de renuntia. si enim cogitur quis simpliciter dimittere beneficium: à fortiori cogitur permutare, & aliud pro renuntiato recipere. facit cap. quæris. & quòd ibi not. de ætate & qualita. Clement. si vna eccle. de reb. ecclesiæ non alienand. in clemen. in primo. responsio.

*Inferior à Papa non potest permutationem beneficiorum, sine consensu collatoris ordinarij expedire.*

Decimoquarto quæro, an episcopus, aut alius superior possit permutationem expedire sine consensu ordinarij collatoris: distinguitur aut Papa hoc facit aut inferior vt Archiepiscopus 354 aut Episcopus. si Papa præ hoc non est dubium. Si vero loquamur in Archiepiscopo, aut episcopo: tunc Federic. tenet eorundem non posse. in dicto tracta. quæstio. xix. & quæstio. xxiiij. & Lap. ibi post eum. & facit ele. ne in agro. §. ad hæc. de stat. regul. p. nauer. enim ordinarij collator directè iure suo. quòd episcopus, aut alius inferior à papa facere non potest. cap. ij. de excess. præla. confunditur enim ecclesiasticus 355 ordo, si vnicique sua iura non seruantur. cap. ij. peruenit. xj. quæstio. j.

*An ex his verbis, Placet nobis perficiatur permutatio.*

Decimoquinto quæro, si permutare volentes declarant eorum animum permutandi coram habente potestare, puta coram episcopo, an sine alia expressa renuntiatione, & provisione, sufficiat, quòd episcopus dicat, placet nobis, & partes hincinde dicant, & nobis, absque alia ampliori verborum expressione, ad hoc vt permutatio dicatur perfecta (vt pote admissa) renuntiatione, & inde sequuta prouisio: & licet videatur quòd sufficiat, tamen iure non potest sustineri, quòd dicatur facta prouisio: requiritur enim, quòd fiat expressa collatio, post huiusmodi tacitam admissionem renuntiationis. Ita voluit Hostiens. in capitul. ex ore. de ijs, quæ sunt à maiori parte capitul. colligitur etiam in dicta clementi. vnica de rerum permutat. in verb. residuum. & in verb. confertimus. & ita seruatur in practica.

*Vacantibus ex causa permutationis beneficijs, an sit optionis locus & an permutantes debeant exprimere beneficia, quæ habent.*

Decimosexto quæro, an vbi sit renuntiatione causa permutationis, locum habeat optio, quæ aliàs in simplici renuntiatione locum haberet. iuxta capitul. vlti. de consuetud. libro sexto. & videtur quòd sic. non enim negari potest quin vacet, vt superius latè visum est. Et licet Papa mander prouideri, aut prouideat, non tamen intendit præiudicare iuri optandi. text. est in dicto capitul. fin. de consuetud. libro vj. quòd adeo verum est, sine illud ius sit ex statuto, siue ex consuetudine, aut aliàs quomodocunque. talibus enim non præiudicat Papa per constitutionem suam. capitul. primo. de constitut. libro vj. quòd est fortius, quàm collatio, contrarium tamen puto verius. per capitul. vnicum de rerum permutatio. libro sexto. in verb. æquitatem. in hac parte præferentes rigori & capitul. Et in verbis. Quæ aliàs minime resignassent. iuncto text. in dicta clementina vnica eodem titulo. in clementin. qui loquitur de beneficijs resignatis, quæ manent affecta resignantibus, nec alijs possunt conferri: neque enim diuiduntur fructus à beneficio: & loquitur indistinctè. Item alia ratio 358 ne probatur quia factus agentium non operantur ultra intentionem. non omnis. ff. si certum pera. nec obstat quòd dici posset, permutationem facere non possunt. capitul. cum olim eod. titul. quia in hac parte superior regulatur secundum intentionem agentium, & permutare volentium. est text. in dicto capitulo vnico de rerum permutat. libro vj. ex huiusmodi verbis. Quæ aliàs minime resignassent &c. Et est intentio concilij Viennensis, quòd omnis modus. & via tollatur, per quæ possent compermutantes suo iure defraudari. Limita supradicta locum habere, vbi consuetudo optandi non haberet locum, nisi in vacatione simplici, quia si in omni vacatione locum habere, & ab antiquo optatū fuisset in vacatione simplici, quàm ex causa permutationis, eo casu prædicta cessaret nisi expressè Papa, aut Legatus, clausulâ derogatoriâ statutorum à consuetudine ecclesiæ de optando in provisione inferuisset. Distinctionem autem positam per Lapum sciens ac dedito animo omittendam censui propter dispositionem dictæ. Clemen. quæ ita afficit beneficia ex causa permutationis vacantia, vt collatio facta alijs quàm permutantibus, sit nulla. posset tamen procedere accedente consensu permutantium & non aliàs.

Decimosextimo quæro, an in permutatione mentio beneficiorum obtentorum faciendâ sit Feder. de Senis præ tenet quòd non. Ratio enim quare sit faciendâ mentio in impetratione beneficiorum iam obtentorum, iuxta dispositionem. c. non potest de præben. libro vj. non militat in permutatione. in qua agitur de suppositione vnus beneficij in locum alterius. Et sic ambitioni locus non est. Myl. in suo reper. to. in ver. permutationes. idem tenet.

*Pensio, hospitale, & præstimonium, an beneficio permittentur.*

Decimo octauo quæro, an pensio, hospitale, vel præstimonium, possint permutari cum beneficio de pensione, vel præstimonio clarum est quòd non, licet enij sint de spirituali, & annexis spirituali, non tamen sunt spiritualia: quòd locum habet, etiam si pensio, vel præstimonium essent concessa in locum beneficij: quia beneficium cum beneficio commutatur, non autem cum huiusmodi quoniam non sunt beneficia. vt superius satis diffusè deduximus in primo libro, de hospitali tamen dubium est: quia non est titulus omnino 360 proph

prophanus: sed ecclesiasticus. non enim potest vendi, aut remitti pretio absque vitio symonia. vt per ea, quæ not. in capit. consultiuit. de symo. quia tamen non est beneficium, nec assignari potest in locum beneficii cuique. clemen. quia contingit. §. vt autem. de religiosis domibus. dicemus non posse commutari cum beneficio. ita Lopus in additio. ad Feder. eodem tractat. quæstione decimaquarta. Myl. in suo repertorio in verb. per mutari potest. Et hæc est veritas: quia in permutatione non potest principaliter aliquid temporalitatis interuenire. capit. quæsitum. capit. ad quæstiones. de rerum permutatio. Limita hoc non procedere in accessoris titularum, vt pote in terris annexis beneficio, seu pertinentibus ad idem. vt exempli gratia. permutatio fit de vno beneficio 161 habente plura prædia cum non habente, eo casu, potest pro æqualitate valoris ratione dictorum, prædiorum ratione quorum dictum beneficium præponderat alio, interuenire pecunia. vt est text. in capit. ad quæstiones præallegat. de rerum permutatio. per quem textum decidi potest aliud dubium, scilicet an si pinguis commutatio beneficii fiat cum tenui pensione pro æqualitate valoris assignata valeat. Item aliud dubium solui potest, scilicet an si altera ecclesiarum sit grauata debitis, fieri possit, quod alter ex permutantibus cui prouidebitur de eadem ecclesiæ debitis grauata teneatur ad solutionem, & satisfactionem? ex hoc enim decidi posset quod sic, per dictum textum, in dicto capitulo ad quæstiones. Nec obstat textus, in capitulo ultimo. de pact. & capitulo quæsitum. de rerum permutatione. quia loquuntur de permutatione illicita, aut de ea quæ fit principaliter, vt ecclesia habeatur: non autem in terminis nostris: quia permutatio non fit sine concordia & consensu mutuo partium, quæ quidem concordia autoritate superioris, & consensu ipsius, atque communi vsu toleratur, & autoritate interueniente in prouisione, quæ fit partibus ex causa permutationis, aboleretur.

*Num permutationes quæ sunt tacite spuriorum gratia, sint licite, & non valeant.*

Decimononò quæro, quotidie fiunt renuntiationes à rectoribus beneficiorum, qui in circuitu mensæ habent filios, 162 vt eisdem de aliis beneficiis, quam suis prouideatur. ¶ vt exempli gratia. Titius qui liberos habet, non potest in eorum fauorem renuntiare beneficio suo, sed renuntiat alij obtinentaliud, vt ille suum renuntiet spurio suo, an huiusmodi renuntiationes dicantur factæ causa permutationis? dicamus breuiter quod non. quia permutatio est contractus reciprocos respiciens personas contrahentes. aliàs esset alia species contractus præscriptis verbis. ita Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titulo. de regul. permutat. in versicul. Item an numero canonicorum restricto. ita Federicus in suo tractatu permutatio. quæstione vltima. sed est quædam simplex renuntiatio: quod nota, quia est magni effectus. quotidie tamen prædicatur à miseris & cæcis ecclesiarum rectoribus qui non verentur in medium ecclesiæ sui scandali fructum adducere, & de peccato suo, non quidem pœnitere, sed (ma- 163 lum) gloriari: quippe ¶ qui hos ex nephario coitu genitos obscuros potius, & à patres alere debent, quam in tam graue omnium scandalum omnibus eos notos facere. sed qui magistratibus præfunt, hoc viderint, nos nostra sorte contentissimus.

*Plura beneficia vtrum cum vno possint permutari, distingue, vt hic.*

Vigesimo quæro, an plura beneficia possint commutari cum vno casum, alius alium posuit. nos tamen Optime lector, vt breuiter omnes casus complectamur, distinguemus: aut quis plura beneficia, quæ obtinet de iure communi, vult permutare cum vno, aut quæ ex dispensatione, & in commendam obtinet. Primo casu potest quis plura beneficia commutare cum vno. ita Ioannes Andreas & post eum Panormita & Felyn. in capitulo cum venerabilis de exceptio. Feder. in suo tractatu. permutatio. quæstione xij. Ioann. Calderyn. in dicto capitulo venerabilis. & Domini de Rota decisio. xvj. eodem titulo. vbi allegatur textus in dicto capitulo cum venerabilis. qui licet loquatur quando ecclesiæ iure proprietatis permutantur, non autem iure tituli, tamen prædicti extendunt, vbi commutatio fit de titulo ad titulum, & sic nota secundum prædictos, quorum sententia communiter approbatur, quod permutatio fieri potest de vno beneficio pro plu-

ribus, tam vbi obtinentur iure tituli, quam vbi iure proprietatis. per dictum capitulum. Secundo vero casu, vbi ex dispensatione, aut in commendam obtinentur plura beneficia, de vno beneficio fieri nõ potest commutatio pro pluribus: quia dispensatio non excedit personas. capitulo. sanè. de priuileg. capitulum. petisti. vij. q. j. Ad hoc facit. capitulum. non potest. de præbend. lib. vi.

Amplia hoc procedere etiam si ambo permutantes essent dispensati pro obtinendis duobus incompatilibus, per dictum capitulum. non potest. quod tamen limita, nisi in dispensatione infera esset (vt fieri solet) clausula, Quod iam obtenta dispensatione, &c. vel in commendam, possent relinquere simpliciter, vel ex causa permutationis, & alia in eorum locum obtineri. secundum Felinum in dicto capitulo cum venerabilis. in principio. quæ verba verificantur in vnicò actu, cum vnica persona. ita Felyn. in loco præallegato. & Anton. de Butriens. ibi dicens se ita aliàs consuluisse. per dictum capitulum. non potest de præbend. ita etiam Federic. de Senis in dicto tractatu. quæst. xij. ratio est, quia cum dispensatio sit quid exorbitans, non extenditur.

*Quod beneficii permutatio fieri non possit cum eo, qui ius habet ad rem, noua hic consideratio ponitur, & quædam expectationes non sint permutabiles.*

165 Vigesimo primò quæro, ¶ an fieri possit permutatio de beneficio cum habente ius ad rem Federicus. de Senis. quæstione decimatertia tenet quod non. & ponit rationem: quia non fieret beneficiorum permutatio. Ego autem dico aliam rationem esse, quia in permutatione requiritur, quod res quæ permutantur, fiant permutantium, & eis earundem acquiratur dominium, secundum iurisconsultum lege prima. de rerum permutatione. ff. quod non fieret in hoc casu, quia habens ius ad beneficium, non dicitur habere beneficium. Item alia ratio potest assignari: quia habens ius ad rem, non potest alteri literas, propter quas huiusmodi ius consecutus est, cedere, cum sint personales. capitulum. penultimo de offic. delega.

Vigesimo secundò quæro, an duo expectantes possint adinuicem permutare? credo quod non: quia exequatur 166 ¶ non posset exequi: aliàs formam excederet mandati. Sed hæc hæcenus de permutatione dicta sufficiant. nunc iter ceptum prosequendo, venio ad septimam fallentiam.

*Supra numero. 132. posuit regulam, quod Episcopus non possit prouidere ecclesiæ sine consensu patroni, subiunxit sex exceptiones, sequitur septima.*

Fallit ergo septimò, si patronus præsentet talem, qui sine populi scandalo non posset institui: eo enim casu repulso præsentato, Episcopus absque patronorum consensu posset ecclesiæ prouidere de alio. pro hoc est text. in capitulo quoniam. de iure patronatus. facit pro hoc text. in capitulo sub- 167 diaconus. lxxvij. distinctione. vt enim ¶ cuitetur scandalum: iuris rigori detrahitur. capitulum. vt constitueretur. quinquagesima distinctio.

*Octaua fallentia hic, per quam constat, quis sit indignus beneficii & qui sint in beneficiis preferendi, quantumque docto in ecclesia deferatur, vel de ferendum sit, item quid in ecclesia docti præstent.*

Fallit octauò, si patronus clericus indignum præsentet, 168 quia ¶ pro illa vacatione priuatur præsentandi facultate. per textum. in capitulum. cum in cunctis. §. clerici. & in capitulum. innotuit. de electio. & Episcopus potest liberè (abiecto indigno) ecclesiæ prouidere. dicto capitulo. cum in cunctis. §. Episcopus vero. de electio. Sed quæro, quis dicitur in dignus? dicamus 169 indignum ¶ esse, qui est natus ex illegitimo matrimonio. per textum. in dicto capitulo. cum in cunctis. in principio. de electio. hi enim neque ad ordines, neque ad beneficia, admittuntur excepto clericali. capitulo primo. & capitulum. literas. de filiis presbyterorum. & maximè ad beneficia paterna, aut in quibus pater administravit. capitulo. secundo tertio quarto & vlt. de filiis presbyterorum, quod procedit in natis ante presbyteratum ex legitimo matrimonio. capitulum. extirpandas. eodem titulo.

Item dicitur indignus ignorans. capitulum. cum sit. capi. quamuis. capi. eam te. de ætate & qualitate. capi. nisi cum pridem. §. pro defectu. de renuntia. capitulum. in cunctis. de electio. d. Io. Nic. Dclph. PPP p 4 Imò



Imò vix Christianus dici meretur ignorans. capi. si iuxta. xxxvii. distinctio. quoniam virtus Dei est Christus. & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem. quæ est Christus, vt latè cumulant Canonistæ in dicto capit. nisi cum pridem. dicto. §. pro defectu. de renuntia. vnde si ignorantia intolerabilis est in laicis, quanto magis in clericis, & ecclesiæ ministris, in ijs potissimum qui officijs, & beneficijs præstant, aut præesse ambiant? capit. si in laicis. capit. nulli. xxxviii. distinctione. quippe qui si cæcidiunt, alios ducere non possunt. capit. ideo prohibemus. xxxviii. distinctio. si enim ministrandi munus suscipiunt in ecclesiâ Dei, quomodo ministrabunt, si ministerium suum non intelligunt. & quid ouibus porrigant non habent. Sed angor supra, scriboque in vanum & arenæ femina mando. quandoquidem nostri temporis infœlicitas hoc mali nobis peperit, hoc monstrum in Dei ecclesiâ alit, hoc sustinet, hoc fouet, hoc etiam præfert. Sed quod peius est, ignari industrijs, hebetes studiosis, fructum operantibus in vinea domini desides, somnolenti vigilantibus, & vt vno complectar verbo tabani præferuntur apibus, & tamen his quantumlibet indignissimis ecclesiastica beneficia (benemerentibus abiectis) committuntur, officia deferuntur, personatus, & dignitates accumuluntur. Vbi antiquorum patrum concilia, vbi decreta, & sanctiones, quibus literatis tantum deferrebantur munerata? Nam in promotione ad beneficia, quantum sit literatis deferendum apparet nullique non est manifestum, per capitulum cum in cunctis, & cap. congregato. de elect. c. vltimum de æta. & qualita.

Item defertur literatis in pluralitate beneficiorum obtinenda, contra iuris communis rigorem. capit. de multa in fin. de præbend. extrauag. execratio. Ioan. xxij. distin. in ritu. de præbend. vbi glo. in verb. literatis. quibus solis, vel benemerentibus, vtinam atque vtinam, pluralitas concederetur, non vilibus, ignorantia cæcis, non adulteris, non adulatoribus, omnique luxu madentibus, tum auaritia cæcis, & pecoribus Arcadicis, atque forsitan ex damnato coitu genitis, & tamen talibus magis hodie deferri solet quam literatis, quam benemerentibus, quam bonis, & genere claris. Sed hoc videntur qui superintendunt.

Tertio defertur literatis quantum ad residentiam in beneficijs faciendam, vt literarum gratia, & studij, priuilegentur nec ad personalem residentiam compellantur. quod colligitur ex ca. tua. de cle. non resi.

Quarto defertur iis quantum ad promotionem ad ordines, quia vt melius literis vacent, & diligentius intendatur, non tenentur ad certum tempus promoueri, scilicet ad septennium. c. cum ex eo. de elect. lib. vj.

Ratio autem cur iis à iure tantum deferatur, & cur talis fauor iisdem in concedatur, est: quia ecclesia maxime iis indiget. sunt enim in ea tanquam firmus inexpugnabilis contra aduersantes, & hæreticos. capitulum super Specul. ne cleri. vel monach.

Item quia eorum ministerio ecclesiâ pascitur, sicut enim corpus hominis cibo materiali fouetur, & nutritur, sic de ecclesiâ: quæ pabulo verbi Dei, & doctrina fouetur. c. inter cætera. de offic. ordina.

171 Item test indignus minor ætate. vt in præalleg. cap. cum in cunctis. de elect. cap. decorum. cap. eam te. de æta & quali. cap. licet canon. de elect. lib. vj. cle. vnic. de off. vic. in clemen. in ver. & de eorum.

Item est indignus infamis, regula, infamis. de regulis iuris. & generaliter omnis qui non est bonæ famæ, vel vitæ laudabilis beneficio est indignus. capitulum cum in cunctis. in princ. & §. inferiora. de elect. glof. in extraua. execra. in verb. vitæ puritate, & in verb. bonæ famæ. de præben. in extrauag. Panor. in cap. super inordinata. & alij cum eo latè. in c. graue. de præben. in anti.

Item est indignus excommunicatus, quia ei non possunt conferri beneficia. c. postulas. de cler. excom. minist. c. cum bonæ. de æta. & quali.

Item indignus dicitur suspensus. ix. q. iij. per totam in capitulum dilectus. de consue. ca. cum inter. per inquisitionem. de elect. capitulum cum bonæ. de æta. & quali. ca. constitutus. c. pastoralis. de appellat.

Item dicitur indignus simoniacus, c. super eo. de elect. c. in sinuatum. c. nobis. de simo. c. presbyter. j. quaestione. j.

Item est indignus irregularis quomodocunque effectus siue crimine, siue ex sacramento, siue origine. capitulum. j. & ij. de cleric. non ordinari. mini. toto titulum. de bigamis, & in toto titulum. de fil. presby.

*Irregularis factus num amittat beneficium, & quis potest presentare & an presentatus à non vero patrono sed institutus, superueniente vero domino sit spoliandus.*

Quia supradicta locum habent, cum sit prouiso, quod non valeat. vt est casus in capitulum. ij. de cleric. pugnan. in duello. in fin. tenent Ioan. Andr. & Compost. in capitulum. cum vestris. de 172 concess. præbend. quæro, si irregularis quomodocunque effectus, & indignus sit priuatus beneficio quod prius obtinebat? dic, quod non, imò iuste possidet, donec eo priuetur. vt iure, & Io. Andr. in d. c. cum vestris. Myl. in suo repertorio. in verbo, irregularis. & homicida.

173 Secundo quaero, quis potest presentare, dicemus quod is qui obtinet hoc ius, aut qui est in quasi possessione presentandi, c. piæ. c. Frigentius. c. decernimus. xvj. quæst. septima. ca. ex insinuatione. de iure patronat.

174 Tertio quaero, aliquis fuit presentatus ab eo qui erat in quasi possessione presentandi, qui amisit ius, seu possessionem huiusmodi facta iam presentatione, an is qui fuit iam presentatus, & admissus amittat beneficium? dicamus quod non per text. in capitulum consultationibus. eod. tit. de iur. pat. quod facit ad decisionem dubij, scilicet an prouisus ab eo qui est in possessione conferendi beneficia, licet ad eum non spectet collatio, aut pro illa vice, aut aliàs quomodocunque occurrat vacatio, si eandem amittat priuetur iure beneficii, sicut patronus, qui cum presentauit, aut collator beneficii? dic quod non. per dictum text.

*Laico patrono intra quatuor menses non presentante, deuoluitur ius eius in superiorem, qui tenetur ordinare intra tantum tempus, quantum patrono concessum erat. quisnam autem sit ille superior, distingue, vt hic.*

Quarto quaero, intra quantum tempus tenetur patronus presentare? dic varium esse tempus. nam laicis tantum quatuor menses conceduntur, intra quos patronus tenetur presentare, aliàs episcopus ordinat irrequisito patrono pro illa vacatione. de hoc est text. in c. vnic. de iure patro. lib. vj. gl. no. in c. cum vos. de of. ord. Clericis autem patronis semestris conceditur. vt in d. c. vni. in fin. lib. vj.

Quinto quaero, deuoluto iure ad superiorem: intra quantum tempus tenetur ecclesiæ providere? dicamus intra tantum tempus, quantum patrono dabatur, ante deuolutionem: quia ius quod patrono competebar, non maius deuolutum extitit. & sic diuersimodè fiet deuolutio ad superiorem, habita consideratione quantitatis iuris patronatus, de hoc vide Innocen. in cap. cum in cunctis. §. si. de elect. Panor. in capitulum. ij. de concess. præbend.

Sexto quaero ad quem superiorem fit huiusmodi deuolutio? distingue, aut beneficia sunt ad exemptorum, aut exemptorum. Nam si collatio beneficiorum pertinet ad non exemptos, deuolutio fit ad immediatum superiorem, qui ecclesiæ prouidet ordinario suo iure. Aut beneficia quæ deuoluuntur ad superiorem, sunt exemptorum, & eo casu deuolutio conferendi pleno iure deuoluitur ad Papam. & ordinarius superior immediatus prouidet ecclesiæ autoritate apostolica, & non ordinaria. de hoc vide text. in c. licet. de supplen. neglig. prælat. cle. vnic. eodem tit. de supplen. neglig. præla. in clemen.

*Patrono presentandi tempus à die notitia currit, & an successiue possit plures presentare, & an presentato ius aliquod acquiratur, vt de hic.*

Septimo quaero, quando incipit tempus patrono currere? An à tempore vacationis: an à tempore notitiæ? dicamus 178 tempus currere à tempore notitiæ: quia patronus qui nescit experiendi potestatem non habet. laus. ff. de calumnia. capitulum. bjdum. ij. quaestione sexta. l. cum sex menses. ff. de ædilit. edicto. Vnde antequam sciat, non potest patronus dici esse in negligentia, cuius quidem negligentia consideratio in deuolutione potissima est. vt est textus. in capitulum. quia diuersitatem. de concess. præbend. & in capitulum. licet. de supplen. neglig. prælato.

179 Octauo quaero, si an patronus possit plures successiue presentare? dic quod sic, iuxta text. in capitulum. cum autem. & in capitulum. pastoralis. de iure patronatus. Quod tamen procedere in laico patrono, quia clericus patronus variare non possit. dicto capitulum. cum autem. facit capitulum. cum illud & variatio.

variatio. de renuncia. in clemen.

Nonò quæro, an per præsentationem à patrono factam aliquid iuris præsentato quærat. Panormita. in capit. cum Bertholdus. & post cum Felinus. ibi tenent, quòd ius quæritur præsentato. tamen vt veritatem huius dubij plenius affe-  
180 quamur, ¶ distinguendum puto, aut præsentatio fit à patrono clerico, aut à patrono laico, nã si à patrono clerico, quia huiusmodi præsentatio æquiparatur electioni, licet in substantia & forma differant. cap. cum in illis. de præbend. libro sexto. cum tamen variare non possit, ius ad rem quæritur præsentato. vt tenet Innocent. in capit. cum autem. de iure patronatus. & Felin. in capit. cum Bertholdus. de senten. & re iudica. columna tertia. numer. 7. & ante cum Panormita. in dicto capit. cum Bertholdus. columna iij. numer. 11. & 12. Si verò à laico fiat præsentatio, quia variare potest, aut patronus laicus persecrat in sua præsentatione, aut plures præsentat.

Primò casu, præsentatus ius petendi se institui habet contra Episcopum, & ita prædicti scribes in locis præallegat. Aut non perseverat, imò plures præsentat. Et eo casu potest Episcopus quem vult de præsentatis instituere. In hoc tamè casu animaduertendum esse puto, quia si patronus laicus præsentat vnum, & Episcopus non vult eum instituere, sed sine causa legitima eum recusat, & interea patronus præsentat  
181 alterum, ¶ quem Episcopus instituit ad beneficium, ad quod præsentatus est, potest primo loco præsentatus, & non institutus, sed recusatus sine causa, contra Episcopum agere, vt sibi provideatur de beneficio. eo quia sine causa eura repulit. per capitulum pastoralis. de iure patronatus. ita Panormi. & Felin. in dicto cap. cum Bertholdus.

*Tutoris præsentationem longè magis, vt iuri consentaneam, ita probabilem esse, quam sit pupilli præsentatio, contra Panor. concludit.*

Decimò quæro, moritur patronus relicto liberis, eisdem autem tutore dato, tutor præsentat vnum vacante ecclesia pupillus verò alterum, vt horum duorum debet præferri, doctores antiqui relati per gloss. in cap. ex eo. de elect. tenent, quòd præsentatus à pupillo. & allegabant textum in capitulo decernimus. xvj. quæstio. vij. quorum opinio communiter approbatur, quæ potest corroborari multis rationibus, maximè tamen ex ijs, quas notat Panormi. in capitulo. fina. de concess. præbend. Item pupillus conditionem suã sine tutoris autoritate meliorem facit. vt patet in tit. de author. tut. in insti. per totum.

182 Pace tamen tantorum virorum ¶ in contrarium videtur esse veritas, & retorquendo text. quem pro se allegant ex eisdem verbis contrarium sustinendum esse arbitror. Nam in eo textu dicitur, pro eisdem locis curam habeant sollicitam, & c. atque rectores idoneos in eisdem Basilicis iisdem offerant ordinandos per quæ verba satis apparet pupillum curam habere non posse idoneum præsentandi Episcopo, cum discretionem careat, & pupillus quicquid videt ignoret. l. prima. in fine. C. de falsa moneta. cano. in famis. §. tria. iij. quæstione vij. capit. ex parte. de corpò. vita. Item & pro hac parte adduco text. in euitabilem. de cap. ex eo. de electio. libro sexto. vbi dicitur, cum tamen iuris quàm rationis existat, vt tales qui discretionem carent, ad præstandum in electione suffragium nullatenus admittantur, nec obistere possent, quod obijciendum se offert. vt pote dicto capit. ex eodem. nam loquitur in electione nos autem in præsentatione. & electio longè differt à præsentatione. cap. cum in illis. §. cum autem. de præbend. libro sexto. quia licet electio, & præsentatio in forma, & substantia sint diuersa, tamen in hoc effectu æquiparantur, nec ratio diuersa reddi potest. Quia enim ratione repellitur quis ab electione, ea repelli debet à præsentatione. putarem tamen, si pupillus esset talis discretionis, & tantæ malitiæ, vt discernere possent album à nigro, & bonum à malo à communi doctorum opinione recedendum non esse, tanquam tutiori.

*Iure patronatus in dotali, vel hereditaria contingente vxori, vt præsentabit adueniente casu præsentationis, maritus an verò vxor. concludit vxorem præsentare debere, aut ea præsentare maritum.*

Vndecimò quæro, pone quòd alicui mulieri assignatum fuit pro dote castrum, aut bonorum vniuersitas, ratione cuius vel castri, vel bonorum vniuersitatis, ius patronatus in a-  
183 liqua ecclesia competeat eidem: quis ¶ adueniente vacatione præsentabit, maritus, an mulier. & videtur quòd mari-

tus est enim possessor dotis, & à lege dicitur dominus. l. doce ancillam. de rei vendica. Rei enim vendicatio non competit, nisi domino. §. omnium. §. quod genus. instit. de actio. l. officium. l. in rem. de rei vendic. ff. hoc etiam ius transit cum vniuersitate iuris. cap. ex literis. de iure patronat. transit ergo in ipsum maritum præsentandi facultas, ad quem possessio & dominium dotis transit. Et sic potest præsentare maritus dominus & possessor dotis adueniente vacatione. Contrariam autem partem de iure veriore esse opinor: quandoquidem, licet maritus iuris fictione sit dominus rerum dotalium durante matrimonio, vxor tamen verè, & naturaliter est dotis domina, & lex non potuit fecisse sua fictione, vt omnino veritas supprimeretur. l. in rebus. C. de iure dotium. Est  
184 enim proprium ipsius mulieris ¶ matrimonium dos ipsa. dicta l. in rebus. §. sed vtum. de iure dotium. & ad hoc facit, quia etiam durante matrimonio potest ipsa mulier (marito ad inopiam vergente) dotem vèdicare. l. vbi. de iure dotium. Hostien. de dot. post diuortium restituenda. Batt. in l. si constante. ff. soluto matrimonio. quod facere non posset, si non  
185 sesset domina, cum rei vendicatio ¶ dominio, vt dictum est, competat, dicta l. officium. Vel in rem, de rei vendic. & hoc videtur  
186 de tur mirabile, quòd sint duo ¶ domini in solidum vnus & eiusdem rei. & quòd præsentatus ab vxore præferatur tenet Domini de Rota decisio. ccccxxj. Tenet iuris canonici lumen, Ioan. Andr. in ca. ex eo. de electione, libro sexto. Panor. in capit. fina. de concess. præbend. Zabar. in cle. plures. de iure patro. in cle. tamen vt euietur opinionum conflictus consulerem ¶ per maritum præsentare vxore, aut de eius consensu fieret præsentatio.

*Præsentatio facta ab eo, qui solum præsentandi possessionem habet, valet: adeo q. præsentans & admissus non est à beneficio deponendus, tamen si superueniat verus dominus, aut verus patronus, quia præsentatio est fructus iuris patronatus.*

Duodecimò quæro, an valeat præsentatio facta ab eo, qui est in possessione præsentandi: quum tamen non sit do-  
187 minus: ¶ dic q. sic. per tex. in c. consultationibus. de iure patro. & facit tex. in c. querelam. de electione, & cap. cum olim. de causa posses. & proprie.

Decimotertio quæro in terminis præcedentis dubij, pone quòd ius patronatus euincitur à vero domino an præsentatio facta per eum qui erat in possessione corruat, & præsentatus ac institutus in beneficio deponi possit ex nouo iure: aut à nouo patrono superueniente, ex eo quòd fuit præsentatus ab eo, qui non erat patronus. dic quòd non. imò præsentatio tenet. Sed quæ est ratio, apparet duplicem considerari posse. Prima videtur esse bona fides possessoris. hæc enim scilicet bona fides in possessore, non dominum efficit dominum vulgaris iuris. Secunda ratio potest assignari, quia quòd legitime factum est, irritari non debet, licet deueniat ad eum casum, à quo initium sumere non possent. quæ estima quinta distinctio. capit. præcepta. & l. secunda. ff. de iur. a. & tuque priuat. facit regul. factum legitime. de regulis iuris. libro sexto. l. prima. §. factum. ff. de postula. l. sancimus. C. de administratio. tutor. & capit. neque furiosus. xxxij. quæstione septima. licet autem huiusmodi rationes colorem præ se ferant, tamen vera ratio assignari potest, quia præ  
188 sentare est ¶ fructus iuris patronatus: & quemadmodum  
189 fructus rerum corporalium finiunt, & acquiruntur ¶ possessori bonæ fidei, & non ad dominum rei veniunt, nec restituantur. §. si quis à non domino. instit. de rerum diuisio. no. scribentes. in capit. grauis. de restitutio. spoliatorum. & maxime attentato quòd sunt fructus industriales, & non naturales, quia requiruntur in præsentando industria, cum habeat præsentare idoneum, capitulum. cum venissent. de institutio. & vt superius visum est, esto quòd præsentatio diceretur fructus naturalis iuris patronatus, tamen ex quo possessor bonæ fidei fructus naturales consumptos restituere non tenetur. & quòd per huiusmodi præsentationem non est effectus locupletior, non tenetur ad restitutionem, ita in simili de præsentato, & instituto in beneficio dicendum est. vt voluit Innocent. & post eum Panormi. & ceteri Moderni communiter in dicto capitulo. grauis. de restitutione spoliatorum. intellige tamen semper hanc cõclusionem procedere in bonæ fidei possessore.

*Vtroque scilicet, legitimo præsentationis possessore, & vero patrono præsentante, præferendus est is, qui à legitimo possessore præsentatus est. &*

*est: & causam habet. Item presentatio non vacante beneficio non est valida.*

190 Decimoquarto quæro, si existens in possessione presentatum unum (stantibus supradictæ quæstionis terminis) vetus autem dominus iuris patronatus presentat alium, uter horum presentatorum præferri debet? respondeo eum præferri debere, qui presentatus fuit ab eo, qui est in possessione, vel quasi, dummodo tamen, ut dictum est sit bonæ fidei, & habeat titulum, aut non habeat titulum, dummodo tamen sit in tali diutina possessione, producta tam medio sui, quam suorum, à quibus causam habet à tanto tempore, de cuius initij memoria non extet. & in hoc dubio attende charissime lector, & intellige hoc esse verum, & procedere, ubi accideret casus dominium declarari, & sibi ius patronatus ad iudicari, & quod procedat post sententiam declaratoriam, antequam institutio sequatur, & sic inter institutionem, & presentationem, aliàs non video quomodo hoc procederet. & de indubio, siue de indubitabili quæreretur. Ratio autem quare presentatus ab eo qui est in possessione præferri debet, potius quam qui à vero domino presentatur, potest sumi de precedenti conclusione. unde non insisto, sed illinc benevolus lector accipiat.

Decimoquinto quæro, an patronus presentare possit, antequam beneficium vacet? dic quod non. Nam qua ratione ne beneficia antequam vacent conferri prohibentur, ea ratione & presentatio prohibetur (& facta non valet) ad beneficium antequam vacet. c. nulla. de concess. præbend. ne considerare quis proximi mortem dicatur: in cuius locum creditur se futurum.

*Promissio de presentando non obligat promittentem, & ius presentandi delegabile ait esse.*

192 Decimosexto quæro, an patronus qui promittens presentare aliquem, obligetur? non videtur. text. est in capit. fina. de concess. præbend. qui loquitur in proprijs terminis: quia ex tali promissione nihil iuris acquiritur ei, cui facta est, secundum gloss. ibi.

193 Decimosextimo quæro, an presentandi facultas qui delegari possit? puto quod sic. per textum in capit. constitutus. de concessione præbendæ: textus in capit. statuimus. decimasexta. quæstione prima. capit. cum in generali. de officio vicarii, libro sexto. licet in his diversis sint termini, diversa tamen ratio reddi non possit in casu nostro. unde ex identitate rationis ex his probatur. secundum Ioannem Andream. in capit. fin. de concess. præb. quem sequitur ibi Panor. & in c. constitutus. eodem titu.

*Solus Papa potest laico concedere, ut ecclesie prælatum valeat presentare. Canonicos autem vel alios eiusdem ecclesie inferior ab illo potest. Nec valet consuetudo Episcopum presentandi citra concessionem pontificis.*

Decimo octavo quæro, an laicus patronus hoc ius presentandi habere possit in ecclesia collegiata: qui distinguamus, aut intelligitur de prælato collegij, aut de presentatiōne singularum personarum de collegio, ut canonicorum: vel monachorum. Primo casu, patronus non potest ius presentandi prælatum obtinere in ecclesia collegiata, vel conventuali, aut huiusmodi, per textum in capit. nobis. de iure patronatus. quod limita procedere in alijs omnibus citra Papam: is enim solus potest hoc ius presentandi in ecclesijs collegium facientibus, aut capitulum, laicis patronis concedere: quæ presentatio vice electionis erit. ut per Abba. in capit. nobis. de iure patronatus. & in capit. de hoc. de symonia. Secundo casu, patronus potest hoc ius presentandi in ecclesia collegium, aut capitulum faciente obtinere ex concessione, sine permissu etiam inferioris à Papa. ita Ioan. Andr. in capit. postulat. de iure patronatus. & ita intelligendi sunt text. in cap. nobis. eodem titu. & in cap. sacrosancta. & capit. Messana. de electio.

195 Decimonono quæro, an valeat consuetudo in contrarium, scilicet, quod patronus laicus facultatem presentandi prælatum habeat in ecclesia collegium, aut capitulum faciente, dic quod non. per text. in capit. Messana. & text. in capit. sacrosancta. de electio.

*Sine patroni consensu ecclesia patronata non potest in collegia.*

*tam conuerti, nisi tamen aliqua subit necessitas vrgens quia tunc posset. reservato tamen iure patroni & episcopi presentandi & instituendi.*

196 Vigesimo quæro, an ecclesia patronata erigi possit in collegium? distingue: aut patronus consentit, aut non. Primo casu potest erigi. & sibi præiudicat patronus quantum ad presentationem: quia non potest inde presentare: ut dictum est superius in decimo octavo dubio, pro quo est gloss. notabil. in dicto capitulo. nobis. de iure patronatus. & ibi Panor. post eam. unde in hoc casu datur medium eximendi ecclesiam ab hoc iure. Secundo autem casu quando scilicet patronus non consentit electioni in collegium: si de facto iudicè tamen procedatur ad electionem per eum, seu eius autoritate, qui potest laico in ecclesia collegiata ius presentandi prælatum concedere. fieri potest collegium. ac ius patronatus patrono seruetur, & presentare poterit prælatum. secundum glossam, & prædictos scribentes, quod superius diximus. Intellige tamen prædicta procedere, ubi non subesset necessitas, quia ubi necessitas subesset, aut alia legitima causa vrgens, & inferta, tunc cessaret distinctio præmissa & invito patrono erigeretur in collegium. argu. capit. nullus. eodem titu. ut etiam vult Panor. in dicto capit. nobis. post. Butr. ibi. de iure patro.

*Presentari non potest peregrinus, nisi sit dimissus, & quod beneficia non sint exterris, sed indigenis conferenda multis rationibus ostendit.*

197 Vigesimo primo quæro, an clericus peregrinus possit presentari, puto quod non. per textum in capit. nullus. septuagesima prima distinctio. & capit. neque emeritis. eadem distinctio. quod procedit, ubi clericus peregrinus literas commendatitias, seu dimissorias non haberet à proprio episcopo. & ita intelligendi sunt canones præcedentes. si vero esset à proprio episcopo dimissus, & aliàs esset idoneus, posset quidem presentari, & institui.

Prædicta verò limita non procedere in episcopo habente ius patronatus in aliena dioecesi. per cap. si quis episcoporum. xvi. quæstio. v.

Limita secundò non procedere in Papa, cum sit ordinarius ordinarius totius ordinis clericatus, & rerum spiritualium. capit. cuncta per mundum. nona quæstione tertia. & prædicta conclusio procedit, præsertim in ecclesijs parochialibus, in quibus quidem ministranda sunt sacramenta, & pabulum verbi dei quibus offerendum, & ad hoc facta est regula apostolicæ cancellariæ, de non admittendis clericis

198 diversi idiomatis & c. & regulariter indigenæ exterris præferuntur, iuxta euangelicum dictum, Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus: dum tamen idonei reperiantur & beneficiorum capaces. Non ab re etiam Rex Christianissimus privilegio ad beneficia sui regni exteros non admittit: de quo extat ordinatio Lodouici duodecimi in titulo des præsidens & conseillers, & in stylo parlamenti in titulo des præbendes. Quæ ordinationes, seu Regia decreta rationi, & æquitati maxime innituntur, æquum enim est, ut quisque in patria sua beneficietur, imò honestum maxime, & fructuosum: quia ubi quis beneficio prouidetur in patria sua non tã facile depauperantur beneficia: quoniam facilius residet indigena in eisdem.

Item & in hoc posset etiam absque aliquo privilegio princeps temporalis, ut Rex, aut alius potentatus obuiare: quia expedit, ne externus in regno prouideatur, propter suspicionem de proditiōne secretorum regni quam facere posset.

199 alienigenas enim qui alieni regni archana scrutari non conuenit. l. mercatores. capit. de commercijs & mercatoribus. & Papa redditur propter hoc difficilis, quando exterris impetrat beneficium in alia prouincia, quam in ea, de qua est oriundus: unde si clericus peregrinus impetraret à Papa aliquid beneficium, non facta mentione de loco suæ originis prouiso esset ex hoc subreptitia. gloss. est singularis. in capit. si proponente. de rescript. quam sequitur Panor. ibi. & omnes communiter. facit ad hoc textus. in capit. bonæ. le second. de postulatio. prælatorum. capitulo primo. de cleric. peregr. capit. Episcopum. sexagesima prima distinctio. gloss. nor. procmio pragmaticæ. in versicul. Nam ecclesiarum. in verbo exteros. Rebuff. in titul. de pacifica. possessio. numero 217.

201 Sed hic non omittam pulchrum dubium. pone ꝑ aliquis exterius obtinuit dispensationem, & facultatem à Rege obtinendi beneficia in regno post provisionem sibi factam, an facultas seu dispensatio regia retrotrahatur? Socin. in consilio cclx. incipiente in causa. columna penultima. versiculo secundo principaliter in secundo volumine. tenet quòd sic. & perinde est, ac si consensus regis à principio interuenisset. intellige tamen, quòd collatio esset ritè, & canonicè facta: vt vult idem Socinus ibi.

